ANTONII MVSAE BRAsauoli Ferrarienſis,

Examen omnium ſimplicium, quorum vſus in publicis eſt officinis.

Opus perinſigne, & Medicinam facientibus perutile, abipſo Authore recognitum & auctum.

CVM INDICE.

LVGDVNI,
Apud Ioannem Frellonium.
1556.

13887

AD ILLVSTRISSIMOS, ET SERENISSIMOS PRINCIPES HERculem Estensem, & Renatam Gallam Ferrariæ duces, Antonij Musæ Brasauoli

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

LEgitur, Sereniſsimi Principes, Socratem ſummum illum ſapientem Platonis præceptorem, qui nũquam Athenis, niſi pro patria pugnaturus, deſceſsit, diſcipulos ſuos ad ſpeculũ mittere conſueuiſſe, illóſq; admonuiſſe, vt ſeſe preſsius intuerẽtur: qui ſi bonis corporis, id eſt, pulchritudine ſe ornatos conſpexiſſent, animam pulcherrimis virtutibus exornare conarentur: ſi autem corporis liniamẽta diminuta, obtorta, mutilaque fuiſſent, extimularentur, excitarentúrque, vt quod natura mutilum fecerit, id arte, laboribus, induſtria, & ſolicitudine exæquarẽt, & in melius augerent, animámque ſuam copioſiſsimis vnà & perfectiſsimis virtutibus ornãtes antiquiſsimis proceribus aſsimilarentur. Nos, illuſtriſ. Principes, per Socraticum illud ſpeculum, non materiale quodpiam, aut chalybeum in-

telligimus, sed speculum quoddam mysticè,& Philosophicis inuolucris designatum. Quippe Socrates discipulos suos animi mores,actionésque contemplari iubebat,quæ si propriis liniamentis respondissent, & viuidè in eorũ animis inserta essent totis viribus perseuerare,& in dies melioribus optima addentes exaugere conarentur:si è contrario prauis moribus,& quasi ferinis se ipsos imbutos esse nouissent ,eos puderet his maculis deturpatos esse:itaque veris, & exquisitis animæ bonis indui tentarent , nec desisterent prius, quã depositis ineptis moribus, veri, præcipui, & quodam modo diuini egregiè introducti fuissent. Hæc præfatus sum,Illustrissimi Principes,ne assentandi,palpandíq; vitio argui possim,si nõ nihil vestrarum laudum, & probatorũ morum enarrare incipiã. Nam vos potius tanquam in Socratico speculo vobis ipsis commonstrare tentabimus , vt, quibus , qualibúsve præstantissimis virtutibus insigniti sitis agnoscentes,in eisdẽ perseuerare,eósq; in dies exaugere conemini. Sed alicui fortè stylus noster humilis nimium , & penè depressus videbitur, ineptúsque ad tantorum principum laudes enarrandas, ac enumerandas. huic statim respondebimus : Satius nobis esse hac tenui , & serpente vena , illustrissi

strinsimos hos Principes sibi ipsis velut in Socratico speculo ostendere, quantum præsertim nuncupatoria Epistola exigit, quàm illos prętermittere, aliàs tamen vbertim de ipsis (vt dignum est) tractaturis. Viros è bonis potisimùm laudauit antiquitas, quorum tria genera apud probatisimos Philosophos inueniuntur, naturę, fortunæ, & animę. Naturę bona corporis pulchritudinem amplectuntur, membrorum symmetriam, concinnam totius suo ordine respondẽtem compositionem, robur immensum: quæ à Stoicis μέσα vocantur, & ignauisimis quibúsq; contingere possunt, ad humanã perfectionem, felicitatémq; differentia. nullus ex his culpa, vel laude dignus est, sed rerum effectix natura. Seneca etiam omnium moralisimo, & penè in virtutibus tetrico admonente, egregiã mentẽ sub quauis etiam pelle, & cute latere. Cui nec illud Vergilianũ aduersatur, Gratior est pulchro veniẽs è corpore virtus. nec poetarũ mos, qui quum viros aliquos virtutibus pręstãtes adumbrãt. eos pulcherrima forma, & venustisima pingũt, ineptos verò & mẽdaces turpi & indecora. Verùenimuero, & si hoc naturæ bonũ sit, in quo ipsamet potius laude digna est, tamen ad felicitatẽ humanã mirè adiuuat: philosophorum omnium sapientisimo in

Ethicis dicente, eum omnino felicem non esse, qui turpi sit forma, & careat prole. Ad Christianã verò felicitatem, & verè pholiso phicã, pulchritudo nihil facit, sed inter externa bona numeranda, quæ nec meliorem, aut insigniorem hominẽ reddunt, quamuis grauior sit pulchro venies è corpore virtus. In hoc autẽ bono potissimùum naturæ debetis, quę vos, & pulcherrimos effecit, & pulcherrimis natis, Anna, Alphonso, Lucretia, Eleonora, & Aloisio decorauit. Fortunę bona diuitiæ sunt, quæ & ipsæ hominẽ meliorem non faciunt, sed cuique, etiam scelestissimo, contingere possunt, quamuis eorum vsus ad virtutũ culmina progredi adiuuet, atque dirigat. Quid enim in se habet egregii, quod in infanda scelera cogit, in furta, homicidia, auaritias, bella, nisi eorum vsus temperatissimus sit? In hoc etiam fortuna ipsa encomio extollenda, quæ vos Principes fecerit, antequam nati essetis, ditiores, quàm in tota Italia regnent. Ex hoc autem vos, Illustrissimi Principes, laude digni estis q̃ his diuitiis perpulchrè vtimini, bonis, honestisq; viris impartiendo, vt nullus indonatus à vobis recedat. Magnus ego sum testis, quẽ (aliis pluribus omissis) nuper amplo prædio donaueritis. Testes sunt omnes alii domestici, quorum neminem absque

mune

munere inuenire licet: imò quis ex Ferrarienſi populo, etiã abiectiſsimus, Mutinẽſi, & Regiẽſi, Herculis Illuſtriſsimi Ducis Ferrariæ, hoc nomine ſecundi, immunitatibus nõ gaudet? Vt hinc colligere liceat, diuitias Herculem non perficere, ſed ipſum ad ſui perfectionem; & ad virtutis cumulum diuitiis vti, quibus, cur, quomodo, quando conuenit elargiẽs. Hoc eſt in ipſo Principe egregium, nõ ꝙ diues ſit, ꝙ omnes Italiæ Principes non æquet ſolùm, ſed longè ſuperet, gemmis, auro, vrbibus, campis, mari. Potiſſimùm verò laude digna ſunt & encomio decantanda hæc duo fulgentia Italię lumina, & lucidi Soles Hercules, & Renata ex tertio bonorũ genere, hæc vera bona ſunt, & vnicuique propria, & peculiaria, nõ à natura, vel fortuna tributa, ſed à nobis ipſis acquiſita, primo omniũ motore adiuuante, & oſtendente, quæ animæ bona nuncupantur. hæc non ſunt pulchritudo, aut mẽbrorum ſymmetria, non corporis dexteritas, non agilitas, non diuitiæ, nõ latę vrbes, maria & montes, quę à vobis amplè poſsidentur, non genus Eſtẽſe, aut Gallum, non genitores bellica in re egregii, Ludouicus duodecimus Galliarum Rex, & Alphonſus tertius Ferrariæ dux: ſed ea ſunt animi bona, quæ vos beatos, & in hoc ſtatu, & in futuro

reddent. hæc ea sunt bona, hæc, inquã, quibus proceres, & antiquissimi heroes iere: hæc, quibus Christianissimi, & qui de fide benemeriti sunt, incessere. Fides in primis, quæ decus est, & animi ornamentum, adeò in vobis splendet, vt pro fidei specimine, Hercules, & Renata adducantur. De prudentia, magnanimitate, fortitudine, munificentia, temperantia, charitate, quid referam, quum plura passim nota sint, quàm ego referre possim? Nullus enim tam obliuiosus est, qui nõ meminerit: nullus tã vecors, qui non nouerit: nullus tam inciuilis, qui dissimulare possit. Iustitiã quoq; transigere decreui, quũ & ipsimet rei, & crimine aliquo correpti vos iustissimos Principes esse fateantur, & prędicent. De liberalitate autem quid opus est referre? quum nullus sit, qui ab Illustrissimo Hercule, & Serenissima Renata indonatus, aut suis votis (modò honesta sint) inexpeditus recedat. Hæc sunt vera bona, quibus laudandi, quibus extollendi, quibus in cœlum rapiendi sunt principes, quibus vita perẽni viuere datur. Felices arbitror, & térque, quatérque beatos nostros ciues, quoties mihi in mentem veniunt hi proceres à summo rerum opifice in hoc calamitatibus pleno æuo, donatos, vt initium sint remittendi aduersa, populos in rectam

viam

viam dirigendi. Hoc est Socraticum speculum, excellentissimi Principes, seipsum sibi ipsi qualis sit, ostendere. Vobis autem vos ipsos commõstraui, qui principis exquisitissimi exemplaria estis, vt continuè perseueretis, & in dies exaugescatis, quãquam ad virtutum vestrarum cumulum nihil addi possit. Ne autem videar potius assentandi gratia, quàm vera narrandi præfari, his finem faciemus, ad præcipuũ huius Epistolæ institutum accedentes. Superioribus mensibus omnia simplicia medicamẽta, quorum in officinis vsus est Ferrariæ, nostra trutina (qualiscunq; sit illa) percensere cœpimus, Illustrissimo genitore tuo suadẽte, fauente, & exorante, imò & qui plerunque varios apud pharmacopolas errores audire, & videre delectabatur. propterea hunc libellum eius excellẽtiæ inscribere atq; dicare institueramus, sed inopina morte prœuentus est, & nobis ferè clanculùm surreptus. Tu mox Illustrissime Princeps, & patrone Sereniss-ime, totius ditionis, & imperii, & omnium bonorum hæres euasisti. vnde & huius libelli, sicut cæterorum aliorum bonorum hęres esto, quem tibi inscribimus, tibi dicamus, atq; deuouemus, vt excellẽtię tuę aura fretus, vbique aperta fronte incedere possit, & eò tutius euagari, quò Illustrissimã Rena-

tam fautricem nactus erit. Iámq; huic nun
cupatorię Epistolę extremam manū impo-
suissem, nisi ea in mentē veniſſent, quæ supe
rioribus diebus de citris, Adami pomis, Na
rantiis ita à nobis appellatis, ab excellentia
tua quærebātur, an apud antiquos inuenirentur, & quomodo à profunda hyeme seruari possent: quippe hoc anno frigoris inclemētia omnes ferè huius generis arbores periere, quæ in amœnissima Padana insula Galliopia, id est, Beluidere nūcupata, Alcinoi & Hesperidū hortos deliciis excedente virebant. Nūc tuæ Illustrissimæ excellentię satisfactum iri statuimus: quanquā superioribus annis ad Illustrissimum, & Reuerendissimum fratrē tuū Hippolytum, Mediolani Archiepiscopum vnā & alterā Epistolā super hoc negotiū scripserimus. At nonnulla in tuæ excellentiæ gratiam repetere nō grauabimur. Primò autē cōmunis omnium error menti occurrit (eorum præsertim, qui sacras literas interpretātur) ex hac arbore ligna cedrina esse putantiū, quibus Solomon Ierusalē templū strui præcepit, & de hac etiā intelligunt, quod in libris Reg. scriptum reperitur, Solomonē à Cedro Libani vsq; ad hyssopū parietis disseruisse. i. à præstantissima & maximè omnium arborum procera, ad infimam, humilem, & imbecil

becillam plantam differuisse. Legimus præterea cedrinas mensas apud antiquiores ingenti pretio emptas, velut Ciceroniana mẽsa, cuius decimoquinto capite decimitertii voluminis Plinius, & antiquiores meminere. Additq; in Anchorano monte citerioris Mauritaniæ ingẽtisimus, altissimasq; enasci, Theophrasti authoritate fretus: passim deinde à Poetis incorruptibilẽ materiã esse decantatur, & cedrino vnguẽto, oleóue inunctas chartas perpetuò durare: vt Poetæ carmina digna cedro, id est, perpetuò superesse dicantur, quæ summũ apicem artis gestiente natura attigere. Nũc verò præscriptã arborẽ à vulgari citro alterã esse ostẽdamus. Principio sit nobis Dioscoridis sentẽtia telũ, & acutissimus ensis, primo rei Herbariæ volumine in hũc modum inquiẽtis, Cedrus de magnis arboribus est, fructũ fert vt Iuniperus myrti magnitudine rotundũ. Quibus indiciis manifestissimũ est, alterã esse arborẽ cedrũ in Illustrisimi principis nostri deliciis receptã: neq; enim illã inter maiores arbores numerare oportet, quũ sit ferè arbuscularũ pumilio, fructus quoq; myrti magnitudinẽ longius excedit. Liceat præterea Pli. verbis præmõstrato loco aures admouere, Sunt aũt (inquit) cupresso fœminæ etiãnum sylvestri similes, folio, odore, caudice.

Quod

Quod apertiſsimè Theophraſtus, vel hoc indicio manifeſtat, nuſquam de cedro locutus quin cupreſſo, iunipero, altioribúsve arbuſculis cõpararet, mò & in tertio de plantarum hiſtoria volumine inquit, Eſt iunipero nõ abſimilis, ſed folio maximè diſtat. Quippe cedro durum, acutum, ſpinoſumq; iunipero mollius. additque fructum iunipero ſimilem. Ex his quantũ antiquior illa cedrus ab hac noſtra vulgari diſſentiat, cuiq;, etiã mediocriter erudito, manifeſtũ eſſe arbitramur. Ex antiquiori etiã mẽſas, delubra, naues factas eſſe Plinius & Theophraſtus prodidere. Antiquã cedrum aliàs nũc vulgarem proſequamur: at vnũ in primis ſubmonere inſtituimus, nominibus etiam in authorum cõmuni vſu differre. Quippe illã, ex qua naues, & templa, cedrum, noſtrã verò citrum, atq; citriã, apud Græcos appellatã legimus. Quin & Dion in Neronis vita non citreas, ſed cedrinas menſas nũcupare maluit. quod adiectiuum in ſacris literis frequentius animaduertimus. Quanquã nullo modo diſſimulandũ ſit Phaniã Ereſiũ quinto de plãtis lib. cedriũ appellaſſe, atq; malũ cedriu pro eo quod nos citrum vocamus, & citriũ. Præſtat igitur antiquũ nomen referre, quo fuit diu hæc arbor inſignita. Legitur apud Theophraſt. quinto plãtarum volumine, ſub ma-

li med

li Medicæ, aut Persicæ titulo, quam in hunc ferè modum pingit, foliũ habet simile, & penè æquale portulacæ; aculeos, quales pyrus, aut spina acuta, sed leues acutosq; vehemẽter, & validos. Pomum eius non manditur, sed odore præcellit, necnon & folium arboris odoratissimũ est, & si inter vestes pomũ pomatur, inoffensas conseruat: vtile & cũ medicinã mortiferã quis biberit, & ad oris suauem olẽtiam, quippe si quis interna pomi in iure, aut aliquo humore cõcocta in os expresserit, digesseritq;, suauẽ halitum reddet. fert poma omnibus horis, aliis decidẽtibus, aliis subnascentibus, aliis matureſcentibus quæ nostræ arboris imaginẽ repræsentant. Ambiges verò, dictũ esse pomũ eius nõ mãdi, sed ambiguitas cesset, quippe Theophrasti & Plinii tẽpore nondũ mandebatur, sed tantũ odore commendabant. Atheneus etiã author est, neminem ex antiquis gustasse. Mox post Palladii tempora cœpit mirè in conuiuiis ad ganeam, atque gulæ iritamẽta insapores, ac per se ipsum expeti, vt nulla videatur elegans, aut Saliaris cœna, qua citrũ desideremus. Lubeat deinde Dioscori. aurẽ accommodare hanc arborem mirum in modum verbis effingenti: Nota sunt Medica, quæ alii cedromela, alii persica, Romani citria appellant: arbor hæc omnibus horis pomifera

misera est, ita vt antecedentē fructum ſubnaſcens identidem occupet nouus, pomum ipſum oblongum, caperatumq; rugis, colore in aurū inclinato, ſuaui odore, aliqui gratui. Semen habet pyro ſimile. Contra venenū in vino bibuntur, aluū laxant, oris halitum, & ſuauitatem commendant. In veſtiariis cō dita vidētur arcere animaliū noxas. His quoque Plinius grauis author aſſentit, in hūc ferè modum, tertio duodecimi voluminis capite ſcribens, Malus Aſſyria, quam alii vocāt Medicā, venenis medetur. Foliū eius eſt vnedonis interuenientibus ſpinis. Pomum eius aliàs non manditur, odore præcellit, foliorū quoque, qui tranſit in veſtes vna cōditus, arcetque animalium noxia. Arbor ipſa omnibus horis pomifera eſt, aliis cadētibus, aliis matureſcentibus, aliis verò ſubnaſcētibus. Hæc eſt, cuius grana Parthorū proceres incoquere diximus eſculentis, cōmendandi halitus gratia. Ex his quiſq;, etiā ineptus, arborē, quā citrum appellamus, ab his authoribus adumbratam intueri poteſt. Eiuſdem generis omnino ſunt, quæ Limonia, Adami poma, aut rācida nunc vulgò dicuntur. quæ Rantia vocantur Hermolao teſte, quaſi raudia, à colore æris, id eſt, fulua, vel à Neratio inuentore, Neratia dici potuere, niſi quis velit Aranium, quaſi Arianū, id eſt, Perſicum à

gent

gente appellatum: est enim Aria (vt inquit Hellanicus) Persica quędã regio. Quid item si malum Arantium, ab Arantia oppido Achaiæ? Iuba author est Hesperida, & malum Hespericũ nuncupari, referq; Herculem in Græciã transportasse, & malũ aureũ esse vocatũ, de quo in pastoritia contẽtione Vergilius meminit, Aurea mala decẽ hodie missi, cras altera mittam. Quamuis Pausania nõ aureum malum, sed Hespericũ ab Hercule primùm in Græciam transportatũ dixerit. Aristophanes etiã grammaticus oxymala Persica vocari prodidit. Galenus quoque pomũ ipsum non Medicum, sed citrinũ appellatũ voluit, quanquã sit apud Theophrastũ, sub Medicæ mali dictione repertum. Græci quidam fabularum inuentores, nuptiale pomum esse putauerũt, à Tellure editum fabulantes, nunciato Iouis, & Iunonis cõnubio. Supereſt Illustrissime Princeps antiquissimã curã in plantãdo, & diligentiã in seruando edocere. Propagine ac seminibus ortum ducit. Semina (inquit Theophrastus quarto plantarum historiæ libro) detracta vere, terris seruntur diligentissimè cultis. Rigantur deinde quarto, aut quinto die: quum autem maiuscula fuerint, transferuntur vere iterũ ad molle, riguumq; solũ, nec valde tenue: tale enim desiderat, opusq; est pingui aqua,

marci

marcidáve irrigari, non admodum frigida, qua etiã equorũ ſtercora triduo macerata ſint. Additq; ſeri fictilibus in vaſis perforatis. Proſunt & colũbinæ ſordes eadem aqua maceratæ. Quũ hæ arbores in iuſtã molem creuere, flores pariũt, qui an ſpes ſint futuri partus Theophraſtus primo plantarum libro his indiciis oſtẽdit, inter flores (inquit) mali medicæ, qui veluti colum quandã erectam in medio habeant, fœcundos hos fore affirmant: qui verò nõ habeãt, hos fore infœcũdos. Quod iterũ volumine quarto animaduertiſſe teſtatus eſt. Vnum verò ſubmonendum arbitramur, ſi hyemis inclementia in Ferrariẽſibus hortis flores, aut ſubnaſcentia poma defuerint, cauſam à Theophraſto primo de plantarum cauſis aſsignari: Quippe placidum aerem expetunt, medioq; conflatũ tẽpore, quo ſcilicet germinatio, & fructificatio aſsiduè factitari poteſt. Nec illud poſthabere dignũ eſt, illa eſſe fœcũda ſemina, quæ in colo quadã prorũpant, hic vnus eſt naſcẽdi modus. Nonnulli ramuſculũ, vt ſubnaſcẽtia virgulta radicibus euellũt, ac intorquẽt, vere in molle ſolũ, vdum & pingue magis, quã gracile plantantes, quarto etiã, aut quinto die prædictis aquis irrigãt, alii ramos nõ ab arbore euulſos, ſed adhuc illi infixos, fictili vaſe, teſtaceo, aut cucurbiteo

vertice

vertice, pingui terra pleno circundant, quoad radices emittat, proinde ab arbore diuellitur, transplantaturq; dato radicibus spiramento. Sæpius integras arbores è lõginquis partibus transferre excogitauimus, vt antiquiori tempore ex Persia, & Media euehebãtur. Nunc triuialis est ferè arbor, pluribus horum pomorum generibus citreta Liguriæ, Campaniæ, Apuliæ, Benaco lacu, & tota ferè Italia, præsertim verò calidioribus locis, & meridiẽ versus sitis, ac maritimis felicius germinant, & quãcunque imaginẽ topiario opere reddunt. Nos Genuæ, & Sauonæ, atria, cubicula, papiliones topiario opere ex his arboribus fictos vidimus, quũ excellẽtia tua anno à Christi ortu M.D.XXVIII. Galliam peteret. Sed qua arte sine vllo discrimine transferri possint, Plinius iij. xij. voluminis capite ostendit. Tentauere (inquit) gẽtes transferre ad se propter remedii præstãtiam fictilibus in vasis dato per cauernas radicibus spiramento: qualiter omnia trãsitura longius, seri arctiusimè, transferriq; me minisse cõueniet, vt semel quæque dicãtur, necnon eiusmodi arbores antiquitus insere bantur, quorum fructus citromela nonnulli appellarunt. Deniq; huius arboris morbos, & remedia huic opus esset afferre, nisi satis, superq; in nostro de arborũ medicina libro

illa tractauissemus, tamen illud vnũ admonere nõ grauabimur: Corticis ablatione esse huic arbori mortale nocumentũ hyeme præsertim: tũc opẽ ferre, noua cera, resináve obstructo vulnere decet, ne frigus intimã arboris medullã ingressum perimat. Hyeme verò à tẽporis inclemẽtia seruãtur, si in fícti libus plãtatæ sint hæ arbores, & in clausum locũ portétur, in quo aer natura, vel arte tẽperatus sit. Arte aũt si prope calidarium fabricetur. At si cõmuni solo plantatę sint, tugurio cãnitio, aut ex milii nigri culminibus spatio vnius pedis ab arbore circundentur. Mox equinũ fimũ ad mediũ vsque tugurii exterius circũponatur. Hæc sunt, illustrissime Patrone, quæ ex antiquorum voluminibus de hac arbore tuæ excellentiæ gratissima scribere valuimus, quibus iam esset finis additus, nisi hoc vnum in mentem accessisset, Lacedæmonios (Aristophane grammatico authore) Deos hac arbore coronare solitos esse. Vale Illustrissime princeps, & totius Italiæ decus eximium, & nostrum hoc munusculum, vt cætera alia, hilari fronte accipias, quod hæreditario iure tibi meritò debetur.

EXA

EXAMEN OMNIVM SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM, QVIBVS FERRARIENSES PHARMACOpolæ in suis officinis vtuntur, Antonio Musa Brasauolo medico Ferrariensi Authore.

BRASAVOLVS, SENEX PHARMACOPOLA, HERBARIVS.

QVORSVM, optimi viri, per has alpes inhospitas, & inaccessas, & per tam horridos recessus, qui vix timidis capreolis, & leuibus damis, ac dorcadibus aditum præstant? HERB. Quorsum pedibus ducimur. BRAS. Nos capite ducimur, pedibus autem ambulamus. SEN. Mihi videris æquè, vt nos, pedibus incedere, & capite aerem secare. BRASA. Ita incedimus, quoniam pennis caremus. Sed ò optime Senex, mens est, quæ nos ducit, & quæ huc vel illuc pedes ambulare iubet, ipsi autem veluti famuli parent. Bruta alioqui pedibus, non méte, nec ratione quorsum impetus ra

pit,trahuntur.sed ne silẽtio prætereatis(obsecro) cur hos montes ascendatis.HER.Herbatum venimus,vt virentes herbas,ac radices nostris manibus euelleremus, quæ ad nos adeò sicca feruntur,vt vix integrum foliũ,aut tenuis cauliculus cerni possit.BRA. Optimè cõsuluistis,verũ cũiates estis?HER. Mundani.BR.Hoc nõ me latebat.HER. Cur latere nõ potuit?adeò alta montiũ iuga conscendimus,vt Mundum superare videamur. BRA.Non ab re dubitabas,sed qua patria ortum ducitis?HER.Qua optimè esse contingit.nã vbi bonum,ibi patria,vt vulgato adagio fertur.BRA.Deniq; vos capiã,qua Mundi parte orti estis?HER.Nos absque retibus aut pedicis non capies, occidentales autem sumus.BR. Sed iocari desinamus, qua vrbe nati estis?SEN.Ferrariẽses sumus, nostra effigies te aufugit,tamen simul millies versati sumus. BRAS. O Dii immortales,demũ vos agnoui,iam diu mihi necessarios, quantum exterior vestium habitus effigiem mutat. Herbarium verò primo intuitu agnouissem,nisi barbam illam promissam abscidisset,& si cinericio bardacucullo circundetur. Immortali Deo gratias ago, qui in his inuiis mõtiũ cacuminibus adeò beneuolos viros cõiunxit,& eo maximè,q̃ eodẽ proposito ducimur.Obsecro vos p̃ Apollinẽ, & Aesculap

sculapium, vt me in vestrum sodalitium recipiatis. Quippe ero facundus comes in via, nec pigebit laboris, quamuis ardua montium penetralia superetis. SEN. Quid iucundius accidere potuit, quàm adeò familiarē virum inuenire, & viæ & euellendarum herrum comitem? vbi potius vrsos, voracesque lupos inuenire putabamus. BR. En chartam, & atramentum, & pennas mecum attuli, & quicquid pro diuersis rebus annotandis cō modum est. SE. Ad rem ipsam quid hæc facient? BRA. Omnia, quę inuenire continget, diligentissimè scribam, ne cùm Ferrariæ Pharmacopolium tuum frequentabo, decertare contingat: hæc herba talis erat, illa erat alio, quā viderimus, modo, affecta. SE. Hoc non modo probo, sed apprimè laudo: verùm tuus hic liber, si fortè in aliorum manus incidat, non deerunt æmuli insidias modò struētes, modò iurgia commouētes, qui omnia reprehendēt, & te veluti nugigerulū subsannabūt. BR. Si noster hic labor in publicū quādoq; prodeat, satis nobis erit, illa esse posteris aperta & deprompta, quæ hoc tempore ita esse compertum erit, nō ambigentes in multis deinceps nos sententiā immutaturos esse, & vbi meliora inueniemus, vel ab aliis inuenta esse cōstabit, à priori sententia recedemus, verum illud, quod postea in

uentum erit sequẽtes. SE. Non me latet multos in te scripturos esse. BR. Nos oppositum sentimus. quis enim hac in re onus absq; honore subire voluerit? nẽpe viri probi aliud quid habent quod agãt, quàm in vno alicuius authoris lib. x. aut x I I. non quidẽ errata, sed ambigua inuenire: ignauiverò, & qui bonas literas summis solùm labris degustarunt, & si praua eorum natura in bonos viros inueha tur, & inani quadam gloriola ducti eos vellicare tentent, posthabendi sunt, & tractandi velut aselli, qui cùm per viam transimus pedita emittũt, & veluti trochlea rũ strepitus negligẽdi, illísq; dicendũ, scribe tu si sapis, & iustum volumen, & non viginti, aut triginta versus in ordinem cõgere. quantum in me sit, scribat quicunque in nostras nugas, nunquã Apologias cõficiam, ne vulgi fabula euadã, & per totã vrbẽ digito commonstrer: sed cùm in re aliqua vellicabor, de ea agam cùm obiter incidet, nulla etiã illius, qui me carpere tẽtabit, mẽtione facta, illa scribens quæ veritati nobis cõuenire videbuntur, ne & ego videar virum illũ (si vir sit) viceuersa, & maligna quadã mente reprehendere velle, & veluti de illius iniuria vindictam sumere. SEN. Id boni viri officium esse semper cẽsui. HEBRARIVS. Sol prope meridiẽ est, & Solis radii adeò calẽt,

vt

vt in proximam illam planitiem secedendum sit,& in certa illius specus vmbra prandendum, dum cicadæ resonant. Inclinante enim Sole tot radices euellã,quòd nõ videbor diem,& operam lusisse. BR. Meridiano æstu ingẽtes destillatiões,& capitis dolores fieri solẽt,ideò huius arboris incerta vmbra derelicta,herbarii cõsiliũ sequamur. SE. Tu ergo herbarie,onere depositio mappam supra virentes illas herbas,& humiles sterni toto,pernámq;, & tucetum in ligneum orbẽ ponito,& cantharum generoso vino plenũ deobturato. Hæc sunt, quæ in hac sylvestri solitudine Antonio Musæ præstare possumus. BRA. Hæc Principi inter mõtium iuga equitanti satis essent. Ego pane,vinóque etiam dilutissimo,& maxima visendarũ herbarum appetentia contentus sum. Antiquitas herbis,& glãdibus diu vescebatur,dum homines syncera fide,& probis moribus viuebãt. Mox (proh pudor) ganea, tot varia,in saporibus,coquendi modis, variarũ rerum permistione,cibaria adinuenit,vt nullus sit modus,nullus finis edulii,quę infinitos morbos pariunt,& plerunque in mortem inopi nam perducunt. SE. Quid ad nos si alii ęgrotent? Ego pharmacis,tu medendo lucraris. BR. Quantum in me sit,Deum optimũ oro, neminem vnquam ægrotaturum: quum

verò id fieri nõ posit ægros aliquot mihi contingere opto, vt ex mea arte honestũ vi ctum, & vestitũ habere possim. At si nullus vnquam ęgrotaret, nõ sum adeò stupidi ingenii, quin statim artem aliquã mihi comparare sciuerim, ne vitã per inertiã trãsigerem. HER. Omnia in promptu sunt: in hac virenti herba sedete. SE. Tucetum hac parte rancidum est, illa verò optimum. HER. Nec deest sua laus pernæ. BRA. Vinum generose respondet. Verùm, ô herbarie, quænam herba illa est, quæ apud cantharum viret? HER. Apud omnes notissima. eam ignoras? Reuponticum appellatur, cuius radix adeò præstat, vt eius duplum pondus reuhabarbarũ æquet. BR. O mirus recentiorũ error, & mira pharmacopolarum ignauia! per tot secula in hac herba decepti sunt, & nunc decipiuntur, tamen addiscere nolũt, & si res ipsa præ oculis adducatur, veritatem agnoscũt, sed maligno quodam animo verum abnegant, potiúsque in sua illa ceruicosa ignorantia perseuerare volunt, q̃ verum agnoscere. HER. Id fortè nostra gratia dictum cu pis: apud me certum est, herbam illam Reuponticum esse, vt ab ineũte ætate à summo quodam herbario didici. SE. Nec egò aliud, Reuponticum vidi, q̃ simile. Tu fortasis vis nobis ostendere panem non esse panem,

aut

aut vinum non vinum. Ego ita Reuponticũ noſco, vt tu hoc vitrũ, vitrũ eſſe putas. Nũc autem quidã iuniores inſurgũt, qui potius libidine gloriolæ, q̃ veri ſcientia optimos libros reprehendere conãtur, nec verentur, noſtrum Euangeliſtam, id eſt, diuinum Meſuen execrari, Pandectas reprehendere, Auicen. taxare, Serapionem demoliri, & Auerroim exibilare: nõ deſunt nobis luminaria, ſed hi conantur extinguere. BR. Obſecro te, optime pater, ne ira conciteris, ſed blandis verbis re tractemus, & mites aures præſta. SE. Nunquam potero in Meſuen, aut alterũ Arabem conuicia audire. BR. Et quis adeò audax hos præſtãtiſsimos viros vellicare conabitur? SEN. Tuus Leonicenus, Manardus, & neſcio qui recentiores. BR. Deciperis, optime Senex: nã Leonicenus, & Manardus ſi aliquot Arabum errores detexerint, modeſtè loquuntur: recentes autem illi potius culpa digni ſunt, quum execrantur, quàm laudare. erant demonſtrandi errores, non cõuiciis laceſſendi authores. SEN. De Meſue quid sentis? BRA. Quid aliud, quàm optimũ virum, q̃ omnia Deo duce ſcripſerit, & poſteris iuuandis multùm inſudauerit? SEN. Quid de Auic. BR. Non quidem principem medicorum (vt recentes putauerunt) ſed Cordubẽ: at ſummum Philoſophum, qui multa vide-

rit,ac perlegerit,quanquam eius volumina multis erroribꝰ ſcateãt. SE. Quid de aliis Arabibus? BR. Id,quod Plinius teſtatur: Nullus liber tam malus, quin aliqua ex parte proſit. Ego omnibus rei medicæ candidatis ſuaderẽ,vt in primis Græcis perlectis,Arabes quandoq; guſtarẽt,quos aliqua ex parte prodeſſe non dubitamus. Vnde cõſilium id non modò non probo,ſed valde improbo,quo nonnulli Arabes penitus abolẽdos ſuadent: nos verò potius corrigẽdos iudicamus,vbi mendæ aliquæ apparent. SE. Si omnes tuam ſententiam amplecterẽtur, nulla eſſet inter Arabum,& Græcorũ ſectatores controuerſia. BR. Non laudamus Arabũ ſectatores,ſed omnes Græcos imitari hortamur,Arabibus nõ ſpretis: ad tempora incidimus,q̃bus Græcis maledicũt nec ipſos dignãtur ſuo nomine appellare,quod in bonis literis tyrannidem quandam peperit. Hipp. igitur,Gal. Oribaſium, Paulum, Aetiúmq; admiremur,ſed nec Serapionẽ,Raſim,Auic. Auerroim, Meſuen omittamus, niſi vbi inextricabiles nodi inciderint, & nonnullæ in rebus ipſis liturę. SE. Súntne aliqui iuniores Ferrariæ inter eos,qui recẽter doctores creati ſunt,ad id nauandum commodi,ac prompti? BR. Equidem ſunt, Hippolytus Conſtabilis, Franciſcus Bruſantinus,

nus, Maurelius Sanctus, & Ioannes Leo Vercellensis. hi quãdoq;, & breui nostræ patriæ splendentia lumina euadent, qui Græcos authores summè obseruant, nec Arabũ rectè dicta contemnunt. Vt enim propriã animã rectis, & Christianis moribus exornarũt, ita ab omni maledicentia immunẽ fecerunt.

SE. Ad rem ipsam sermo vertatur, Herbarie affer Reuponticum. HER. En, nec vna deest radicis fibra. SE. Hoc igitur Reuponticum esse ambigis? BR. Imò non esse certus sum. SE. Súmne tam grandæuus sententiã mutaturus? BR. Eia pater, quacunq; ætate discendum. Statim autem te assensurum nõ dubitamus, si benignas aures præstare volueris.

SE. Amor erga te meus, aures præstare cogit. Id igitur non esse Reuponticũ ostende.

BR. Apertissimè ostendam, modò antiquioribus authoribus fidẽ adhibere statuas. SE. Quos antiquos appellas? Pandectariũ mecum attuli, quem omnia ad vnguẽ scripsisse arbitror. BR. His igitur authoribus fidem præstabis, qui à Pandectario in testimoniũ adducuntur? HE. Aliter fieri non potest. BR. En igitur Pandectarius Dioscoridis testimonio vtitur, eo capite, quo de Rheõ, vel Rha, à Romanis Rha ponticũ appellatũ tractat, (nõ enim Reuponticũ, vel Rheubarbarum, vt vos passim dicitis, sed Rha põticum, &

Rha

Rhabarbarū proferre oportet, verùm voca
bulis veſtris vos vti non impediam) tamen
idem Pandectarius per Rhaponticū id intel
ligit, quo paſsim in officinis vtimini, cui
magna recentiorum pars cōſentit. At ſi tibi
apertis oculis, hoc nō eſſe Dioſc. Rhaponti-
cu oſtendā, nónne dices nō ſolùm non eſſe
Rhaponticum, ſed longè Pandectariū hallu
cinatum eſſe? SE. Alii adhuc ſuberunt ſcru-
puli, nunc iſtud demōſtrare pergas. BR. Pri-
mò igitur antiqores Rha dicētes, vel Rheō
ſimpliciter, id intelligunt, quod à Romanis
Rhaponticum vocabatur, & Celſus radicē
Ponticā lib. v. in Antidoto Mithridatis nū-
cupauit, poſtea Dioſc. aures præſta, hāc ra-
dicem, quæ Rhaponticum dicitur eſſe ſine
odore, eſſe fungoſam, & ſine pōdere, & habe
re guſtū glutinoſum dicēti. Olfacias igitur
ipſam radicem, optime Senex. SE. Iam olfa
cio. BR. Carétne odore? SE. Minimè, ſed gra-
uem habet. fortè intelligit, non habere odo
rem, ſcilicet bonum. BR. Hoc potius eſt ſine
ratione fugere: quoniam Dioſco. hoc voca-
bulo odor, tanquam medio vtitur, cui bo-
num, aut malum, ſuaue, aut inſuaue, coniun
git. Cùm igitur ſine odore ſcripſit, quod ſua
lingua ἄοσμος dicit, odore carere penitus
cenſet. Sed aliud conſideremus, an χαῦνη ſit,
& ὑπόσος, fungoſa, & ſine pondere. SE N.

Equi

Equidem fungosa non est, sed potius densa, vt inde grauis efficiatur. BR. Nec gustũ præ tereamus, quem glutinosum censet, gusta, mihi nullum glutinum in lingua parit. SE. Nec mihi. BR. In aliis si quodam modo huic nostro Rhapontico conuenire videatur, in multis dissentire certum est. SE. Hoc adeò manifestè percepi, vt is cæcus sit, qui nõ videat. Nunc sentẽtiam mutare cogor, vt deinceps in simplicibus Pãdectario nostro fidem non adhibeam. Tamen plures de Rhabarbaro differentes audiui, qui hoc Dioscorides Rhapõticum, Rhabarbarum, quo vtimur, esse profitentur. BR. Non defuere plures, qui id sentirent, quod etiam Leoniceno attributum est, & hoc Ruellius, ac si pro aris dimicet, probare nititur, tamen decipiũtur quoniam ἄοσμος non est Rhabarbarum, id est, sine odore, nec habet radicem similem centaurio, quippe centaurium radicem lõgam habet, & quanuis Rhapõtico minorem scribat, tamen eandem formam nõ habet, quia Rhabarbarum in formam rapæ, & rotundũ vergit, nec Rhabarbaro ineſt ῥίζα μέλαινα, id est, radix nigra, sed potius in subcroceum quendam colorem vergit, adeò vt tabulas quasdam ex infusione Rhabarbari aptè croceas reddiderim: & nisi pretium impediret, eo pictores vterentur. SE. Hoc ergò probare tentas

tentas Rha antiquorum non esse nostrũ vocatum Rhabarbaricum, quia nostrũ odoré habet, Rhaponticum verò sine odore est. at nos huic tuæ sententiæ occurremus dicẽtes, id ex regionum diuersitate cõtingere, quod enim in Ponto nascitur, ob loci frigiditatẽ odore caret: in Arabia verò ob feruentẽ Solis æstum odorem contrahit. BR. Hæc est irrationalis excusatio, qua tamẽ Ruellius intentionẽ suã demõstrasse arbitratus est, quippe nulla est radix, quę vel fœteat, vel fragrãti odore prædita sit, & nulla est herba, etiã si ab æstuosissimis locis ad glacialia, & humidissima trãsportetur, quin aliquid proprii odoris, & saporis feruet, licet remissiora sint. En origanus ex Creta Venetias affertur vehemẽtissimi saporis, & odoris: nascitur & in Ferrariensi solo nõnullis in locis humidissimis & frigidis, & eũdem habet odorem, & saporem cum Cretẽsi, sed longè remissiora sunt. idq; in sexcẽtis herbis, probari potest. Amarissimum est, quod in mõtibus oritur absynthium, & vehementem habet odoré. Ferrariæ verò in locis humẽtibus, & frigidis, & amaritudo remissior est, & odor. SE. Cur Ruellio nõ credis, si tantus vir id testatur? BR. In his, quæ sensu cõstant, nemini credendum est, si ratio, quæ ex sensu sumitur, oppositũ suadere videatur. Illuc ego nũquã

duci

duci potero, vt ſuadeat locorũ diuerſitatem in eadem herbæ ſpecie, odorẽ penitus auferre, & illam ἀοσμίαν reddere, cùm experiẽtia oſtendat, eiuſdem ſpeciei odorẽ ſemper ſeruari in eadem ſpecie herbæ in calidiſsimis locis, & frigidiſsimis, humidiſsimis, & ſiccißimis, ſolùm verò intẽtione, & remiſsiõe differre. Mirùm igitur mihi videretur Rha barbarũ in Arabia odore præditum eſſe, in Ponto odore penitus carere. SN. Quid dices ad Ruellii authoritatem? BR. Illum ex voluntate locutũ eſſe, & quicquid in mentem venerit deprompſiſſe teſtabimur: nos verò in his omnibus, de quibus verba faciemus, rei ipſi innitemur, & de quibus etiam ante Ruelliũ ſcripſimus. In reliquis aũt quid de tam probo, & tam docto viro ſentiã, aperire nõ deſiſtã. Cùm eſſem Lutetiæ Pariſiorũ M.D.XXVIII. nõ mediocrẽ habui cũ eo viro cõſuetudinẽ, & plerũq; excepit me prãdio, & ego illum nõnunquã: proprias ſedes habebat prope templum illud famigerabile virginis Pariſienſis, & erat illius tẽpli (vt dicunt) canonicus, vir erat in moribus mitiſsimus, in Græcis, & Latinis literis eruditiſsimus, ſed talis, q omnia ſimplicia domi ſciebat: in hortis verò, mõtibus, cõuallibus, & aliis locis, in quibus hæc naſcũtur, nũquam verſatus erat, propterea nihil ab eo dicitur,

quin

quin de verbo ad verbũ ex Plinio, Dioſco. Gal. Paulo, Aetio, Atheneo, Polluce, & plerunq; Hermolao Barbaro deprõptum ſit, nos econtrariò pauciſsimas authorũ ſententias, & illas quidẽ q̃ breui fieri poterit, referemus, & illa tãtùm, quæ oculis vidimus, & his manibus nõ ſemel collegimus, perſcribere conabimur, ea antiquorũ ſentẽtiis conferẽtes, quicquid tamẽ ſit, noſtra hac ætate doctiſsimus fuit Ruellius, & in euoluẽdis authoribus diligẽtiſsimus. Inſumma igitur fieri nõ poteſt, vt herba vno in loco odorata, in aliũ tranſportata, odorẽ penitus amittát, potiſsimùm cùm ſicca erit. SE. Loca omnino herbarũ qualitates immutare videntur: nempe Gal. cùm de Ciſtho Ladanum ferente agit, in Aſia, inquit, ob loci tẽperiem frigidam habet naturã, in aliis verò locis calidam. BR. Venerãde ſenex, nullus vnquam, qui ſapiat, inficias ibit varias regiões, & cœli periodos ſimplicia medicaméta immutare: at hæc mutatio in qualitatibus eſt, quę per magis & minus diſtinguuntur. Gal. ergo de Ciſtho loquentem contemplemur, qui ſeptimo de ſimpl. medica. facultatibus, inquit: In calidis regionibus hic Ciſthus proueniens, tametſi haud alius ſit genere, quàm qui apud nos naſcitur, eximiã tamen à regione, ac peculiarem, digerentémque calidita

caliditatem nactus est, atque vtroque à nostrate differt, tũ quia frigiditatẽ deposuit, tum quia calorem assumpsit: itaque cætera quidem huius Cisthi illis, quę in nostrate visuntur, similia sunt. Hęc de Cistho á Gal. referuntur: verũ quis est tam hebetioris ingenii, vt ignoret herbas etiã frigidissimas in calidioribus locis minus frigidas enasci? quod autem minus frigidum fit, aliquid caloris acquirit. Vnde & si Gal. dicat à regione eximiam, ac digerentẽ caliditatẽ acquirere, intelligẽdus est, frigiditate remissa aliquid caloris acquiri, quo digerere possit, tamen nõ it inficias aliquid fridigitatis habere. SE. Imò apertis verbis dicit, tum quia frigiditatẽ deposuit, tũ quia caloré assumpsit. BR. Intellige deposuisse, hoc est, remisisse frigiditatẽ. nã & in ea frigidę partes relinquũtur, assumpsisse verò caliditatẽ, præter frigiditatẽ illam, quam Cisthũ seruat, si in Cisthi species esse debeat, quoniã si frigiditatẽ penitus deponeret, esset ex trib. primis conflatus qualitatib. nihil verò in rerũ natura ita cõfectum reperiri potest. addè q; in aliam transmigrasset speciẽ, impossibiléq; esset, vt in aliis qualitatibus secũdis cũ nostrate similitudinem haberet, vt Gal. testatur. nempe primis qualitatibus in totum immutatis, & secundas immutari necesse

est. SE. Tu ex te ipso vt tibi mente occurrit hæc dicis. BR. Imò ita constat,& res naturæ hoc ordine cõflantur,frigidę herbæ in calidioribus regionib.minus frigidæ euadũt,& si in frigidis oriãtur partibus , & ad calidas transportentur,calidiores fiũt, hoc est,frigiditatem remittũt , vt nõ penitus deponant, neque amittant:alioqui in eadem specie nõ essent:imò (vt de Cisthide loquamur)si frigiditatem vndequaq; deponeret, & non remitteret,illi vis adstrictoria nõ seruaretur, quam adhuc seruare fatetur Gal. SE. Puto te hæc tibi fingere,& pro libito commentari. Gal. verba sunt,frigiditatem deponere. BR. Intellige (ni refugias) remittere, alioqui in sua specie nõ seruaretur. SE. Addit acquirere facultatem digerentem,quæ non nisi in caliditate consistit. BRA. Nolo verbis amplius contendere,ita Gale. exponendum censeo,si acquiescere lubeat, acquiescito : sin minus, intentionem tuam sequaris. Vnum est proculdubio sentiendũ , cùm remittitur frigiditas,caliditatem introduci necessariũ esse. At tanta seruatur frigiditas , vt res in sua specie conseruari possit,propterea hæc non est conueniens similitudo de Cistho respectu diuersorum locorũ,adde Rhabarbarum Rhapõtico in secũdis qualitatib. cõparari: Cisthum verò in primis,quanquam ad rem ipsam

ipsam hoc parum conducat, verũtamen his prætermissis argumentũ quoddam pro tua sententia adducam, quod adeò efficax erit, vt illud euitare difficillimũ sit. SE. Quódnã est hoc argumentũ? illud iã exaudire percupio. BR. Audies aliqua esse, quę vno in loco odore penitus carẽt. in alio verò sint odorata. SEN. Iam diu aures erexi, vt sententiam nostram comprobatam esse percipiam. BR. En Dioscо. de Iride agens, illam, quę in Iberia, & Macedonia nascitur, odoratam facit: illam verò, quæ in Thracia, & frigidioribus locis nascitur, odore carere testatur. SENEX. Quid ergo ad Dioscо. dices? BR. Qui putãt Dioscoridẽ ita scriptis reliquisse, longè decipiuntur. Nam de Iride agens, Illyricam, & Macedonicam cæteris prefert, nusquam tamen dicit, q; aliæ odore careant, in odore verò Macedonicam cæteris prefert. At si locorum diuersitas odorẽ probum ex calore rebus ipsis infert, quis vnquam Illyriũ pro regione & tali, & calidâ probabit? SE. Scito, ô Musa, non esse Dioscо. qui Iridem dicat in Thracia odore carere. BRA. Quis ergo fuit, qui tamen fide dignus sit? SE. Theophrastus est in vj. de plantarũ causis. BR. Id est, diuersis in locis. Vnde & nos variis in locis apud hunc authorem annotauimus. Vnus est locus cum de sensu odoris, qui gustatu perci-

pitur agit, docétque non temere adiungi olerum genus, quod à palati gratia nomen accepit, ceu Anethum, Fœniculus, Iris, & eiusdé generis reliqua, quorú pleraq; nihil penitus olent. At sirectè contempleris, hoc quod dixit nihil penitus olere, non refertur ad Irim, aut ad Anethũ, vel Fœniculum, sed ad alia olera referri debet, quę nullum penitus dum manduntur odorem habent, vt Lactuca, Chrysolachana. Alter locus est in eodem sexto, vbi eadé siccata, & recétia inuicem cõparat, & de causis zucchari mẽtionẽ facit, quæ dũ recentes sunt, dulces gustãtur, exiccatę dulcedine priuantur. Postea addit: Virides enim aut nihil olent, aut non æquè, siccatæ nimirũ redolent, vt Iridis radix. Vides expressè non dicere non olere, sed non æquè olere. Idẽ intellige de locorũ diuersitate, quæ faciat, vt nõ æquè redoleãt, nõ tamẽ vt odore penitus destituãtur: notatóq; nõ ponere Iridé secũdum diuersas regiones odoré, & inodoré, at potius vult remissius redolere, vbi docet siccitatẽ, & caliditatẽ, res magis odoratas reddere. Hęc sunt eius verba, argumẽto etiã illud est, tractib. æstuosis plura, meliorá; odoratorũ genera prodeũt: melius enim ibi cõcoquitur, & quędã siccata olent, viridia nihil olent, vt calamus, iuncus: nonnulla etiam plenius olent siccata, vt

Iris,

Iris,& Sertula campana,vbi vides asseruisse Iridem in æstuosa regione,magis quidē redolere, sed in frigida odore non caret.SEN. Nōdum attigisti locum, quē citauimus ex Theophrasto.BR. Id quidē scimus,sed nolui mus & hos locos prætermittere: ille, verò quē citasti, est in vltima ferè sexti libri parte, vbi docet terrā, quæ res parit odoratas, nō debere esse limosam,neq; pinguē,neque lentam, quoniā humoris, & lentoris causa calor non æquè fungetur officio suo.Paulò post addit, Hac em̄ de causa Iris melior in Illyride, quā in Macedonia est, in Thracia verò,cęteris q; frigidioribus locis,ac minus cocturę idoneis odore penitus caret.SE. Hic est propriè locus, quē citaui: quid noui paries,vt tā apertā sententiam euites?BR. Theophrastum intelligo,vt de viridi Iride loquatur.Nam ne à se ipso dissentiat,id arbitrari necessarium est, quod tamē à veritate nihil discrepat: nēpe sicca radix in quacunq; orta sit patria redolet,in humida verò & frigida lōgè minus:at cùm viridis est,odore penitus carere videtur.SE. Hæc commentaris vt tibi menti occurrūt.BR. Imò vt ratio dictat.nam locorum diuersitas odores quidē remittit, sed penitus non aufert,præsertim cùm exiccatę fuerint hoc in sexcētis herbis experientia ostendit, quæ è locis calidiori-

bus Ferrariã transportentur, odoram nunquam penitus amittũt, vt in origano patet è monte Ida Cretensi, Ferrariã asportato, & in nostro solo terrę mãdato. SE. Nõ videtur tanta locorum distãtia hæc, quãta illa, quæ inter Pontum, & Arabiam interest. BR. Distãtia hæc ad rem nihil facit, sed sunt locorum qualitates. Adde esse longius spatium inter Idam montẽ, & Ferrariã, quam inter Pontum, & Arabiam, si Ptolemęu contemperis prima Asiæ tabula, & quarta. Nã inter Idam montẽ & Ferrariam intersunt decem & octo, vel decem & nouẽ gradus: inter Pontũ verò & Arabiam vndecim, vel duodecim gradus. At hęc omissa faciamus, id nos mordicus tenemus ob locorũ diuersitates simpliciũ qualitates non immutari, sed remitti, & quãdoque adeò remitti, vt percipi nõ videatur, nisi exiccetur: vt de Iride à Theophrasto dictu est. Imò & excusationem hãc accipere ne pigeat de eo, quod Dioscorides dicit, & ab aliis asseritur, radicem Rheu odore carere. intellige cũ recens est. Nã exiccata grauem quandã odorem emittit, vt Iris facit in frigida regione orta. SE. Arbitror ad Gal. & Dioscoridem radices siccas fuisse comportatas, vt impræsentiarum etiã Ferrariam cõuehuntur. BR. Et viridis effodere, & siccis vtebantur. propterea mirum certè

est, si

est, si odorem aliquem habebat, quod odore penitus carere fassi sunt. Sed his omissis ad negotium iam cœptum accingamur. SEN. Ne te pœniteat, & huic alteri ambiguitati aures porrigere. BRA. Dic sodes. SE. Inquis à Rhapõtico Rhabarbarum differre, quoniã Rhaponticum prælongã radicem habeat, Rhabarbarum rotundam, veluti rapũ, nos verò dicimus Barbaricos viros prælongas, & magnas Rhapõtici radices in frusta dissecare, quæ in rotundam quandã formam vergere videntur. BR. Sæpius à te dictũ est, nos absque ratione, sed vt méti occurrit locutos esse, cũ tu in præsentiarũ mihi potius sine ratione, & ex appetẽtia loqui videaris, nempe & asseró, & testor radicẽ hãc, quam Rhabarbarũ vocamus, rotundã esse, & quãcunq; ex his, quæ ad nos apportãtur, extrin secum suum corticem integrũ habere eiusdem vndique coloris, & eiusdem substãtię, quanquam & nonnunquam frustra videantur incisa, imò & Rhabarbarũ quod rotundum esse fatemur, veluti rapum, in duas vel tres partes diuidi potest, neque hoc obstat, quin in rotundum vergat. Nos vt de hac rẽ deniq; finiamus, & veru Rhaponticu, & verum Rhabarbarũ recẽtia vidimus, Rhabarbarum in horto magnifici Sinibaldi Fisci Genuæ. Si videre hoc tibi animo est, illùc

equitato. fortè & nunc adest. radix erat rotunda non quidē perfectè, sed vt ad nos ex India, vel Arabia impręsentiarū in dies afferuntur, & aliquid (licet parū) odoris Rhabarbari seruabat, imò & folia diuersa erāt, quæ nostræ rapæ folia referebāt, & eadem ferè incisuras habebāt, erántq; folia veluti citrorum robusta. SE. Hæc sūntne vera? BR. Me puderet referre, nisi id his oculis vidissem. SE. Fortè erat alia radix. BR. Nō miror te garrulū esse, quoniā & senio cōfectus es. An esset eadē radix, an diuersa, disputare nō aggrediar, sed Genuam proficiscitor, vbi illam videre licebit. Multæ enim in præscripto horto sunt eiusdem generis radices, nisi obaruerint. SE. Alii tuis verbis non acquiescent. BR. Nō acquiescāt, sat mihi est, veritatem exprimere, & ex conscientia loqui: imò & nunc in Oenotria, quę vulgo Calabria dicitur, quoddā Rhabarbari genus nascitur folia habēs prædicto Rhabarbaro similia, radices verò lōgè minores sunt, & intus rubriores. Integrā radicem mihi dono dedit egregius Leonardus Vespolus Neapolitanus, qui illā sæpius expertus erat: & nos diuersis hominib. quinq; drachmas potui dedimus, vnicuique singulam drachmam. in his quinq; inuenimus vehemētius educere, quam hoc nostrum vocatū Rhabarbarum

educat. nunc etiã illius radicis partem domi seruo, quæ manifestam rotunditatẽ præ se fert. SEN. Putásne radices illas adulterari? BR. Gal. in primo de Antidotis, vbi exponit simplicia theriacã ingredientia, de Rheo loquens adulterari inquit his verbis, In Rheo quoque fraus cõmittitur. nam quibus in locis nascitur, simul atque euulsum est, ipsum elixant, quo succum remittat, ac tam succum, vt syncerũ, & aquæ impermistũ, quàm Rheon exiccatum, vt nõ elixũ ad nos postea mittunt: quamobrem scientia opus est, verum ab adulterino secernendi, quã facillimè consequuntur, qui suæ spontis Rheũ ali quando viderint. Nam elixi pars, quæ sub aspectum venit, densa per totum & cõpacta non est, sed rarior, & gustũ tentatũ saporem adstrigentẽ vel nullum, vel obscurũ remittit, cum tametsi adulteratum non sit, vehementer adstringat, citò tamẽ & ipsum fora minosum efficitur. Hæc Galenus de his, qui Rheon adulterãt, improbis viris, imò & de aliorum simpliciũ adulteratorib. in tertio de cõpositione mendicamentorum secundum genera, conqueritur, vbi in principio ita amicos admonet: Amici, vos admoneo, vt in hoc quoq; me sequamini, si artis opera pulchrè obire velitis. nouistis enim quomodo ex omni natiõe præstãtissima quot-

annis medicamenta mihi adferantur, eo q̃ perditi illi omnigenerum rerum coemptores (Græcè Rhopolas vocant) variis modis ea contaminant. Præstiterat forsan non hos solũ, sed multò magis etiã mercatores, qui illa aduehũt, incusare, atq; his multo magis ipsos herbarios, itẽ nihil minus eos, qui radicũ liquores, succos, fructus, flores, & germina ex mõtib. in vrbes cõferũt: hi siquidẽ omnium primi in eis dolũ exercent, vt Gal. de medicamentorũ adulteratione ap primè cõqueratur. SE. Id semper absurdum existimaui Põticę regionis viros Rhapõtici radices excoquere. BR. Et id ridiculũ semper putaui, in loco, in quo tanta huius radicis copia inuenitur, quanta graminis Ferrarię, excoqui, vt succus extrahatur, & vis aquam subeat. Nam quod elixũ est, deinceps facilè corrũpetur. Neque putandũ est fieri adulteria, vbi tanta alicuius rei copia sit, & nullius ferè pretii existimetur: nisi quis dicat excoqui vt maior succi copia paretur. Tamẽ recens Rheõ succi copiã emittit, & si aqua misceatur, facilè corrupitur & ipse. SE. Tamen Gal. id asserit. BR. De his, quæ ipse nõ vidit, illi fidem in omnibus non adhibemus. nam & de Lemnia terra agẽs, illam putabat hœdino sanguine cõmisceri, prius quàm oculis vidisset. Non fuit in Ponto Galenus, propterea

pterea hoc videre non licuit: sed id retulit, vt ab aliis audiuit: quãuis & Auicẽna illud idem asserat, atq; Mesue. SE. Quod dicebas Rheon, radicẽ esse nigro cosło similẽ, Rhabarbarũ verò lutei coloris, nos fatemur, & Rhabarbari radices nigras esse, sed extimus cortex aufertur. BR. Vidisti ne istud? SE. Non vidi, sed nostræ menti ita succurrit. BRA. In his, quæ sensu constant, nõ est opus imaginatione vti, sed sensus ipse iudex esse debet. Fortè radices aliquæ, quibus terra inhærebit, aut exustæ, nigræ videbuntur. SEN. Hoc etiam discrutior, vt Rhabarbarũ cum Rha Pontico idem esse contendam, quoniã eædem proprietates, eædẽ operationes nostro vocato Rhabarbaro insunt, quę ab antiquis Rhapontico inesse scriptæ sunt. BR. Eædem omnino sunt, sed longè efficaciores in Rhabarbaro. Quis enim ambigit duo simplicia easdem vires nonnunquã habere, & in vno intentiores esse, quàm in alio, & tamẽ erunt in specie diuersa? Adde Mauritanos Rhabarbaro attribuere, quod & bilem crassam educat, & pituitam: antiqui tamẽ Rhapontico id nõ attribuere. Quãquam & in Rhapontico rationes inuenire scirem, ob quas educit, quanquã ab ipsis expressum nõ sit: nẽpe ex acrimonia ad deiectionẽ præparat, crassa incidens atq; glutinosa, ex amaritudine detergit,

tergit,& etiam crassa incidit,sed remissius, quàm ex acrimonia. Est verò adstringens, quoniã in se habet aliquid terrei,quod frigidum est,vnde easdẽ vires habere fatemur,& tamẽ diuersa esse.Verũ quoniam inter se in multis aliis similitudinẽ habent præterquã in his prædictis, propterea Arabes vsi sunt in Rhabarbaro illa referre,quæ de Rhapontico ab antiquis scripta sunt,cum tamen & alia sit radix,& ipsi distinctam faciãt à Rhapontico.Antiqui præterea faciunt Rhapontícum leuem,sed Arabes probant Rhapontícum ponderosum. SEN. Id fit quoniam ad diuersa comparant.nam antiqui aliis radicibus comparabant, Arabes verò comparant radicibus in eadẽ specie. BR. Leuiores radices potius probare deberẽt,quoniã pro nota exquisita ab antiquis ponitur Rhapontícũ leue esse oportere.Præterea opus est comparationes intelligere,& ad eadẽ & ad diuersa.si tu ergo absq; rõne ita dices,nos ratione ducti,quod iam dictũ est sequemur. SE. Vbi radicẽ illam vidisti,huic Dioscoridis descriptioni de Rhapontico símilẽ? BRA. Venetiis in ędibus pharmacopolę,qui campanã pro insigni habebat,hic(vt vir erat,nulli parcẽs sumptui)ex ripis Rha fluminis in Męotidẽ paludem influentis radicem hanc,& ipsam herbam Venetias portari curauit, cui hæc

Dioſc

Dioscorid. descriptio adeò quadrabat, vt tu ipse tibi ipsi similis es. Meminit huius radicis Ammianus Marcellinus xxij. Historiarũ libro inquiens (de Tanai verò primò loquitur) huic Rha vicinus est ammis, in cuius superciliis quædã vegetabilis eiusdẽ non minus gignitur radix proficiẽs ad vsus multiplices medelarũ. SE. Estné Rhabarbaro similis, quo nũc passim vtimur? BR. Nõ equidẽ, sed potius Rhapontico vestro, his demptis, in quibus Rhaponticum vestrũ ab illo Dioscoride dissentire monstrauimus. HER. Reperiturne apud Dioscoridem, aut aliquem antiquum authorem, nostrũ vocatum Rhabarbarũ? BR. Nodum Herculeo illo arctiorem soluendum petis. Nunc silentio pertransire decreui, vt res maturius agatur: vnũ tamen præterire nõ possum, neminem adhuc apud antiquos authores adinuenisse, & hi lõgius hallucinantur, qui Rhecoma Pli. Rhabarbarum esse existimarunt, quanquam sola nomine Rhabarbarici mentio fiat à Paulo lib. vij. ca. xj. in compositione διὰ ῥοδάλων. HER. Audésne tu inuenire, nunquam ab aliis inuentum? BRA. Nondum effari audeo, sed diutius intra me, quod animo concepi, examinabo: fortè prius quàm aliis, quę concepimus, tradamus, perpetuo silentio transire decernemus, aut breui scriptis mandabimus.

bimus. SE. Sentis ergo Rhapontici Dioscoridis, & aliorum antiquorũ, vt Galeni, Pauli, aliã rẽ esse à nostro vocato Rhapontico, & Rhabarbaro? BR. Non modò hoc sentio, sed adeò certus sum, vt alioqui dubitare nefas arbitrer. In summa igitur Rhabarbarũ, quo vtimur, diuersa res est ab antiquorum Rhapõtico. SE. Arbitror nõ defuturos æmulos, qui in hanc tuam sententiã scribãt. BR. Et nos aliter sentimus, neminem scilicet in hæc scripturũ: nẽpe is fatuus videretur, qui de re scribere tẽtet, de qua ad hæc vsq; tẽpora tot, tamque probi viri scripsere, vt nihil addi posse videatur, nisi ad sensum radicem ipsam ostendat, & herbam, & reliqua, quæ oculata fide de ipsa videri debent, illaque erit optima scriptura, & optimũ argumẽtũ, in quod nullus reclamare poterit. Hic est in his rebus verus argumentandi modus ex re ipsa. Nã ex his, quæ ab authoribus desumuntur, vtrique parti defendẽdi ansa præbetur. SE. De Rhabarbaro satis, ego & hoc, & illud in mea officina seruabo, & illa ægris præstabo, quæ indicentur à Medicis: id verò scire percupio, quibus qualitatibus insigniatur Rhabarbarũ. BR. Mesue iudicauit calidum esse, & siccum in secundo ordine, quamuis nonnulli in primo esse probarint. Verùm cùm hi omnes ordines in tres partes ab antiquori

quioribus, distinguantur, iudicamus calidũ esse in secunda parte secundi ordinis, & ad tertiam attingere. Nam accipientibus iecur plerũque calefacit, potissimũ si calidio ris sint iecoris: & eius caliditas statim senti tur, & nõnulli ea die, qua Rhabarbarũ sum pserc, circa manus, & pedes vehementẽ æstũ persensere, & siti premebantur, etiam si non eduxerit: quamuis à multis pro iecore purgando exhibeatur: qui probandi sunt, vbi iecur humoribus plenũ sit, & sola calida qualitate nõ afficiatur. SEN. Ne pigeat, oro, in omni herba, de qua agemus prius qualitates referre. BR. Id libenter efficiam: verũ si hoc facturus sum, per Gale. regulas incedere oportet, & per viã illam regiam, quã in calce quinti libri de simplicium medicamentorũ qualitatibus, edocuit, vbi inquit, calidũ primi ordinis nominari, quod nos excalfacit, non tamen euidenter, sed opus est demõstratione rationali vti ad hoc probandum: eodem modo frigidum, humidum, & siccum, quod demonstrationem requirat etiã, nondum actionem valentẽ adeptũ. SE. Primus igitur ordo calefactionem sensualẽ nõ habebit? BR. Nõ, quę facilè & citò sentiatur: quę verò manifestè aut calefacere, aut frigefacere, aut humectare, aut desiccare possunt, ea secundi esse ordinis dicentur. SENEX. At

omnia

omnia, quæ in tertio, & quarto ordine sunt manifestè calefacere possunt, erũt igitur in secũdo. BR. Intellige illa, quæ incipiũt sentiri calefacere, frigefacere, exiccare, & humectare; & iã sentiũtur, nõ quòd in intẽso sint sensus gradu. Nempe illa, quæ vehementer quidem, nõ tamen summè calefacere, frigefacere, humectare, & exiccare possunt, in tertio sunt ordine, intellige ista esse calidissima, non tamẽ adeò vt escharam moliri possint. At quæ adeò calefacere possunt, vt escharã moliantur, & vrant, quarti sunt ordinis; frigida verò in quarto ordine adeò infrigidãt, vt extinguãt. de exiccantibus in quarto ordine nullũ inuenitur, quod nõ vratsimul. apud Gale. deinceps videtur tres istos ordines, secundũ scilicet, tertiũ & quartũ in triplices differẽtias, vel partes distingui. De primo aũt ordine an in partes distinguatur, nullã mẽtionẽ facit, quoniã euidẽter nõ calefacit: vnde distingui nõ põt, tamen in aliquibus primi ordinis & sua quædã differentia inueniri põt: de his verò, quæ in quarto sunt ordine, non solũ tres partes aderũt, sed longè plures: quoniã inueniũtur infinita calida secundum intensiorem, & remissiorem calorem, omnia tamen in quarto sunt ordine. Hoc autem suppositio de incessu pro qualitatibus simplicium medicamentorum inuenien-

ueniendis ad rem propositã progrediamur.
SE. Rhabarbarum igitur calidum & siccum
erit in media parte secundi ordinis? BRA. Id
iudico & attingere ad tertium, quoniã ma-
nifestissimè calefacit, & citò, & satis intẽse,
atque exiccat. SE. At nostrum hoc Rhapon-
ticum apud antiquiores inuenitúrne? BR. Si
herbam illam legamus, quæ centaureum
maius dicitur. huic adeò simi lis apparet, vt
ipsamet sine persona incedere videatur.
Vnde plures recentes, & Leonicenus, absolu
tè eã esse cẽsuerũt. Tu igitur herbã, ac radi-
cẽ manibus sumito. SE. Iam cœpi, Dioscori.
textum legas. BR. Aures præsta, ita enim in-
quit, Iuglãdis nucis folia habet. SEN. Habet
equidẽ, licet bletæ etiã Romanę cõferri pos
sit. BR. Oblõga. SE. Nec ab hoc dissentit. BR.
Colore vt in brasica viridi. SE. Illã verè viri
ditatẽ habet, sed extra subalbescit. BR. Serræ
modo per ambitum incisuris secta. SE. Hoc
nõ ita quadrat. BR. Omnino incisurę sunt, li
cet paruę: caulẽ rumici simílem habet, duo-
rũ triũ ve aliquãdo cubitorũ altitudine. SE.
Hoc frequẽtissimè vidi: habet enim radices
longiores, quàm herba altera, quam vide-
rim. BRA. Multis à radice adnatis, in qui-
bus papauerum modo capita sunt. SEN. Re-
ctè modo papauerum dixit, quòd centaurii
caput, non est omnino vt illud papaueris.

BRAS. Floret colore ad cæruleum inclinato. SENEX. Ita certè videtur. BRAS. Cui eo simile semen, veluti lanis in flore inuoluitur. SEN. Et si hæc res lana appellari nō possit, similis tamen lanæ videtur. BR. Radix vasta, ponderosa, dura, longitudine ad bina cubita, succo plena, sapore acri, cum districtione, dulcedinéque aliqua rubescens, & cuius pariter rubescat succus. SEN. In gustu nullā acredinem percipio, & nullam vel minimā adstrictionem. BRA. Nec ego, tamen optimè mando, & iam magnam copiam deglutiui. SEN. Suspicor igitur nostrum hoc Rhaponticum, id non esse, quod Dioscori. centaureum maius appellat, præsertim cum ex Apulia afferatur. BRA. Affertur quidem ex Apulia, & sponte oritur in monte Gargano, nunc sancti Angeli, ob Archangelum Michaelem, qui ibi visus est, appellato, in cuius pede olim Sipontum insignis vrbs sita erat, nunc ab eo distat, & Manfredoniæ nomen acquisiuit, aliàs loca celeberrima, nunc adeò pressa, vt vix extét antiquitatis vestigia. Quamuis ergo ex Apulia afferatur, & Dioscoin Lycia, Peloponeso, Helide, Arcadia, & Messene abūdare, & plurimum circa Pholoen, Lyciā, Smyrnā nasci fateatur, non tamé negat alia loca eo abūdare posse, imò & in Liguria hoc, & Rhaponticum vestrum, id est

id est, centauriũ inuenitur. SEN. Imò & nũc Ferrariæ habetur, & plerisque in locis plantatum viret. BR. Et futurum speramus multas alias herbas ad nos afferẽdas. SE. Vt aũt de hac re receptui canamus, tres diuersas radices edocuisti, centaurium maius, Rhaponticũ Dioscoridis, & Rhabarbarum quo vtimur. BRA. Imò si centauriũ maius à nostro vocato Rhapontico separes, quia in pluribus differre videntur, quatuor radices erũt, quarum si vnam ignorabimus, perfectam ipsarum historiam nesciemus. SEN. Obsecro igitur quid sint edoceas. BRA. Tibi satis sit hodie, nostrum Rhaponticũ non esse Dioscoridis Rhaponticum didicisse, nec etiam esse centaurium maius eiusdem Dioscorid. nec parum fuit (adeò inueteratis opinionibus) id simplex non esse, id, quod quæritur, demõstrasse. SE. Igitur hoc Rhaponticũ proiiciã, & deinceps domũ nostrã no ingredietur. BRA. Imò collige, est enim radix multis nominibus digna, & qua frequẽtissimè ad meos ægros reparãdos vtor. HER. Iã stomachari cœperã, si tã magnũ aceruũ proiecturus eram, quem vobis loquentibus effoderam. mihi igitur quatuor has radices explicato. BR. En nunc Ferrariæ in publicis Pharmacopoliis duo radicum genera habentur, vnã alio nigrius, neque rubedine delibutũ,

hoc genus Dioscoridis centaurium esse non potest, sed alia quædam herba est, quam nos ignoramus, passim in hortis Ferrariæ nascitur, & pro Rhapõtico à Pharmacopolis venditur, folia habet nucis iuglandis, & qualia à Dioscoride describuntur, eo dempto, quòd folia modo serrę non habẽt incisuris diuisa. SE. Centaurium igitur esse non poterit. BR. Non equidem, imò gustum non habet, quẽ suo centaureo attribuit Dioscorides. Verum tamen, vt nihil ex his, quæ suspicati sumus, te lateat, Rumicis speciẽ esse putamus. Est alia radix, quę ex Gargano monte Ferrariã, & Venetias affertur, & quã Pharmacopolæ diu pro Rhapõtico vendidere, cuius folia in modũ serræ diuisa conspiciuntur, hanc Dioscori. Centaureũ esse non dubitamus. Adest & Rhabarbarũ vocatũ, & verũ Rhapõticũ: itaque erunt quatuor distinctæ radices. SE. Si Rhapõticũ vidissem, omnes has radices ita cognoscerem, vt brassicam, & lactucam cognosco. BRA. Finge te illud vidisse, ne plus tẽporis hac in re conteramus, hæc radix, cuius folia in hoc mõte virere vidimus, & cuius copiã colligit herbarius, non est centaureum maius Dioscoridis, sed illa centaureũ est, quam in officina habes, & pro Rhapontico vendis, primam verò Rumicis speciem iudicauimus, & certè Rumicis radicis vero

centau

centaureo,& illi,cuius folia in modũ ſerræ diuiſa nõ ſunt,ſimillimas vidimus.SENEX. Niſi citò properemus,non erimus hac hebdomade expediti in colligẽdis herbis.HER. Tot herbas collecturus es?SEN EX. Officinam meã oppleturus ſum,vt nihil deſit, nec ab his montibus diſcedã,quin hos ſaeculos plenos videam.BR.Studes igitur in his montibus omnes herbas inuenire?SEN. Omnes, quibus vtimur,& omnes flores,omnia ſemina,omnes radices.BR.Hoc erit in maximũ ægrorũ incõmodum:nõ enim omnes herbę à mõtibus petẽdæ ſunt,ſed aliquæ in cõuallibus,aliquæ in humẽtibus locis, & planis vtilius colligũtur.SE.Arbitrabar montanas herbas virtute magis pollere.BR.Pollẽt qui dẽ eæ,quæ à mõtibus ſumi debẽt.SE.A puritia hoc imbiberã mõtanas herbas cęteris præſtare.BR.Nec ſolus eras huius opinionis particeps:fortè tu ab Hippocrate accepiſti in epiſtola ad Crateuũ,qui videtur præferre mõtanas herbas cæteris,cùm inquit, Tu verò nũc mõtanas herbas,& altis tumulis natas,nobis colligito:nam firmiores,& robuſtiores ſunt,acrioresque,& vehementiores, quã aquaticę,propter terræ denſitatẽ,& aeris tenuitatẽ,flores tamen earũ,quæ ſecundũ lacus,ſtagna,paludes,fluuios,riuos,fonticulosque naſcuntur,colligito,quas imbe-

cillas, nec multi roboris, succique dulcioris esse duo. Verũ Hippocrates de herbis loquebatur, quæ atræ bili aduersantur, cum Aberã profecturus esset ad Democritũ ex hoc morbo curandum. SE. Obsecro te per Medicæ artis Deos, vt in hac herbarũ collectione mecũ sis, & eas herbas ostẽdas, quæ in montibus, & quæ in plano, locóve aquoso, & humenti valeant: hic enim non desunt conualles, aquosa loca, & plana. BRA. Id lubentissimè agam, sed nec omnes herbæ hic nascuntur, quia nõnullæ aliubi petendæ, nec tẽpus hoc aptũ est, vt omnes colligantur. SE. Nonne possumus oẽs Ferrariã afferre, & transplantare? BR. Possemus quidẽ, sed vires amittunt. SEN. Tamen eadem folia seruant, eundem caudicẽ, eosdem flores, & eosdem fructus. BRA. Imò multæ nõ fructificant, vt castaneæ, xylocaractæ, quæ in mõtibus, & sua cœli periodo fructificant, alibi verò nũquã, & pinea nisi falso quodam modo solo fructificat. SENEX. Vidimus pineam Ferrariæ, quæ fructus gignebat, & nunc gignit extra mœnia spatio vnius milliarii, in horto monachorum sancti Bartholomæi, & in horto patrum sancti Pauli castaneam. BRASAVOL. Fructus quidem pariunt, præsertim pinea, sed imperfectè maturant, & pineæ nuces minores sunt. Ita natura res distin-

xit, vt hæc cœlo isto, illa altero gaudeãt. nã cœlum est quod parit, non solum, vt Theophrastus inquit: quanuis & terra aliquid faciat tanquam mater, & materia, cœlũ verò, id est, aer forma est, & agẽs, præsertim cum influxu cœlesti: & hoc non solùm in plãtis, sed etiam in animalibus vsu venit. SE. Quomodo in animalibus? BR. Leones in Italiã, Cameli, Dromedarii conuehuntur, tamen non pariunt, vel ægrè id faciunt, vt per sobolem nõ multiplicentur, adeò cœli periodus in viuẽtibus agit, imò & in lapidibus, ac mineralibus. HER. Hæc nihil ad rem, sed totus sermo, ac labor circa herbarũ collectionẽ sit, si prius me admoueris an Rhaponticũ apud alias nationes alio modo appelletur, quàm Rhapõticum. BR. Nomina illa omitto, quæ à Dioscoride citantur, quoniam ex teipso ea legere poteris: etiam omitto à Serapione Raued, vel Reu dici: nũc verò Hispani hoc eodẽ nomine appellant, quo nos vulgò Reupontico, Germani vltimã syllabam prętermittunt, & Repõtic dicũt, Galli verò per e, & u, scribunt Reupontic, proferũt autem ac si inter e, & u, media quædam litera sit. SE. Cur tot nomina, quæ vni herbæ, vel radici in variis locis adhibentur referre, si Gal. in principio sexti de simpl. medica. facultatib. libri, hoc negligat, & ita referẽtes

reprehendat, inquiens: plerunque verò ista herbarum nomina, aut Aegyptiaca, aut Babylonica, quæq; nonnulli aut priuatim, aut communi quorundã cõsensu illis imposuerunt, hic adscribere mihi visum est superua caneum. nam præstat, si quis hæc volet curiosius persequi, seorsum & per se apud illos legere, qui trãstulere. nam ita & libros suos inscribunt, vt qui eos nõ composuerunt. BR. Non it inficias Gal. varia herbarum nomina sciri oportere, imò eum, qui de simplicibus medicamentis scribit, cõuenit vt diuersarum nationũ nomina scribat, quo quæq; natio de qua herba loquatur, facilè ex nomine proprio cognoscere possit. vnde ab re nõ erit, varia diuersorum idiomatũ nomina, ex his, quę ab aliis authoribus scripta non sunt referre, & illa potissimùm, quæ per vulgus cuiusq; nationis vulgãtur. SE. Quænam sunt Rhapontici qualitates? BR. Gal. in septimo de simpl. medic. facul. inquit, Rhapontici cum habere mistam temperaturam, cu habeat quiddam terrestre frigidum, vt testatur adstrictio, & coniuncta est quædam caliditas: quia si mandatur, conspicitur. Aerię etiam cuiusdam substantiæ est particeps, quod indicat cum laxitas, tum leuitas. vnde iudicamus nos calidum & siccum, sed in fine primi, vel in principio secundi calidũ,

siccum

ſiccum verò in ſecunda parte ſecundi, propterea in ſiccitate ferè cum Rhabarbaro conuenit, in caliditate multùm differt. SE. Rhabarbarum éſtne æquè ſiccum, vti calidum? BR. Magis ſiccum eſt, quàm calidum. Sed ô pater, quem ordinẽ ſeruas in colligẽdis herbis? SE. Mihi in primis omnes flores, poſtea omnes herbas, tertiò omnes rădices, deniq; omnia ſemina, qbus vtimur, deſcripſi. BR. At quomodo flores nunc, radices, & ſemina colligere poteris, cùm hæc variis tẽporibus in ſuam perfectionẽ veniant? SEN. Omnia ſimul colligebam. Tu nunc ordinẽ edoceas. BR. Librum ſcripſimus de colligendarum herbarum tẽporibus, qui iam prope vmbilicum eſt, illũ tibi dono dabimus, quo colligendis herbis apta tempora, & radicibus, ſeminibus, ac floribus inuenies, imò & quibus locis quæq; herba quęrenda ſit, vbi proprias vires efficaciores habet. Multum enim refert quo cœlo, & qua prouincia herba ortũ duxerit. s. Eſto dux facti, & à qua parte incipere lubeat, admoneto. BR. Schedã illã tuã ſume, in qua omnia ſcripſiſti, & à prima incipito. s. Nullus ordo ſeruatur, ego à floribus cœpi. BR. Et ab his incipere opportunũ, primum florem legas, & ſi nullo ordine digeſti ſint. nã ſatis ordinem ſeruabis, ſi nullum in colligendo omiſeris.

SE. Primus est in ordine scriptus chamomil
læ flos, quo frequentissimè vtimur. BR. Cha
mæmalon potius dicito. Nam Dioscorida ap-
pellari censet, quia odorē mali habeat. SE.
Id aliàs audiui, sed quomodo odorem mali
haberet nunquam discere potui. BR. Non-
nulli putarūt floris mali odorem habere.
Ego autem puto odorem mali præmaturi
intelligendum: non tamen is præcisè odor
est, sed in illum vergit, nec cuiuslibet mali,
sed alicuius tantùm speciei. Hanc herbā in
hoc monte colligere poteris. nam siccis gau
det, & macris ac semitis viret, in ipsāq; cali
ditas, & siccitas aliqua expetūtur. Sed miror
cur flores tantùm legere studeatis, cùm &
herba, & radices viribus præstent. SE. Herbā
quoq; seruamus, sed flores seorsum, radices
verò in vsu nō sunt. BR. Iubeo vt deinceps
serues. SE. Seruabo, sed nunquā vendentur.
BR. Nē verearis, nam curabo, vt eas prius vē
das. Vnū præterea admiratione dignum est,
cùm tres sint species, cur hanc vnā tantùm
colligatis, quæ in medio orbiculum aureū
habet, foliolis albis circundatū, cùm alterū
genus habēs foliola illa purpurea calculosis
efficacius valeat, & Eranthemum à quibus-
dam propriè dicitur, quia vere floreat. Præ-
terea vide in hac semita tertiū genus habēs
foliola illa aurea, vnde Chrysanthemū nū-

cupat

cupatur, q̃ ciendis vrinis magis valet. Nescio cur vos pharmacopolę hęc genera omi seritis, quæ longè mortales iuuare possunt, de quibus Macer Poëta, qui de herbis carmine scripsit (si is liber, qui circũfertur Macri sit) in hunc modum canit:

Authores dicunt speciestres illius esse,
Quas solo florum distingui posse colore
Tradunt, est cunctis medius flos aureus illis:
Sed varijs foliis flos circuncingitur ille,
Albi, vel nigri sunt, purpureiue coloris,
Dicitur Anthemion propriè, cuius foliorum
Purpureus color est, maiórq; & fortior hæc est.
At Leucanthemon folijs deprehenditur albis
Mellinis Chrysanthemon, vis omnibus illis
Sicca, calénsque gradu primo conceditur esse.

Hactenus Macer, qui vires trium specierum postea enumerat, & quanuis speciem vnam nigri coloris esse dicat, Mellinum intelligere oportet, vt postea cùm eas distinguit, manifestè scribit. SE. Nos vnam speciẽ tantùm seruamus, quæ habet foliola illa alba aureum globum circũdantia: quoniam in Ferrariensi solo illa vireat, cæteræ minimè. Est autem ea, quæ leuchanthemon appellatur. BR. Aliæ etiã species in Ferrariensi agro nascũtur, licet nõ adeò frequenter: tu igitur ex omni specie colligas. SE. Deinceps hoc agam, verùm vno deterreor, vt ambigã

hoc

hoc esse chamæmalum, quoniam Dios. illa florum foliola, magnitudinem foliorũ rutæ habere tradit. BR. Rem nõ probè intelligis, quoniam Dioſco. inquit, folia illa esse parua, tenuia, numeroſa: cùm autem dicit habere magnitudinem folii rutæ, id in toto flore intelligit, non in paruis foliolis circa luteam partem ſitis, vt ſenſus ſit, flos totus chamæmali magnitudinem foliorum rutæ habet, & in rotundum vergit. Tibi aſſentire cogor, vt ſit totus flos, qui horum foliorum magnitudiné æquet. Serapio ca. XXII. Dioſc. intelligere videtur, vt comparet florem chamæmali floribus rutæ. HER. Satiſne collectum putas? SEN. Duobus annis ſatis eruut. BR. Ne tam magnum copiam legas, vt ea altero anno vtaris, verùm ſingulis annis recentem habeto, alioqui vires deerunt. Secus autem eſt de eius oleo, quod inueteratum efficacius ſanat: nec prætermittas ex floribus recentibus paſtillos fingere, & ſeruare pro ſudoribus ciendis, vt Aetius ex ſententia cuiuſdam Aegyptii conformari docet. SE. Singulis annis herbas colligo, & vetères proiicio, præſertim cùm in puluerẽ redigi videantur. BR. Probè agis. SE. Quænam ſunt chamæmali qualitates? BR. Gale. in 6. de ſimpl. medi. facul. calidum, & ſiccũ in primo ordine chamæmalum facit, & in ſecundo

do de composi.medicamen.secũdum locos, cap.1.vbi de his agit, quibus ex ardore caput dolet,apponit oleum rosaceum,& oleũ chamæmalinum,& inquit,post oleum rosaceum adesse chamæmalinũ.Ex quibus colligere licet non habere nisi modicissimã caliditatem,quæ erit in primo caliditatis ordine.Gal.secuti sunt omnes,qui post ipsum scripsere authores tam Græci, quàm Arabes,& Latini.SE.In hac re anceps sum,& nõ sine ratione,an chamæmalon in primo solũ ordine calidum sit,quoniam in primo ordine adest solùm obscura quædam caliditas, quam opus est ratione comprobare:verùm in chamęmalo est manifestissima caliditas, quæ proculdudio ex odore, sapore, colore statim deprehenditur,vnde in secundo ordine calidum esse iudicarim.BRA. Ego aliàs huius sententiæ fui,tamen ne à Gale.discederẽ,illud posui in vltima parte primi ordinis calidum prope secundam:hinc oleum chamæmalinũ post rosaceum posuit, & in tertio de simpl.medica.facul.cap.1x.de chamæmalino oleo hæc dicit,Est & chamæmalum tenuitate quidem rosæ persimile,calore verò ad olei vires magis accedens,hominitum familiaris,tum temperatus.SE. Addo,si corpori applicetur, calefacere,& id quidem manifestè.BR.Id facit, cùm sit tenuium

nuium partium, vnde facilè penetrat, & suã illam, quam habet in primo ordine caliditatem imprimit. SENEX. Cùm videam tormina discutere, & multùm resoluere, huius semper ero sententiæ, quòd in secundo sit calefacientium ordine, imò & exiccãtium: quanuis de siccitate cum aliquo digladiari noluerim. BR. Quod lubet teneto, quisque liber est, vt suam sententiam sequatur, modò proba sit. Ego potius & Gal. & antiquiores sequar, tamen ab hoc abstinere nõ possum de oleo chamæmalino, quod nũquam illud supra caput ex ardore dolẽtem imponeremnisi in inclinationem, quanuis hoc oleum si ad ardorem comparetur, frigidum dici possit. Neque istud prætereundum est, chamæmalum Ferrariæ altius crescere, q̃ à Dioscoreferatur. HER. Ego autem scire voluerim quibus nominibus ab aliis nationibus appellentur, his demptis, quæ à Dioscor. & Plinio numerantur. BR. Rem dignã quidem petis, sed ferè infinitã: nam quot prouinciæ sunt, tot ferè nomina: & quot etiam in prouinciis diuersæ vrbes: aut castra, etiã nomina diuersa reperiuntur. En Hispania prouincias habet Lusitaniam, Bæticam, & Taraconensem, Lusitani ipsam Macellam appellãt, alii Mancauillam, Gallica meminam, Germanorum pars Camileblũ. blum enim

enim apud ipsos florē significat. Poloni Romyen vocant, Cretenses vulgò eodem nomine, quo nos vtuntur. At postea quàm nuisti tres chamæmali species seruādas, & simul herbā radices, ac flores, nec hos mōtes præterire conuenit, ideò ad alia transire opportunum erit. SE. In hac mea schedula secundo loco violarū flores scripti sunt. BRA. Ergo nullū ordinē seruas, quia frigida calidis immiscuisti? SE. Hoc à principio admonui, ne ordinem aliquē in mea schedula expectares. BR. Esto, violæ sequantur, ne ipsas in montibus quæras, præsertim communes has, quas Dioscorides nigras appellat. SE. Dicítne hoc, ac si sint aliæ violarum species, præter nigras, à quibus violatus color nostra materna lingua deducitur? BR. Imò plures aliæ sunt violarū species, & ab authoribus multum in medica re commendatæ, sed medicorum incuria nec colliguntur, nec earum vsus habetur. Græci enim duo nomina habent, quibus violam significant, ἰον vnū est, quo omnes violas intelligunt, ab Io, quæ à Ioue in vaccam cōuersa est, pro cuius pabulo iussu Iouis violæ in cāpo creuerunt: vnde & nos violam ablato, t, quasi vitulam dicimus. Sub hoc ergo nomine ἰον, omnes violas, etiam quas Ioseminos dicimus, connumerātes intelligūt. Aliud nomē est λευκόϊον,

quo

quo propriè albæ significãtur, tamen ad omnes violas vsurpãt, præsertim ad eas, quæ primo statim vere nascuntur, siue candidæ, siue luteæ, siue cęruleæ, siue purpureæ sint, de quibus omnibus aliâs diffusè tractabimus, quoniam in re medica plurimùm valent, & variis locis quærendæ sunt. Ne autẽ in præsenti ab incœpto remoremur, ne desinas tu violas purpureas, aut nigras colligere, quia de albis aliâs agemus. Dixi aut purpureas, aut nigras, quoniam Dioscо. in aliquibus codicibus simpliciter legitur περὶ ἴα, id est, de viola. Per hanc tamen, ea, quæ apud nos in vsu est, intelligitur. in aliquibus περὶ ἴα πορφυρᾶς. id est, de viola purpurea scriptum est. Antiquissimi verò habent περὶ ἴα μέλανος, id est, de viola nigra. SE. Hæc adeò confusa mihi videntur, vt longiori studio indigeant, quàm nunc opus sit. BR. Imò longissimo: verùm ad loca illa vmbrosa secedamus, vbi violas nigras inuenies. en vide iam terram præ copia purpurescere. SEN. Quas partes collecturus sum? BR. Tres, herbam, flores, & medium id purpureum, aut subceruleum, quod in medio floris situ est. SE. In cõpositis authorum medicamentis frequẽter ambigo, quoties violas misceãt, an flores, vel herbã intellecturus sim. BR. Cùm Ferrariæ erimus, composita illa medicamẽta ostendito,

dito, quoniã aliqua flores, alia herbam recipient. Nam in syrupo, qui violatus dicitur, pharmacopolę passim herba vtũtur, nos au tẽ potius flores accipere iuberemus. SE. Medium id purpureum qua de causa colligendum? BR. Vt anginis succurramus, & comitialib. in infantia, si cũ aqua bibatur. quæq: enim pars suis viribus insignitur. SEN. Estné verum violam narcoticam esse, vt Mesue illi tribuit? BR. Vir quidam excellentissimus Mesuen reprehendit, qui violam in primo ordine frigidam, postea narcoticã dixerit. hic celeberrimus vir in suo paruo Mesue marginales quasdam annotationes scripsit, quas in vulgatam epistolã colligit. At non debuit existimare, omnẽ Mesue codicẽ ita legi, sicut suus ille paruus. Quippe antiquissimũ habeo, in quo optima, & nõ Narcotica legitur. Inquit enim, & ipsa quidem est infrigidatiuè optima. i. interea, quæ infrigidant optima est viola, quoniã nulli parti officit ex his, quæ infrigidatione indigent: propterea addit sedatiua dolorũ calidorũ, extinctiua inflãmationũ. SE. Hæc sententia mihi plurimũ arridet, nec erat tam magnus vir ita temere culpandus, præsertim quum Auicẽna, quem Mesue imitatur, & Serapio nihil simile dixerit, tamen nullus fortè tuo codici credet. BR. Neq: ego quẽpiam cogo,

vt credat, ita res se habet, quisq; in hac re vt lubet, opinetur. SEN. Possétne alio modo ab hac méda leuari Mesue? BR. Nõ deest etiam alter optimus modus leuãdi Mesuẽ ab hoc onere, ex altero antiquissimo textu, in quo quidem legitur Narcoticã esse violam, sed ita scribit: Et ipsa quidem est infrigidatiua, Narcotica. postea sequitur, i. sedatiua dolorum calidorũ, extinctiua inflammationum, vnde sese exponit quid per Narcoticũ intelligat, id scilicet qđ calidos dolores sedat, & inflãmatiões extinguit. SE. Fortè quis dicet te tuopte ingenio hæc effari, & non ratione. BR. Certè eorũ ingenio hoc nõ refero, sed & meo, & eorũ, qui veritati acquiescũt. SE. Nõne multa alia dolores sedãt, vt rosa, chamęmalõ, tamen Narcotica nõ sunt? BR. Sedant quidẽ & calidos, & frigidos dolores: imò, vt in nostris cõmentariis in quartum de ratione victus in morbis acutis, probatum reliquimus, rosaceum oleum magis infrigidat, quàm violaceum, nõ qꝑ violaceum rosaceo frigidius nõ sit, sed quoniã in rosaceo partes quædam tenues sunt, quæ illud penetrare faciunt, hæc verò non sunt in violaceo, propterea in superficie solùm infrigidat, & non in profundo. At rosaceum ad profundas penetrat partes. De chamæmalino verò, & si Gal. in calidis capitis affectibus eo vtatur,

nos

nos eo rarius vteremur, quàm rosaceo, ac maiore cum timore. Scito igitur id vocabulum Narcoticũ stuporẽ significare. Græ. eñ verbum habẽt Νάρκιω, quod est stupefacio, & Νάρκημα, vel Νάρκισις stupor. ideo piscem illũ, qui torpedo à nobis dicitur, Νάρκην appellant. Tamẽ omne sedans dolores calidos apud Arabes quodã modo Narcoticũ existimatur. At re vera, quæ tenui frigore insignita sunt, ἀπριὲ Narcotica existimare nõ debemus, tamen aliquo modo dici possunt Narcotica. propter id Mesue, ne quispiã putaret violas verè Narcoticas esse, seipsũ interpretatur, dicens. i. sedatiuas dolorum calidorum. SE. Primę sententiæ potius q̃ huic secundæ assentirem, quãuis nec ista à vero dissentire videatur. Tamen illud etiã est, in quo Mesue ab eodẽ viro reprehenditur, quia violas soluere dixit. nusquã verò apud Grę-cos violas soluere inuenit. BR. In hoc ètiam res mitius agi debuisset, quoniam Arabes vocabula confundunt, & eorum interpretes magis, vt soluere, purgare, & lenire pro eodẽ frequentius sumunt, & vocabulum soluere, quo vtitur Mesue, pro lenire sæpius accipiunt. Sed hæc missa faciamus, vt de violis receptui canatur. s. Fiet fi in primis quę agẽda sunt circa violas breuibus edocebis. BR. Cùm multæ sint violarum species, omnes à

Pharmacopolis seorsum colligendæ essent, & nõ simul, vt quidam contraria contrariis miscentes agunt, quoniam rei medicę multùm proficiunt. De nostris autem his violis flores seorsum, herbam, & mediũ illud croceum seruato, nec radices prętermittas, vtpote, quę ab Auicenna nõ omittantur, verũ in his montibus radices, aut herbam colligere nõ laudo, quoniam Ferrarię toto anno virẽt, nec dira hyemis frigora illis officiũt.

SE. In quo ordine qualitatem suam habent violę? BR. De violis distinguere necessarium esset, quoniam aliqua genera calida sunt, aliqua frigida, nempe quæ ab Arabib. cheir dicũtur, & sunt lutei coloris, & ab Auerroe quinto collectionum suarum violæ de Romania dicuntur, in secundo ordine calidæ sunt. de siccitate nihil refert Auerroes. Nos in eodẽ ordine siccas esse cẽsemus. Ob amaritudinem, quam habent, & earum succus vlcera putrida exiccat, & pituitam ipsæ in ventriculo resoluunt. Aliqui herbam hanc Gallicã vocarunt, alii Cypri herbã. At quomodocunque vocetur, calida est in secundo ordine, & sicca. SE. De his violis non loquor, quæ Cheiri nũcupãtur, sed de nigris, vel purpureis. BR. Apud Gale. nusquam reperitur facta mẽtio ordinis qualitatum violarum, Mesue illas frigidas, & humidas in primo ordine

ordine censet, idem facit Auicenna. At Gal. de violis agens hæc dicit, Violarum folia aqueam, & subfrigidam substãtiam superantem possident. quispiam posset per frigidã violarum substantiam primi ordinis frigiditatem intelligere, tamen cum primus ordo obscuram frigiditatẽ habeat, & violæ ex sensu ipso cũ applicantur, frigidæ deprehendantur, ob id nõ ab re erit dicere frigidas esse in prima parte secundi ordinis. SE. De humiditate verò quid dicendũ? BR. Sunt magis humidæ quàm frigidæ. nam tertiam partẽ secundi ordinis attingunt. SE. Cur à Mesue, & ab Auicẽna dissentis? BR. Nõ dissentio penitus, sed posteris ansam prębeo discendi, & rectè hanc rem cõsiderandi. nam rosis frigidiores sunt, & humiditate pollent. Et Auerrois in quinto collectionum suarum, violas in secundo ordine frigidas, & humidas esse iudicauit: nos verò in prima parte secundi ordinis frigidas facimus, in tertia verò humidas. HER. Libẽter scirem quib. nominib. apud diuersas nationes appellentur. BR. In aliquibus tibi satisfactũ erit, Galli violetes appellant, Germanorum pars Veil, alii elegantius Viol, dicunt, magis rude est violatẽ apud ipsos. Hispani vrcielas dicũt, quanquã aliqui violetas vocarint, à Polonis fiolki. SE. Iusta violarum copia collecta est, tertio lo-

3 cō rosæ occurrunt. BR. Nō minor est in rosis
specierum diuersitas, quàm in violis. Poetæ
omnes rosas antiquitus albas fuisse tradide
runt. Verùm quum Mars zelotypus Adoni
5 dem interfecisset, accurrebat Venus per du
meta opem latura, & vulnerato pede, eius
sanguine rosæ tinctæ sunt. Alii ex sanguine
Adonidis potius, alii sanguine Cupidinis,
alii ex vino sparso à Cupidine lasciuiente alis
10 in cœna deorū. Sed hęc Poetarū fabulameta
omittamus. Dic optime senex, quot rosarū
genera seruas? SE. Tria: Rubras, ex quibus
oleum, electuariū, & saccharū rosatū cōfi
cimus. Cōmunes nostras, ex quib. aquā præ
15 copia facimus, & syrupum rosatum solutiuū: & albas, quas Damascenas appellamus,
pro solutiuo syrupo, & odoratis oleis confi
ciendis. At nonunquam syluestres quasdam
albas colligimus, quib. rarissimè, aut nun
20 quā vtimur, sed pro cynorhodis seruamus.
Tu (si lubet) quas collecturus sim edoceas.
SE. Apud Theophrastū, & Plinium distincta
gēnera ex locis reperiuntur, vt Prænestina,
quæ celeberrima est, Cāpana, Milesia, Tra
25 chinia, Alabandica, distincta etiā sunt mul
titudine foliorū, quæ à quinto vsq; ad cen
tesimū sunt. Rosæ cū quinq; foliorū, & nō
pauciorū, & centū foliorum, & nō plurium
reperiuntur. Differunt etiam asperitate, lę-

uore,

uore, candore, odore. En tu rosas, quæ circa hæc ruderata, colligas. SEN. Quas legere debeo, & quas partes? BRA. Nusquã legi (quod nunc meminerim) aut herbam, aut radices in re medica valere, sed tantùm flores: inter flores autẽ puniceas illas, antiquitus laudatissimas seruato, quas Milesias Plin. vocat, ardentissimum colorem habentes, nec duodena folia excedẽtes. Cõtentus essem, si has solas colligeres (quãuis & aliis sua vis insit) tamen quum pauciores sint, ad tot cõpositiones parandas nõ sufficerent, ideò & nostrates has, quæ passim vbere nascuntur habere cõueniet, & Damascenas etiã, quas antiqui ignorarunt. Multas enim rosarum spe cies nescivit antiquitas, quas Lusitanorũ nauigatio annis superioribus adinuenit. De illis enim partibus, aut de his, quæ ibi nascũtur, nusquam antiqui locuti sunt, aut illuc etiã posse nauigari prodiderũt. SE. Optarẽ summopere, vt partes in rosa demostrares, quas hoc anno, & alias subsequentibus seruaturus sim. BR. Multę sunt rosarũ partes à Plinio, & à Theophrasto numeratæ, quas habere opportunũ erit, vna est cortex, illa scilicet quæ calycem circũdat, quæ cũ calyx aperitur, in quinq; ptes secatur. SE. Sũntne illę, de quib. scriptum est, quãuis parũ elegãti carmine:

Quini sunt fratres in eodem tempore nati,

Tres sunt barbati, & duo sunt barba absque creati,

Vnus de quinis non est barbatus vbique.

BR. Illę equidem sunt, quę in illis carminib. tanquam ænigma proponuntur. SE. Valéntne hæ partes in re medica? BR. Valēt. exiccāt enim & extenuant, ideò seorsum illas serua. SE. Ne alias partes omittas obsecro. BR. Calyx est illę rosæ globus antequam folia patescant, quem nos vulgo bocolum appellamus. hoc etiam integrè seruādum est, quoniam optimè exiccat. SE. Eorsitan qui adhuc immaturus: immatura autē, styptica quodā modo esse cōsueuerunt. BR. Imò & quia eā naturam habet, quæ illi sponte innascitur. Flos est illud medium croceū capillamentis insidens: capillamēta verò sunt veluti tenuia fila, supra quæ flores insident. SE. Hæc etiam vires habent? BR. Habēt quales in rosa inueniuntur, & sunt hæ calidiores rosarū partes, quibus ad multa pro ratione vti possumus. Simul enim capillamenta, & flores legito. multùm enim adstringunt Gal. teste, & pro gingiuis à Dioſc. pro albis verò mulierum fluxionib. à Plinio parantur, quanquā & pro rubris valeant. Caput est globulus ille ab inferiori parte, quem si aperias, re quadam veluti lana plenum videbis, quód quum maturuerit, semen ambit, aptū plan-

tari,

tari: non plantatur autem, quia tardiusculè nascitur. vñ multos deceptos arbitror, qui putarunt semen esse id croceum, quod flos dicitur capillamẽtis insidens: at semen in capite est, illi verò flores è semine prodeunt. Decipiũtur aũt pleriq; recentes, qui antheram rosæ florem putarunt. Verùm anthera Celso teste cõpositio est ad oris ęgritudines proficua, quæ tamen rosas recipit. De antheris. i. floridis cõpositionib. mentionem facit Gal. v. de compos. medic. secundum locos, vbi de gingiuarum doloribus agit, & in calce secundi capitis sexti libri eiusdem voluminis, folia ipsa sunt veluti tegumentum seminum: in his enim natura propter semẽ omnia facit, sicut etiam in fructibus semen propriè fructus est, vt in secundo de Anima libro ab Arist. docemur, & à Theophrasto in libro de plãtarum historia. Caro autem illa, quæ semen circundat, propter semina facta est. Lanam illam per se colligito, quę ad Gonorrhœam mirè valet, & in mense Octobri succum ex capite exprimito. SEN. Estne caput illud, quod subrubescit, & crassius efficitur, quum in maturitatẽ peruenit? BR. Illud inquam. SEN. Cùm eram puer libenter ego vescebar, quadam insita dulcedine allectus. B R A. Succus ad pastillos conficiendos optimus est, qui adstrictoriã vim habent, &

per se solus induratus gonorrhœæ, in aqua plantaginis potus succurrit. SE. Folia despicere videris. BR. Nunc ad folia perueniemus, quæ duas partes habẽt: illa enim infima pars alba vnguis adpellatur, quæ in medica re(si authores cõsideremus) nullum vsum habere videtur. Reliquũ foliorum, & expressum in succum, & per se, ad plura conuenit, si Dioscoridem. Plinium, Galenum, & cæteros antiquos medicos sequamur. Tamen nec vnguis despiciendus, qui in clysteriorũ decoctionib. in dysenteria valet. SE. Quum rubræ rosæ. i. quæ puniceum colorem habẽt, summè laudetur, quid est, q̃ vir quidam Mesuen reprehendit dicentẽ, in abscisione rubedinis, non plus est rosa quã homo mortuus? BR. Quibus argumentis reprehenditur? SEN. Primò, quia rosa non habet speciem ex rubedine, alioqui alba rosa nõ esset rosa. Præterea colore deperdito, odor seruatur, & adstringẽdi vis. BR. Nõ debuit adeò incõsultè reprehẽdi Mesue. Nã cõpositionẽ rosæ considerans, ex partibus aeris, & igneis tenuib. & considerans has partes, rubræ rosæ, non autem albę amaritudine, & ruborem tribuere, per quę species rosæ rubræ circunscribitur. Præterea hæc speculari cœpit, quid ex his duobus esset rosæ magis seruet, an amaritudo vel rubor: & cõsiderans impressiones, quę fiunt vt

ama

vt amaritudo efficiatur,& rubor,nouit ma
iorem impressionē fieri à virtute dante ru-
borē,quam à dante amaritudinē,& hoc via
regia philosophica, ideò rubor magis,quā
amaritudo, aut etiā odor perfectionē illius
cōseruat,ideo scriptū reliqt, in abscisiōe ru
boris.i.quū rosa rubra nō est rubra.i.rubo
rē amisit, amplius nō est rosa, nisi vt homo
mortuus est homo, nā æquiuocè homo est.
Nunquā autē rubedinē amittit, nisi vel ex
senio quū in puluerē trāsit,aut cū putrescit,
vt si in humido loco rosas dimiseris, breui
ruborē amittunt, & cæruleæ efficiuntur,&
tunc nō sunt rosæ. Nec Mesue intelligit ru-
borē esse verā differētiā, quæ rosam in esse
cōstituat, sed esse aptius accidēs quā aliqd
alterū ad circūscribēdā differentia. Quum
verò ille infert tūc albā rosā nō esse rosam,
cōsequētiā inficiamur.nā in rubris rosis lo-
quitur: in albis aūt aliquod aliud fortasis
sumeret,quam odorē,vt eius speciē circun-
scriberet. Nec id verū est,amisso colore ad-
huc odorē,& adstringēdi vim seruari:si cīn
per putredinem hoc fiat, nō modò nō bene
olet, sed grauiter etiā fœret, potiúsq; rela-
xat,quā stringat. At si hoc per senīū fiat,quū
in puluerē ducūtur,nihil penitus redolet,&
ita stringūt sicuti puluis,vnde vix ille remit
ti puniceum illum colorem,amitti esse pu-

tauit,

tauit, quod nõ ita est: tamẽ quũ exiccatur, diuersas vires subit, vt Græci pariter, ac Arabes docuerũt. Sed in alio de hoc viro miror, qui inquit Mesuen manifestè errare, quum dicat albas rosas non soluere quod dignum consideratu fit, nam rosæ albę de Sceni, quas Damascenas dicimus, quum albissimę sint, tamen cæteras in purgando excellũt. Sed pace dixerim tãti viri ac mei præceptoris, plus peccat ipse, quàm Mesue, quoniã Mesue sub genere rosarum eas non numerauit, quæ de Sceni appellãtur, imò sub alio capite à Serapione, & ab Auicenna ponuntur, quippe Serap. CLXXXVII. c. sub nomine Nersim, & Auicenna sub nomine Nefrim (quamuis vocabula corrupta existimem) & nõ sub nomine rosæ eas intelligant. est ergo vanũ Mesuẽ in alba rosa reprehẽdere, quã sub nomine rosæ nõ intelligit, sed per albas rosas cõmunes has nostras deprehendẽdas voluit. Sed error peior priore detegitur, quia rosę de Sceni eę non sunt quas Damascenas appellamus: non enim sunt sambuco similes nostræ Damascenæ (nisi colore) vt sunt illæ de Sceni, quod hi authores referunt, nec Damascenæ nostrę calidæ, & siccæ in tertio ordine sunt, vt illæ de Sceni. De his aũt aliàs, vt deniq; de rosa finiamus. SE. Ego aũt nunquam rectè finitũ arbitrabor, nisi omnes rosarũ partes, quas collecturus

cturus sum in summa edoceas. BR. Hoc lubentissimè agam, si promptas aures accommodabis: puniceas rosas collige, rubras, albas (vt pote magis adstringẽtes) & Damascenas. ex omnibus autem his rosarum speciebus præscriptas partes serua, quæ ad plura in medica arte proficiunt, vt Græci partim, & partim Arabes edocuerũt, quę (vt felicius numeres) in hunc modum disponentur.

Rosarum species seruandæ.

Rosæ puniceæ. Rosæ rubræ quæ passim apud nos sunt. Rosæ albæ.

Rosæ Damascenæ.

Partes rosarum seruandæ.

Cortex	Calyx
Flos	Capillamentũ, vel capillus
Caput	Lana
Semen	Vnguis

Folium dempto vngue. Succus ex foliis.

Hæc sunt, quæ singulatim legenda, ac seruãda sunt ad rem medicã valde proficua. SEN. De rosarum qualitatibus, vt nonihil edisseras obsecro. Galenus de rosarum qualitatibus in libris de simpliciũ medicamẽtorum facultatib. amplè tractauit, aitq; rosam cõpositam esse ex aquea substãtia calida, mista duabus aliis qualitatibus, adstringẽti videlicet & amaræ. Mesue & Auic. rosas in primo ordine frigidas, in secundo siccas censent. at

Auerroes

Auerroes in collectionibus suis, illas in primo ordine frigidas, & siccas autumat. At si Galenū consideremus secundo libro de simpli. medicamentorū facultatibus, capite vltimo, vbi de oleo rosaceo agit, facile colligere poterimus rosas in primo ordine refrigerantiū esse. SEN. De rosaceo loquitur, in quo est oleū: at oleū recēs omphaciū nō est absq; frigiditate. vnde ex solis rosis id nō habebitur, sed & ex ipso oleo. BRA. Deceperis si Galenū præcitato loco rectè considerabis, quippe inquit oleū eligendum esse salis expers, & purū, quod dicit esse mediæ materię, & mediæ temperaturæ. Vnde nec calidum est, nec frigidū, sed quicquid habetur frigidi id totū accipitur à rosis. Post hæc de experimēto quod sit frigidæ temperaturæ, & ratione rosarū inquit, Experieris ergo eos, qui adustione tentantur ab eo infrigidari, protinusque vtilitatē aliquā percipere: qui verò refrigerati sunt omnes lædi, vti facilè ex vtroq; intelligas, vires eius refrigerare magis, quàm excalfacere. Non tamen valida à rosaceo apparebit refrigeratio, sed quę proxima videatur tēperiei mediæ. Voco autē id genus medicamēta, lucidioris doctrinæ gratia ex prima natura, ordine quàm refrigerantium, vt hinc manifestè deprehendi possit, Galenū rosas in primo ordine refrigerantiū posuisse.

Ver

Verùm cũ à medio declinet, in prima parte primi ordinis erit. de ficcitate nihil exprimit Galenus. In tertio prętera de simpliciũ medicamentorum facultatibus libro, capi. ix. docet oleũ neque calidũ, neque frigidum ſ esſe ratione tẽperati hominis, roſaceum verò esſe in primo ordine frigidũ. SE. In ſumma igitur roſa magis exiccat, quàm infrigidet. BRA. Ita conſtat. Dioſcorides aũt dicit magis adſtringere, quàm exiccare, idq; ſicca magis facere. SE. Sicca éſtne magis frigida, quàm recens? BR. Nõ eſt magis frigida, licet magis ſicca ſit. SEN. Argumẽto quodam ducor, vt arbitrer, frigidioré etiã cum exiccatur, quã prius. Nam cũ exiccatur, amaritudi nem vel remittit, vel penitus amittit: cũ verò amaritudo caliditati atteſtetur, remiſſa amaritudine caliditas ſimul remitti videtur & frigiditas ex conſequenti augetur. BR. Et ſi amaritudo amittatur, tamen primi ordinis frigiditas ſeruatur, & ficcitas potius augetur, quoniã ſuperficialis quædam humiditas remittitur, atq; reſoluitur. SE. Hęc eſt igitur ſumma, frigidã eſſe in primo ordine roſam, & in ſecũdo ſiccã. B. Ita eſſe nõ dubito. HER. Ne prętermittas (obſecro) quibus nominibus apud alias nationes roſæ appellentur. BR. A Gallis Roſzes dicũtur, ita ſcribentibus, vt nos elineauimus, quanquã nõnulli

etiam

etiam ita scribant rosę, sed illud, s. legunt, ac si, z, fuerit, & proferunt, quod plerunque faciunt Galli quoties, s. simplex inter duas vocales, ponitur. Germani ros, vel rosen. primũ singulare est, alterum plurale. Sunt aũt qui asperius illud, ſ, proferant ac si nostrũ, z, sit. Hispani ferè vt nos rosas vocant, Cretenses vulgo Roda dicunt, & Poloni Roza. Tu ô Senex, quid in tua charta scriptum sit prosequaris. SE. Nenufar sequitur. BR. Ecce occasionẽ præsentaneam habes, ex vtraque specie tibi copiã parare: quoniã conuallis hæc, ad quã facilis descensus offertur, his herbis scaturit, alba scilicet, nymphæa, & crocea. SE. Cur nymphæã dicis? BR. Quoniã quam vos corrupto vocabulo Nenufar appellatis, antiqui nymphęã dicebãt. verũ barbaries in pluribus adeo nomina immutauit, vt nullã cũ antiquis similitudinẽ habeãt: in hoc aũt aliquid similitudinis seruatur, vt Nenufar, quasi nymphæa dicatur. ex his duabus herbis flores, & radices colligere nihil impediet: nã foliorũ vsus (nisi vireãt) in re medica nullus est. Ipsis enim in æstuantibus renũ caloribus vtimur. In Ferrariẽsibus paludibus copiose nascuntur, si tamẽ hic præsentes colligere placuerit, libenter expectabimus. SE. Hunc descensum ægrè fero, satis erit Ferrariæ colligere. BRAS. Imò aptiores habẽt, & exq

exquisitiores nostro cœlo vires: duo seruanda sunt ad Medicæ rei vsum, flores, & radices, foliis quando vtitur quisquis, accipiat. SEN. Quænã est nymphęæ tẽperies? BR. Igno ro an de flore, an de radice loquaris. SEN. De flore, de semine, de radice, & omni parte. BR. Galenus octauo de simpliciũ medicamẽtorũ facultatibus libro, semen, & radices desiccare censuit, idq; citra morsum. vnde ficca esse dicere oportet. SE. Res profectò mira, ra dicẽ illã siccã esse, quæ in aquis semper moretur. BR. Imò est adeò exiccãs, vt vẽtris profluuia cohibeat addit & albã muliebri profluuio mederi. SE. Cur ergo Auicenna hanc herbam frigidam, & humidam esse in secundo ordine docuit? BR. De flore loquitur, nõ de radice, vel semine: imò alii, vt ex Serapione cap. CXLIII. videre licet, frigidũ in tertio ordine, & humidũ in secundo facere. & profectò his potius assentiendum est, qui frigiditatẽ condonant in tertio ordine, & eadem est in foliis qualitas. Nam egregiè infrigidant, & humectãt, vt ego in frigidate, & humiditate folia floribus præferre audeã. SEN. Res mira mihi videtur, radices, & semẽ exiccare. BRAS. Ne admiratione afficiaris, quoniam & alia multa, quæ in aquis nascuntur, exiccant. SENEX. Flores caliditatem habere videntur, cum & odorem habeant. BRA.

Is non est odor, tamen non negarem, & partem aliquam calidam habere. HER. Nealiarum gentium nomina prætereas. BR. In præsenti silebo apud nos vocari, Taiero d'acqua, vel Taierazo: sed referã Gallos, qui ferè modo Arabũ dicunt Nenufar iaulne, Nenufar blanc, albũ, & luteũ intelligẽtes. Saxones aũt Germanorũ partes selekenken appellãt, alii in Germania populi Vuassermaehn, alii Sehebloumem, alii Sehbloũ, quasi flores lacuum. Albos autem à croceis distinguunt vueis. & Gelb vueis seheblum album significat, gelseheblum luteũ, alii horuu vrtz, alii horstrang, alii rolleruu vrtz appellãt. Nã, vt à principio te admonui, ferè tot sunt herbarũ nomẽclaturæ, quot vrbes. Hispani ex Lusitania Golphano, Poloni Grzibenye, Lilié, Vodnev, vocãt. Tu ad reliqua trãseas. SE. Bugłossæ flores offeruntur, quid circunspicis? BR. Spectabam an aliquo in loco huiusmodi flores videre, ecce ad illa fabuleta transeamus, vbi iam video purpurescere. SE. Trãseamus, tamen potius sedere optarẽ. BR. Nemo potest sedere, & herbas colligere. Fortè non ab re erit, si asellum hunc conscenderis. SEN. Bona venia conscendam, quum ætas id exigat. BRA. Ipsum herbæ nomen manifestum errorem ostendit: vulgus enim hanc buglossum, id est, bouis linguam putat, quum nul

lam

lam habeat cum bouis lingua similitudinẽ, sed potius canis linguæ similis est. Eius enim folia longa sunt, ac stricta, cuius figura linguã canis imitatur. Bouverò lingua latior est. Non tamẽ hæc dixerim, quòd cynoglossum Dioscoesse putarim: inquit enim cynoglosson caulẽ non habere, vt nobis Fr rariensibus constat, in quorũ agro cynoglosson in terra spinosum non nascitur: humi enim stratũ est, vt idẽ author refert. Verùm herba à nobis buglossa nuncupata, & caulẽ habet, & à terra multùm eleuatur, ideo non est cynoglossum Dioscoridis. SE. Quid ergo est? BR. Nihil à me in præsenti certi habebis. SE. Hoc mihi satis non est, quia quod collecturus sum, ignoro. BR. Huius herbæ flores legito, quæ apud nos borago appellatur. nã apud Dioscoridẽ & Plinũ buglosson est. Cirsion verò cũ buglossa nostri tẽporis similitudinẽ habere videtur. Imò Nicolaus Leonicenus præceptor excellentissimus eam esse suspicatur, tum in hac rẽ potius ipsi sensui, & antiquorum verbis consentirem, quàm alicui alteri. Id tamen non prætermittam, duo genera boraginis apud nos esse, quorũ vnũ cirsion, id est, magnum buglossum; aliud buglossum apud antiquos appellari suo loco demonstrabimus. SE. Optarẽ vt hoc nũc effi ceres. BR. Nolo sermonem sermone confun-

dere, alias herbas oẽs tibi ad vnguẽ oſtenſu
rum promiſi. Nũc ſatis ſit, eas herbas & ſim
plicia recenſere, quæ in veſtris officinis va-
gantur. SE. Quid ergo de hac herba colligen-
re oportet? BR. Flores, herbã, & radices, nec
tuã illam, aut cõmunem bugloſſam præ-
termittas, ne alii medici à tua officina abi-
gantur, quum abeſſe nouerint, præſertim il
li, qui bonas literas negligunt. SE. Hos adeò
paruifacere incipiam, vt nec obambulãtes
ſalutare velim. BR. Nugaris, nullus vel peni
tus ignarus deſpiciẽdus eſt, ſed potius ad bo
nas literas hortandus, quas ſi amplecti vo-
luerit, felici omine incipiat: ſin minus, ſibi
imputetur. SE. Futurũ ſpero, vt oẽs veritatẽ
amplecti curẽt. BR. Ego ſecus arbitror: qp-
pe nõnullos cognoſco, qui adeò fatuitates,
& ſophiſtica deliramenta imbibere, vt, velu
ti dibapha veſtis, nunquã ſint colorẽ amiſ-
ſuri. SEN. Hos miſſos faciamus, & hic lege
Dioſc. qui Cirſion non eſſe noſtrũ bugloſ-
ſon manifeſtè oſtendit, nec etiam boragi-
nẽ. inquit enim eſſe triquetrũ, id eſt, habere
triangularẽ ſcapum: noſtrę autem borago,
& bugloſſa rotundũ habent, nec etiã in his
foliola ſunt roſaceorũ figura, nec aculeatis
per interualla angulis. BR. Imò adde ipſarũ
flores non exire poſtremò in pappos, nec in
illos euaneſcere, ſed hæ duæ herbæ potius

in

in semen desinunt, quamuis in boragine nõ nihil lanuginis sit. SEN. Quibusnam qualitatibus herba illa insignitur, quæ vulgò borago nuncupatur? BR. Galenus sexto de simplicium medicamen. facultatibus libro, illam facit calidam, & humidam, at in quo sit ordine non exprimit. Sed alii in primo ordine talem esse censuerunt: quanquam nõ defuerint, qui illam frigidam fecerint, vt Serapio cap. LXXXIII. refert ex sententia Alchanzi. SE. Hoc nõ mihi displicet, si sanguinem purificare debet. BR. Ergo frigida esse debent, quæ sanguinem puriorem reddunt? SEN. Ita arbitrabar. BR. Decipiebaris, quoniam plerunque calidis vtimur, cum fuerit pituitosus, vnde est herba calida. Idem Paulus, & Aetius veluti ex vno tramite depẽdentes cẽ fuerunt. SE. Vnde habetur quòd lętitiam inferat? BRA. Si Galeno, Paulo, & Aetio credimus, ob caliditatẽ quã habet, & humiditatẽ, nã Gale. præcitato loco inquit esse humidæ, & calidæ temperiei: itaque vinis iniectũ lætitiæ, ac hilaritatis causa esse creditu est, vt hæc videatur Gale. causa hilaritatis, quoniam humidam habet, & calidam temperiem. Paulus id clarius exprimit, inquiens esse temperiei calorificæ, & humectantis, quamobrem in vinum derectũ animi voluptates, lætitiamq; inducere perhibẽt, & Ae-

tius inquit calidi & humidi temperamenti est, ideo vino iniectũ, lætitiã, iucũditatemq; animi inducit, de qua lætitia arbitramur omnes prædictos à Dioscoride accepisse, id verò non accipere, quod illam inducat, quoniam calidũ, & humidũ sit. nẽpe dicit, in vinũ deiecta animi voluptates auget, at quomodo id faciat, quia calidũ & humidũ percipere nescimus, nisi dixerimus esse tẽperatæ caliditatis, & humiditatis, propterea sanguinẽ in tẽperiẽ quandã reddit, in qua cum est, homines lætantur, & spiritus habẽt lucidiores, qui gaudiũ quoddã inducunt: vel id habet ab intrinseca quadam natura, & proprietate. At hoc potius odoratis inesse videtur: vnde non ab re præcitati authores hoc nõ asserunt, sed ita perhiberi referunt. SEN. Noui plures Medicos, qui in calidis morbis boragine vocato vsi sunt, nonne errabant? BR. Nõ profectò, nam caliditas huius herbę in primo est ordine, & in prima fortasis parte, vnde respectu morborũ calidorũ frigida est, quippe quæ primũ ordinem non trãseat, calidioribus & frigidioribus cõparata alterius extremi officio fungitur. Plí. qui ante Galenum scripsit lib. xxv. cap viij. iungitur huic buglossos boum linguæ similis, cui præcipuum, quòd in vinum deiecta animi voluptates auget, & vocatur Euphrosinum, propter

pterea & Dioſco. ob id Euphroſinum vocari dicebat. SEN. Quid de eo ſentis, quod à Serapione refertur, ſecundũ Aben Meſuai boraginem purgare choleram? BR. Si per purgare id intelligat, quod eſt bilem educere, Serapionẽ deceptum eſſe putamus, & Aben Meſuai de alia re loqui, quàm de boragine herba, & eſt quod magis delirum eſt, inquit doſim eius eſſe à ʒ ij. vſque ad quinq;, & boli Armeni drachmã ſimul miſceri iubet, qui adſtringit. SE. Poſſétne in rectum aliquem ſenſum deduci Serapio? BRA. Poſſet equidem ſi per purgare, qualitatẽ rectificare intelligimus, quanuis non ſit apud antiquos, vel rarus huius vocabuli talis vſus. SE. Fortè quod dicitur lętitiam inferre, vini ratione fit, non ratione boraginis, cùm omnes authores cõcurrant, id facere vinis iniectũ. BR. Et vinum lætificat cor hominum. SE. At quænam ſunt vulgaris buglоſſæ vires? BR. Sunt eædem ferè, quas boragini, id eſt, vero buglоſſo attribuimus, tamen magis temperatũ eſt, verùm differẽtia adeò parua eſt, vt nulla ſit diſtinctio cõſiderãda. HE. Quibus nominibus ab aliis nũcupantur hæ herbæ? BR. A Gallis borago bouraches, ab Hiſpanis ex Luſitania berragenis, ab aliis lengua de boi, à Cretenſibus vulgò borazena, à Polonis borak, à Germanis burretſch, Bu-

glossa verò à Gallis eodē modo buglose ꝓferendo, ſ, ac ſi ſit z, ab Hiſpanis lengua de vacca, ab aliis lengua de boi, à Polonis mio dunka, & Volonii iazy", ac ſi bouis linguā dixerint, à Cretenſibus vulgò auogloſſo, à Germanis ochſenzung, vel gengenſtas, dicitur. Tu ad ſequentem florē te præpara. SE. Flores ſtœchados ſequūtur. BR. Stœchas herba ipſa nuncupatur, recentes paſsim genitiuo ſtœchados pro recto vtūtur. Vide hic miram huius herbæ copiam, & recentiū florū exuberantiam. SE. Certè pulchriores ſunt, quàm vnquam viderim. BR. Pulcherrimi omninò ſunt, & apprimè redolētes: & quanuis in inſulis è regione Maſsiliæ pulcherrimi naſcātur, hic tamē nō deeſt ſuus honos. in hoc monte colligito. Nec multùm refert, ſtœchas: vel ſtichas ſcriptū legeris. nomē eſt ab illis inſulis acceptū, vbi potiſsimùm naſcitur, quæ Stœchades appellantur, & partes Galliæ ſunt. SE. Quid ſeruaturus ſum? BR. Summos apices, id eſt, flores, quibus ſi aliqua folia inhæreant, ne curæ ſit. SEN. Iam ſatis ſupérq; collegit Herbarius: verùm ab vno diſcrucior, cùm in Gallia potiſsimùm naſcatur, cur Arabicū à Meſue cæteris præfertur. BR. Pluribus locis naſcitur, quanuis Dioſco. in ſola Gallia naſci retulerit: ſed ob magnam copiā, quæ eſt in Stœchadibus inſulis

sulis ibi nasci dictum est, nõ tamen inficiantur authores in aliis etiã locis, & copiosas, & electas crescere, vt in Arabia patriũ solũ Mesuæ, aut in proximiori parte, ideò non mirum, si ab Arabibus authoribus suũ prę- 5
fertur, quẽ præ manibus habẽt. SE. Quibus viribus stœchas insignitur? BRA. Auerrois quinto collectionum suarum, quoniã stypticitatem habet cum amaritudine, & aromaticitate, in primo ordine eorũ, quæ cale 10
faciunt, poni debere censet, & in secũdo eorũ, quæ desiccãt. Easdem qualitates illi imposuit Mesue, cùm ex partibus terrenis frigidis cõpositum sit, quæ paucã illi cõdonãt stypticitatẽ, & ex partibus igneis tenuibus, 15
à quibus insunt ei acuitas, & amaritudo. SE. Nõ possum nõ ambigere, an stœchas in primo solùm ordine calidum sit. BR. Non abre ambigis, quoniam habet maiorem, quam in primo sit ordine caliditatem: nẽpe pro- 20
bare nõ est calidum esse clariori argumento, quam ipsummet sese ostẽdat calidũ esse. cùm enim mãditur, vel corpori applicatur, protinus absq; alia ratione calidu esse persentitur, & probatur. SEN. In secũdo igitur 25
ordine calidum erit? BR. Id arbitror, & Gal. in VIII. de simp. med. facul. libro, inquit eius temperiem esse compositam ex terrena essentia frigida, exigua, & altera terrena ex-

tenuata copiosiore, hanc alteram terrenam Arabes dicunt esse igneam tenuem, & ideò supra primum ordinem caliditatem habere necessarium est. SE. Verùm quomodo id fieri potest, cùm adstringat, quod est frigidi opus? BRA. Gal. non vocat adstrictionẽ, quod habetur ex terrena essentia frigida, sed inquit, esse mediocriter subadstringens. vnde cùm sit amarum, acutum, extenuet, & exterget, ob hoc primũ caliditatis ordinem excedit, & hoc sensu percipitur, neq; aliqua indiget ratione, vt calidum esse probetur. & Dioscoridem acrem illi attribuit, vt ex his omnibus deprehendatur illi caliditatẽ inesse ex ipso sensu cognitã, quæ caliditas primum ordinẽ semper excedit: de siccitate verò idem cum aliis sentimus. SEN. Estne verũ quòd bilem nigram educat, vt Mesue testatur? BR. Nobis parcat recentiorum Euangelista: id experiri volui, & in substantia, & in decoctione in copia sumptum nihil penitus educit, nisi quispiam diceret aliud esse stœchas Arabũ, de quo Mesue, quàm id, quod in Gallicis insulis ortum ducit. Hoc eodem nomine appellatur à Gallis, ab Hispanis eodem modo, & à Germanis. quãquam & aliqui Hispani vocant cantuessio. Cretẽses passim dedroliuation nuncupant, Poloni kozenzi. at in Polonorum Pharmacopoliis distinct

ſtinctionem faciunt inter ſtœchas citrinũ, & Arabicum, primúmq; vocant ×oczen×i zolthe, ſecundũverò ×oczen×i arabne. ad reliqua autem te accingas. SE. Flores anthos in meo hoc folio conſequuntur. BR. Quàm vanè hi flores appellantur. nã anthos Græcè idem eſt, quod apud Latinos flos, ideò idem eſt flores anthos dicere, ac ſi dicas flores flos. quéadmodum eodem errore recentes in amore ſuperfluo, q ægritudo eſt, decipiuntur. ipſum enim appellant amor eros, cùm potius eros dicere debuiſſent, de quo peculiare caput faciũt, ac ſi dicãt amor amo. SE. Ita nos ſolemus per excellẽtiã flores herbæ, quæ roſmarinus dicitur appellare. BR. Tamẽ reperiũtur flores multò odoratiores iſtis, nec abſolutè flores dicũtur. nullus etiã author fide dignus hoc nomine vtitur, licet Simõ Genuẽſis per anthos floré roriſmarini intelligat, ſed nullũ authorẽ ſequtur. Ab ipſo autẽ Pandectarius, & cæteri recentiores accipiunt. De hac herba Dioſ. ſub nomine Libano tidis tractat, quã Romani (vt nos) rorem marinum vocant. quod nomen à thure ſumptũ eſt, quod Libanum appellãt, vt pote ꝙ vna eius ſpecies thus redoleat, vel ſaltẽ eius flores, aut potius radix. Tu ex hac herba, quæ in his mõtibus efficacior eſt, q̃ Ferrariæ, flores ſeorſum, & folia ſerua, ad plú-

ra enim in re medica valent,& flores acopis miſcentur.SE.Cùm Dioſco.perlego, occurrit mihi neſcio quid ambigui.Inquit enim, graui odore:at mihi ſuauis apparet.BR.Nõ intelligit Dioſco.hanc herbam graui odore inſigniri,eo quòd fœteat,ſed redolet,verùm cum quadã grauitate.Habet enim neſcio quid vehementis in odore.vnde ſua lingua dicit βαρύοσμα,id eſt,odorata cum grauitate.Ita enim commodius interpretabitur.SE.Alter etiam nodus occurrit, nempe inquit,Folium habet intus candicans,extra viride.At potius ecõtrariò videtur folium extra candidum,intus viride.Ego enim inferiorem partem foliorum extra,& exteriorem,ſuperiorem intra,& interiorem putabam.BR.Ita equidem eſt,& illa eſt Hermolai ſummi viri interpretatio, quã legebas, imò & Dioſco. ita ſua lingua dicit, ἐνδοθεν λευκὰ ἐν ᾧ τῶν ἐκτὸς χλόα.quẽ ſi noſtra lingua ad verbum referamus,inquit, intus alba,extra viridia,ſed in his locis res intelligẽda eſt,vt ab authore ponitur.nam per eã vocem ἔνδοθεν inferiorem partem, per ἐκτὸς ſuperiorem intelligit. quæ Hermolaus ad vnguem non aduertit,nec omnia poſſumus omnes.Ipſe autem verba potius,quàm rem conſiderauit.Serapio,ca.CCCXXVII.egregiè hanc partem interpretatus eſt,inquiens (de

liba

libanotide loquēs) quorum color exterius
est albus, & interius viridis. Nunc Ferrariæ
ex libanotidis floribus nōnulli pharmaco-
polæ zuccharum parant roborando ventri-
culo cōmodum & odoratum. SE. Nos quo-
que parare incipiemus, hic flores, & herbā
colligentes: sed quænam est eius temperies?
BRA. Serapio ex sententia Aben Mesuai, in-
quit, esse calidam, & siccā in tertio ordine.
SE. Id cogitare non possum, quòd tali sit ca-
liditate, & siccitate prædita. BR. De calidi-
tate est, vel in prima tertii ordinis parte, vel
in tertia secundi, tamen de siccitate nō puto
secundum ordinem transire, vel secundam
ordinis secundi partem. HE. Quomodo ab
aliis nuncupatur? BR. Galli Roumarin, Ger
mani, vt nos Rosmarin, & similiter Poloni,
& Cretēses vulgò, Hispani verò Romero di
cunt. SE. Origani flores ad limen veniunt.
BRA. Nulla ferè herba est, & nulli flores, in
quibus antiquissimi etiam authores magis
dissentiāt, quàm in origano. Quippe si nūc
tempus daretur hanc rem pertractandi, o-
mnium in omni ferè specie opiniones dis-
sentire ostenderemus. Tu verò herbā, & flo-
res colligito huius nostri vulgaris, quo vti-
mur, & potius in his mōtibus, quàm Ferra-
riæ. hic etiā copia nō modica offertur, quē
si gustu tētes, saporem alterū, & acutiorem

in

in hoc montano perſenties, quàm in noſtro humido Ferrarienſi ſolo, ideò & vires etiam exquiſitiores hic habet. SE. Quam ſpeciem hanc noſtram vulgarē exiſtimas, apud antiquos? BR. Ea eſt, quam origanum Heracleoticam Dioſ. appellat, ab Heraclea vrbe Ponti, in qua perfectiſsima exuberat, tamē aliis pleriſq; in locis naſcitur. SE. Vt diuerſę ſunt origani ſpecies, itáne & ad diuerſas ægritudines valent? BR. Paulus Aegineta, qui de omni ſpecie origani ſimul agit in genere, inqt, oēs ſpecies origani incidere, extenuare, ſiccare, & calfacere. SE. Fieríne poteſt, vt vna ſpecies altera efficacior ſit? BR. Imò ita eſſe conſtat. nam Dioſco. priuatim ſyluęſtre origanum venenatorum morſibus valere tradit, flores, & folia cum vino bibita: & Plinius tragoriganum pluribus priuatim conferre cenſet. Tamen & omnes aliæ ſpecies in idem concurrunt: ſed ne in tanta antiquorum differentia nunc velimus ſententiam ferre, herbam & flores huius noſtræ vulgaris in his montibus colligere nō deſinas. ſuo enim loco ſpecies omnes tanquam digito oſtendere, & authorum differentias conciliare conabimur. SE. Iam ingentem copiam exacerua uit herbarius. BR. In meum etiam vſum, ac gratiam parte accumulet, nempe cius puluis ſupra coctos mugiles ſummè

pla

placet, nec in placẽtis, aut phaselis, aliúsque obsoniis immisceri displicet. SE. Neapolitani hoc pulueré frequẽtissimè vtũtur. BR. Et Græci intinctus plures ex origano parant. Vide hic miram naturam, & ingens odium cum brassica, vbi viret vnum, alterũ perit, & arescit. en brassicæ istæ propinquæ aridæ spectantur. SE. Quæ est huius rei causa? BR. Multarum rerum causæ reddi non possunt: nõ enim à cognitione oritur hoc odiũ, sed potius ex quadam naturarũ cõtrarietate, & disidentia, vt lupus oué odio habet, & Gryphus equum. Sunt nõnullæ manifestæ proprietates, quarũ determinatas, & statas causas philosophorũ præcipui inuenire nescierunt. SE. Quæ sunt origani qualitates? BRA. Gale. VIII. de simp. medic. facul. libro, exiccare & calefacere in tertio ordine censet. SE. Auic. ergo mentitur, qui in secundo tantùm ordine calidum, & siccum facit origanum? BR. Decipitur omnino si montanũ origanum, & quod locis calidioribus ortũ ducit, accipiat. Imò de Auicẽ. mirandum, qui origanum aduręm tem facit, & in secundo ordine calidum esse fatetur. Si de Ferrariensi loqueremur, fortè in secundo ordine calidũ dici posset. At montanum, & quod ex Creta Venetias, & Ferrariam affertur, in tertio ordine calfacit. Galen. secuti sunt Paulus, &

Aeti

Aetius,& cæteri antiquiores Græci,& recétiores.HER.Satis mihi erit si aliarum vrbiũ nomina edocueris.BR.A Germanis Dosten, à Gallis Origan, ab Hispanis Oregano, à Polonis Czyruona lebothæa appellatur.SE. Lilium ex nostro ordine sequitur,quod nos album appellamus.BR.Nullus antiquorum album addidit,sed absolutè lilium, aut lirium dicunt,adeò mirè,& aptè à Plinio descriptum,cap.v.xxi.voluminis,vt eius descriptio cum natura certet. Fingunt ex lacte Iunonis dormientis, in terrã effuso natum,cùm Hercules puer lac incertè, & vagè,vt pueri faciunt,exugeret,vnde rosa Iunonis dictum.Plures sunt eius species,at potissima hæc est,qua vtimur,à Græcis Crinon appellata.Flores potissimùm colligas, ex quibus lirinum,vel susinum vnguentum fit,de quo Plinius cap.xix. lib.xxi.vel succus,nos oleum liliorum alborum ita appellatum conficimus.Postea radices, quæ veluti bulbi sunt,seruato,ad rem medicã aptissimas,vt Plin.ac Dioscorides testantur.Nec folia prætermittas, quorum succus dum viridia, & recentia sunt, exprimendus, & aceto,ac melle in æneo vase coquendus,contra vetusta vlcera, nouáque vulnera optimus.Flores tantùm colligere didiceramus, sed nunc folia etiam, ac radices non prætermit

fermittemus. SE. Alba lilia quã temperiem habent? BR. Gale. distinctionem facit inter florem, radices, & folia, tamen de floribus agens actiuas, & passiuas qualitates nõ exprimit, quod mirum videtur. Paulus & Aetius easdẽ qualitates præteriere. Hoc tantũ à Galeno refertur, citra morsum digerere, & emollire. SE. Cùm hic flos digerat, necessariò calidus est, & cùm emolliat humidus. BR. Calidus quidẽ est, quia digerit: at humidum esse non est opus, ob id quia emolliat. Nam Gal. de oleo loquitur ex florib. confecto, in quo olei ratione vis emolliẽdi inest. Et adde Gal. in quinto de simplicium medicamentorum facultatibus, cap. vii j. differentiam ponens inter emolliẽtia, & pus mouentia, in hoc differre inquit, quia emolliẽtia calidiora sunt, & moderatè desiccãt existentem in partibu humiditatem: pus verò mouentia, corporib. quidem nostris similẽ colorem obtinent, tamen existentem in eis humiditatem seruãt. SE. Simplex igitur aliquod medicamentũ simul emollire potest, & esse siccum? BR. Potest profectò, sed vehemẽs: siccitas esse nõ debet, at moderata. SE. In quo ordine? BR. Lilii folia in secundo, sed in parte prima: at flos eius in parte secũda, foliáq; & radix exiccãt, & abstergũt, sunt q; radices potentiores foliis. at secundũ Gal.

non excedunt primum ordinem abstergentium. Id verò te latere non oportet, & lilii flores, & folia, & radices penitus ab humiditate non deseri, quæ in radice vehementior est, quàm in flore. HER. Aliorum nomina edoceas. BR. A Germanis lilié, vt in eniat, ab Hispanis quibusdã lirio, & ab aliis azuzenas, & Gallis lis blãc, à Polonis lilia biala, Cretæ passim ziglio, aliis crinus dicitur. SE. Meliloti flores lilium sequuntur. BR. Nostri trifolii florem quendam colligunt, qué melilotum vocant, ita à meliloto differentem, vt rosa à lilio. Latini sertulam Campanam vocant, vel sertam Campanicam, Catrone teste. Sertã, quia coronas ingrediebatur. Campanicã, quia in Campania oritur, præsertim circa Nolã eius regionis vrbem. Non multũ laudo, vt hic melilotũ colligas, sed in Cãpaniã facilè mittere poteris, quum naues olei gratia Apuliam petent. nõ tamé ita in Campania (quæ nunc terra de lauoro dicitur) nascitur, quin alibi nasci nõ possit. SE. Iubebo etiã semina afferri. Sed quũ melilotus trifolii species sit, florem luteum habens, & hoc trifolium sit florem luteum habens, cur melilotus non est? BRA. Alia plura exiguntur: odora hunc florem. SE. Iã odoro, sed nihil penitus, nisi herbacei offertur. HER. At melilotus odorem habet, quam uis

lang

languidum, arida autem diutius odorem seruat. SE. Hæc autē semper inodora est. BR. Habet etiā melilotus pinguissima folia, quę in nostro hoc nō extāt, nec cana sunt folia, vt Plinius illi attribuit, cap. nono xxj. volu. tamen vbique nascitur apud nos, & nostræ mulieres trifoliū appellant. Germani verò bernchlēle hāc nostrā melilotū vocant. tamē si ex genere meliloti sit, iā degenerauit. nos autē videmus, & habemus verā ex Campania allatā, & eius semina terræ mandauimus, sed degenerarūt in nostro solo Ferrariensi. tamē certum est trifolii folia habere, quod & nomē lotos ostēdit. SE. Tibi morē gerere statui, quū nuntii occasio offeretur, in Campaniā mittam, vt herba, flores, & semina afferātur: sed qua tēperie insignita est sertula Cāpana? BR. Gal. illā ferè temperatæ qualitatis facit, tamē esse calidiorem, cùm in ea substantia calida copiosior sit quā frigida. Propterea & si nōnihil habeat adstringentis, tamen digerit & concoquit. Paulus & Aetius, veluti Gal. simiæ, idem referunt. Auicenna calidam, & siccam in primo ordine censet. Tamē si Ferrariensem melilotū accipiamus, cùm & odore penitus careat, & nonnihil herbacei sapiat, putamus frigidæ temperiei potius esse, quàm calidæ. SE. Non possum ab hac sentētia dimoueri, quin pū-

tem omne meliloti genus frigidũ esse. nam à Dioscor. dicitur vim adstrictoriam habere, & omnibus inflammationibus imponi: verùm si caliditate insigniretur, inflammationibus imponi non liceret. BR. Dioscor. non dicit inflammationibus imponi ob frigiditatem, sed inquit inflammationibus imponi molliẽdi gratia. quippe antiquiores, qui ante Hippocratẽ scripsere, inflãmationem vocabant tumorẽ durum dolẽtem. Sertula ergo campana calida est, & sicca in primo ordine, & in secunda parte illius ordinis. Eũdem qualitatũ ordiné meliloto tribuit Auerrois quinto collectionum suarum sub nomine Alchelilameleth. Tamẽ, ô veneranda Senex, te magno fasce leuabo: nã & melilotum herbam, & flores, & semina egomet ex Campania Ferrariam adduxi, cum M. D. XXXV. Romã, & Neapolim cũ Illustriss. & excellentiss. Duce nostro Hercule iiij. profectus sum, en & hic saruo in crumena, odora. SEN. Certè redolet. BR. Tamé Ferrariæ degenerat, neq; amplius redolet, cũ in nostro solo semina terræ mãdantur. HER. Nõ sinam vos loqui, nisi aliarũ gentiũ nomina edocueris. BR. A Gallis etiam melilot, ab Hispanis corona de Rey, quasi corona regia, & ab aliis coronilla de Rey, à Polonis Noszrzyk, vel Noczsarzek, à Germanis Gelutele appellatur,

tus,ac si dixerint trifolium croceum. SE. Saluiæ flores sequuntur. BR. Hęc herba in locis asperis nascitur, & hortis. Quæ in hortis, eleliſphacus à Theophrasto vocari accipitur, VJ. de historia plantarū libro: syluestris autem ab eodē ſphacelon appellari videtur, quę ad omnia in re medica efficacior est, vt suo loco exquisitè edo cebimus. Tu nunc in hoc aspero loco, herbam, & flores colligito, quæ seorsum ad plura cōferunt. Decipiūtur verò, qui vulgare nostrum eupatoriū syluestrem saluiam putarunt, sed hæc est similis hortulanæ, nisi φ latiora, & maiora folia habet, quę & in hortis etiam reperitur. SE. Saluiæ tēperiem scire optarē. BR. De hac nihil aliud à Gal. refertur, quàm saluiam euidenter calefacere, & leuiter subadstringere. SE. Eritigitur in secūdo ordine calida: quoniā quæ euidēter calefaciūt, vt calefaciant probatione non indigēt, & in secūdo sunt calefacientium ordine. BR. Est quidem in secundo, sed in tertia parte, & est in eodē ordine sicca. Hę qualitates & gustu, & applicatione manifestè deprehēduntur. A Gallis aūt saluia sauge dicitur, à Germanis salben, ab Hispanis, vt nos, saluia, & à Polonis, sed ponendo accentū supra í, à Cretensib. vulgo phascomilea. SE. Tasi Barbasi flores accedūt. BR. Non est opus in hac herba, quæ à Gręcis

phlomos, à Latinis verbascum, à Gal. phlomos appellatur, multum immorari, & si varias species habeat, quoniam eisdem virib. insigniuntur. Ad campestria igitur illa descendens, flores per se, & herbam seruato. tamen marē potius quàm fœminā habere curaré: quia in omni ferè specie mare ineptior est fœmina, tamē ab authorib. nulla species altera efficacior probatur. SE. Phlomi temperiem explicare ne pigeat. BR. Recentiores frigidum esse & siccū in secundo ordine censent. SE. Gal. viij. de simplicium medicamentorum facultatib. libro, de prima, & secunda specie inquit folia digerendi vim habere, vnde calida potius esse videbuntur, quoniam digestio caliditate fit: & de omni specie simpliciter dicit, folia desiccādi & detergendi vim possidere, quæ siccitatis ratione possunt quidē desiccare, sed frigiditas detergere non potest. BR. Et si phlomus sit frigidus, nōnullas tamē partes habet calidas, ratione quarū digerit, detergit, & alia quædā facit: verū in tota substātia frigiditas adest, & in prædicto ordine secūdo, & in parte secūda. Propterea & ambusta curari phlomo dicit Dioscorides. Radicē quoq; seruare oportet, si Gal. & Dioscorides aures præstabimus. SE. De phlomo quid inquiunt Arabes? BR. De hoc non scribunt Arabes quod sciam, nisi illa

sit

sit herba, quam Auicenna lib. secundo vocauit Bufiri, vel Bufiri: qui & si herbam non describat, tamē in proprietatib. & specierū distinctione ex albis foliis, & nigris, hęc esse videtur. Germanorū pars illā vvullcraut, quasi laneā herbā vocat. nā ex ipsa lychnia fiunt. Vnde à Dioſc. lychnitis, & thryalis dicitur, cuius flos albus est. Etiā à Germanis dicitur marghicherzen. i. Mariæ candela. Alteram verò specie purpureum florem habentem cāpulosam, & marien roſen. i. Mariæ roſam appellant. Hiſpani verò, vt Latini ferè, & Galli melō blanc, Veneti quidam chera buſtolon. Cretenſes vulgo phlomo, alii Meliſſadru, Poloni Dzieuana, & Azeuana vocant. SE. Rubri papaueris flores accedūt. BR. Nuſquā apud antiquos ſub nomine papaueris reperitur. Anemonē vocāt, quoniā nunquā aperitur, niſi flāte vēto. Non tamē hoc dico, quin etiā nouerim esse agreſte papauer, vel papauerali da, de quo Dioſco. diſtinctè ab anemone tractat. Verum quod rubrum papauer dicimus, est Dioſco. anemone: quippe erraticū papauer duos tantū colores habet, rufum, & candidū. Anemonę verò plures, & præſertim rubrū, vt edocebimus. Vnde ex his conſtat rubrū papauer apud nos vocatū esse Dioſc. anemonen, cuius duæ ſpecies ſunt, ſylueſter, id est, ſponte

in incultis nascens, & quod in cultis nascitur. Syluestre hoc est, in hac rupe virens, qđ etiam frequẽter parietes ascendit: hoc (si lubet) colligas, quoniã efficaciores vires habet, quã cultis locis nascens. Sed hoc ex coloribus species variat: nã aliquæ puniceos flores habent, aliquæ subalbos, aliquæ lactescẽtes, aliquæ purpureos. Nos anemone vtimur flores rubros habẽte, in triticis plurimùm nascẽtes, quã Dioſc. τὰ ἀνθηροτινικὰ i. flores puniceos habere dicit. Hermolaus Barbarus interpretatus est florem sanguineum. nam hic flos biliosum sanguinem repræsentat. Nec ab re fortasis ita Hermolaus interpretatus est florem sanguineum, quoniã poẽtę ex Adonidis cruore natã volunt. SE. Súmne tuo iudicio alias species collecturus? BR. Vt lubet: sed ego potius in Ferrariensi agro colligeré, vbi ingẽs copia habetur. SEN. De anemones qualitate differamus. BR. Si Gal. verba contẽplemur, est calidæ tẽperiei, quippe tales habet operationes, quæ nõ nisi à re calida fiunt. Nam dicit vim habere extrahendi, & attrahẽdi, & orationis vasorum reserandi. Vnde radix cõmãsa pituitã euocat, & illa omnia facit, quæ à re calida fieri cõtingunt. Serapio cap. lxxij. de rubro papauere agẽs Gal. refert, & ea, quæ refert, illa sunt, quæ in cap. de anemone scripsit.

pſit. In his eadem eſt ratio, in quibus Dioſc. refert, quamuis authores iſtos parum felici ter, ne dicã infeliciter, referat. At ſecũdum Abẽ Meſuai, calida, & ſicca eſt in primo ordine, imò & nos ſecundum attingere cenſemus. Noſtræ mulieres roſellas appellant, à rubore, vel quaſi ſint paruæ roſæ. Germani verò à ſtrepitu, quẽ faciũt folia, quoties impoſita ſuper manũ, & altera manu percuſſa crepitant, claper roſen. i. crepitans roſa appellant, quãuis & propriũ nomẽ Germanũ habeant huius floris, ſcilicet Glitſchen, qđ tamen & à crepitu ducitur. Alii dicunt Ruchenſcheſſ, vel rauetraut. Galli, vt nos, pauot rouge, & coquelourdes, vel cocles. Hiſpani nõnulli Latinũ imitãtur, alii amapol. Romani rõſam caninã vocãt. quanquam & apud alios Germanos vuildt maẽ, & ab aliis corn roſen appelletur. Noſtræ mulieres pro decorãda facie aquã parant. Antiqui Aegyptii ex hoc flore morbos hominũ intelligebant, Floro teſte. Huius herbæ in re medica vſus eſt, radice, foliis, flore: imò antiqui florum vires breuib. trãſigũt, circa herbam, & radices vires edocẽtes. Tu autẽ, ne in hac re nimis immorari videamur, ad alios flores tranſire coneris. SE. Croci flores colligendi. BR. En circa hãc ſemitã, prope illũ Fõticulum quomodo terrã pingant conſideremus.

SE. Re vera croceus ille color viridi mistus perpulchram picturã efficit. BR. Ibi flores, & bulbosas radices seorsum collige, quę ad ciendam vrinã cum passo apprimè valent. Nec multùm refert, mõtanum aut satiuum seruaueris. Degenerauit autẽ quod nostræ mulieres Gruogo, quasi crocum appellant: iam cœpit Ferrariæ plãtari, nec modicus est prouentus. SE. Quęnam sunt croci proprietates? BR. Gal. septimo de simplicium medimentorum facultatibus libro, crocum facit in secundo ordine calidum, & in primo siccum: verũ & aliquid habere frigidi non negat, quo parum adstringit. A Gal. Auerrois quinto collectionum ad verbum ferè accepit. SE. Mirũ videtur quomodo posit sua illa adstrictione, & stypticitate ad coctionem adiuuare, vt Gal. refert. BR. Si ea legisses, quę in Gal. sequuntur, tuæ ambiguitatis rationem adnotasses. Nã in Gal. sequitur: Quippe quibus medicamentis, cùm non admodum excalefaciãt, paucula adest adstrictio, ea parem facultatẽ habent essentiis emplastricis vocatis, quas cùm iunctas esse calidi tati non vehemẽti contigerit, pepticas, hoc est concoquentes esse ostẽdimus. SE. Nondũ rationem capio, quomodo adstrictio illa pauca coctionem adiuuet. BR. En ex illa adstrictione in meatib. insensibilibus immoratur,

ratur,ex qua mora coquit, & emplasticū id est,quod talē habet stypticitatē. Vnde medici passim in emplastris,quæ maturāt,crocū addere solent. SE. In qua parte ordinum est? BR. In secunda secundi ordinis parte,& in fine primi ordinis siccitatē habet. Galli Arabico nomine vtuntur,vt nos etiā vulgò zapharan dicentes,sed sequenti modo scribūt saffran. Ita enim & apud Mauritanos ferè dicitur. Germanorum verò pars etiā saphrā, Hispanorum autem cafram,appellant, alii vero zaphrano. Poloni & ipsi szaffran dicūt. SE. His sambuci flores adnectuntur. BR. Sambuci duas species antiqui fecere, maiorem, quæ arborescit. Hanc nunc quęris. Et minorem,quæ ebulus etiā vocatur. Vnde à Græcis χαμαίακτη. id est, humilis sambucus. ἄκτη enim sambucū dicunt. Eædem insunt vires ambabus speciebus. Ne sis aūt floribus cōtentus,sed radicē quoque,atque folia seruato ,quæ in re medica seorsum valent. Teneros caules asfliticis relinquas, & granorū etiam succū , cùm maturuerint exprimito, ad capillos inficiendos aptum. Apud antiquos nulla est pro modica re florum recordatio: nunc verò ipsi solùm expetuntur. Nos vulgò vacolas appellamus , quibus mulieres pastillos,ex ipsis ouis,& caseo in mense Maii , & quandoque lac addentes parant.

SEN.

SE. Ex interiori cortice succũ etiã pro ascitis, & ex medulla pluerẽ seruabo, quin etiã virgas collecturus sum pro baculis ad podagricos leuioribus parandis. BRA. Videris ex pharmacopola lignarius faber euadere. SE. Hoc ago, vt nihil meæ officinæ desit, quod ægris aliqua in re conducere possit. HERB. Hoc ipsi concedatur: sed baculos Ferrariæ accipiemus, ne tu aliarũ gentiũ nomina deseras. BR. Germani sambucum holder appellant, ex concauitate. Vnde ridicula ex eo nomine singũt, & fere ænigmata. Hispani xabugo, sabuco. Galli verò sureau, alii suseau. Poloni bess, alii bez, Cretenses vulgò chaphoxillia. At ebulus à Gallis hiebe, à Germanis attich, à Polonis chebd dicitur. SEN. Quænã est sambuci temperies? BR. In sambuci, atq; ebuli qualitatibus Arabes à Græcis dissenti re, & nõ mediocriter, videntur. Nam Auicẽ. secundo canone, DCXIX. cap. omnem sambuci speciem calidam, & siccam in tertio ordine facit. Verùm si Dioscoridem cõsideremus, sambucum frigidum esse colligemus, nempe cum primò de sambuco locutus esset, de ebulo postea egit, inquiens in vtroq; scilicet sambuco, & ebulo natura vsusq; pares, exiccant, adstringunt, refrigerant. Expresse igitur ex Dioscoride habetur refrigerare, & ex Auicenna calefacere. SEN. Cui ergo

go potius assentiendum est? BRASA. Vulgus medicorũ Auicennam secutum est. Et certè non dubito esse calidam, non tamẽ in tertio ordine. Quòd aũt sicca sit, nullus ambigit. SE. Si aquas trahunt, cur calida non sunt? BR. Quis vnquam diceret syrupum rosatum solutiuum esse, calidum tamẽ aquas mirè educit? SEN. In quo igitur qualitatum ordine, vtranq; sambuci speciẽ esse iudicas? BRA. In secundo calidas, & in tertio siccas. Vnde & Calenus dicit habere potentiã exiccandi, & cõglutinãdi, & modicè digerẽdi. Hoc quod dixit, modicè digerendi, ostendit caliditatẽ vehementem non habere: quanquã necessariũ non sit, vehementer calida multùm digerere. At vtranq; speciem esse calidã per applicationẽ ad corpus, experientia ostendit. Pro Dioscoride autem dici posset, & partes aliquas frigidas habere. SEN. Zenestræ flores sequuntur. BR. Genista & spartum rectius dicitur, in re rustica pro ligãdis vitibus apta. Hunc locum incultum accedamus, vbi magna copia viret. Flores, & semina seruabis, quanquã & Ferrariæ nunc innascatur, & in omni horto magna copia vireat. Nec prẽter mittendæ virgæ, quæ in aqua maceratæ, & expresso succo ad anginas, & coxẽdicũ dolores valent. Radicum nulla mẽtio apud antiquos est, quibus tamen plerunq; ad educendam

dam aquam intercutem vsus sum. An verò propriè differentia sit inter spartum,& genistam,vt Plinius,& recentes existimarunt, & de duplici eius genere,in eo libro pertracta bimus,quo herbarum discrimina,& species assignare iam cœpimus. SE. Prius quàm ad alia te conuertas,de genistæ qualitatibus loquamur. BR. Non possum non valde mirari de recentibus,qui Dioscoridem adducũt de genista loquentem, & inquiunt calidam & siccam esse in secũdo ordine edocuisse, cùm tamen de eis qualitatibus à Dioscoride sermo factus nõ sit: tamen colligi potest ex his quæ de illa refert,esse calidam & siccam, cũ inquit purgare ellebori vice, & ischiadicis valere. SE. Estne in illo ordine? BR. Est quidẽ, sed in tertia illius ordinis parte. Mesue in capite Altrain,quod vocat capistrum arborũ, dicit esse calidæ,& siccæ temperiei in secundo ordine: & ipse quoq; in his qualitatibus Dioscoridẽ adducit, vt inde suspicatus sim recentes non vidisse Dioscoridem, sed solum Mesuen Dioscoridem adducentem. Galenus dicit,& fructum,& succum non instre nuè esse trahentis facultatis, quod temperiei calidæ indicium est. Galli genest appellant. Germani verò genster,& Polloni genesta. SE. Labruscæ flores ad limen veniũt. BR. In hac re plures optimi viri decepti sunt, vi-

tem

tem sylueſtrem cum labruſca confundẽtes, imò non solùm recentes, vt Serapio, ac Arabes, ſed & Plinius propter hoc nomine decep tus bis de hac re ſermonem fecit vigeſimo tertio volumine, capite ij. & xxvii. capite vii. Sed nobis nunc opus non eſt opiniones authorum recenſere, vocabulum hoc ἄμπελος ἄγρια, id eſt, vitis ſylueſtris, æquiuocum eſt: nam herbam quandã ſignificat, quæ vitis quidẽ eſt, ſed ob fructum racemoſum vitis appellatur, quum tamen folia vitis non habeat, ſed hortenſi ſolano ſimilia ſint. Alterum ſignificatum eſt labruſca, à Gallis reſina ſauuage nuncupata, à Germanis etiam nomẽ nõ habet, niſi ex vite, & ſylueſtri cõpoſitũ. A Polonis kalyna dicitur. In Creta paſſim ἀδὸς τῆς ἀγρίης κλιμάτης vocatur, quæ à domeſtica vite nihil differt, niſi quia ſylueſtrẽ habitũ habeat, nec colitur. Et non modò hę duæ agreſtes vites figura differunt, ſed & viribus: nã illa calidiſsima eſt, & vi cauſtica, & depilatoria inſignitur: hæc autem frigida, & adſtrictiua. Dioſcorides etiam agreſtis vitis duo capita fecit, vnũ in quarto libro, vbi de herbis agit: alterum in principio quinti voluminis, vbi de vitib⁹ pertractat. Flores huius herbę, qui nõ peruenerint ad maturitatẽ colligito: verùm folia, & palmites, & capreoli in medicinæ vſum ſeruantur. Fit ex cœnan

the,

the,id est,labruscæ flore oleũ, ac vnguentũ: appellant enim labruscæ flores œnanthe, quamuis & herba sit eiusdẽ nominis,cuius Dioscorides lib.tertio meminit. Mirãdum tamen de Marcello,qui in œnanthe, id est, labruscæ flore,dicit se nunquã legisse apud Dioscor.herbã aliquã,quę œnãthe diceretur. SE. Ex his,quæ edocuisti in Serapione, mirũ errorem percipio,is enim vir hęc duo genera agrestis vitis cõfundit. Prius enim inquit agrestem vitem folia habere solano similia. quod verum est in herba iam dicta. Postea huius herbæ vires scribit,mox flores describẽs,& quomodo fructus faciat,de labrusca, id est,de ea vite sylvestri,quę inter vites nũcupatur, pertractat:imò quod mirũ est,inter vites de illa sylvestri loquitur, quæ herba est,& illi contrarias vires assignat. BRA. O beate senex,in hac re optimè sentis:vtinã alii nõ essent adeò ceruicosi vt rẽ nõ aspernarentur. Ita enim quisque incorruptã veritatem cognosceret. Sed pauci sunt, qui norint vera bona. Ideo & tu quæ prædicta sunt boni cõsulas,& alios flores numera, quum Ferrariæ labruscæ copia scaturiat. SE. Labruscæ qualitates non prætereantur. BRASA. Si de matura vua loquamur,calidam & humidam esse fatemur: verùm prius quàm maturescant,& vua omphacia dicitur, frigida est

est.at flores sunt in primo ordine calidi, & ficci,cũ & redoleant,& quadantenus adstringant. Quæ adstrictio in extremis torminibus potissimũ viget, quæ ἀκρόμονας Græci vocant.Huius vitis racemi(vt sexto de simplic.medicam. facultatibus libro Gale.refert)vim habent extergendi,idq; experimẽto comprobatur,si quis succo putaminis nucũ manus infectas habet,his racemis extergunt.SE.Balaustiũ occurrit.BR. In hoc flore apud Græcos, & Latinos differentiã video: quippe Theophrastus,Dioscorides, Paulus, & Aetius flores mali punici duobus nominibus appellant,balaustiũ,& cytinum.Cytinus est flos domestici,& satiui mali,balaustium syluestris.Intelligunt verò per florẽ non foliola illa tantùm,sed & calycem, qui pomum efficit:cuius rei argumentum est, quòd Dioscorides comparans vasculũ hyoscyami,in quo semina sunt, cytino cõparat. Certum verò est in foliolis illis non esse semina,sed in calyce.Plinius autem inter Latinos præcipuus decimoseptimo capite voluminis decimitertii balaustium mali punici florẽ simpliciter nominat, nec inter satiuũ & syluestrem distinctionẽ facit. Quẽ oẽs recentiores medici imitantur,per balaustium cuiusuis mali punici intelligentes. Idẽ Plinius capite sexto vigesimitertii voluminis,

cytinos appellat primos huius pomi partus florere incipientis, balaustium verò floſculos in hoc ipſo cytino, antequã malũ ipſum prodeat, erumpentes. Ex Plinio nihil aliud intelligere poſſum, quàm cytinum eſſe florem ipſum nondum apertum, & qui foliola illa rubra non emiſerit: poſtquam verò erupere, & iam folia rubeſcũt, balaustium dicitur, fortè cytinus appellatus, quia eo colore veſtes tingãtur, aut à κύτος, quod Græcis ambitum, & captum ſignificat, quia intus fructus vel florem capiat. Galenus de ſimpliciũ medicamentorum facultatibus, dicit, Balaustium flos eſt agreſtis punicæ, ſicuti domeſticarum cytinus. Nunc vulgato nomine apud Pharmacopolas vtamur, tam domeſticos, quàm ſylueſtres nomine balauſtii intelligentes. Ita enim & Galli communi nomine balauſt, & Hiſpani flor de granada, & Germanorum pars balauſten (his enim ob ingentiſsima frigora magna Germanorũ pars caret) appellant. Cretẽſes vulgò ῥοιδόπουλα, & Poloni balauſtias dicunt. Eadem vis domeſticis, & ſylueſtribus ineſt, Dioſcoride teſte: quamuis ego maiorẽ vim adſtrictoriam ſylueſtri tribuerem. Sylueſtres hîc colliges, domeſtici Ferrariæ habentur. Nunc Venetias ex Creta, ex aliis Orientalibus partibus valde punicei afferuntur, quos propriè balauſt

lauſtia nonnulli pharmacopolæ cẽſent, quũ re vera, & apud nos balauſtia, id eſt, mali punici ſylueſtris flores ſint. SENEX. Ex his arboribus quid colligendum cenſes? BR. Nũc flores cùm maturuerint, poma, ſuccum, mali corium, & cicum, id eſt, pelliculam acinos interſtinguentem, quæ & ipſa rei medicæ conducit, nunc etiam balauſtii ſuccũ parare poteris, & pro commodo ſeruare. SENEX. Ad balauſtii qualitates te conferas. BR. Galenus ſexto de ſimplicium medicamentorũ facultatibus, dicit balauſtium ſtrenuè exicare, & refrigerare. Vnde Auerrois in quinto collectionum ſuarum frigidum in ſecundo ordine, & ſiccum in tertio eſſe cenſet. At cũ hoc non ſit ſtrenuè refrigerare, propterea in tertio ordine frigidum eſſe dicimus, & fortè in media parte potius, quàm in prima: & ideo ab Auicenna diſſentimus, qui frigidũ eſſe in fine primi ordinis ſcripſit, & in ſecundo ordine ſiccũ. Alii frigidum & ſiccum in ſecundo ordine balauſtium faciunt. SE. Hæc de balauſtio ſatis ſint. Flores ſequũtur, quos cheiri dicunt. BR. De his, cùm violas colligebas, nonnulla diſſeruimus. Quæ enim à Græcis leucoia, ab Arabibus cheiri appellantur. Hoc manifeſtiſsimè apparet Serapionem le genti, qui primò ſpecies per colores diſtinguit, vt Dioſcorides facit, inde illa ipſi attri

buit,quæ Dioſcorides leucoiis, & eundem modum inſidendi mulieres in decocto,laudatq; citrinum, Dioſc. & ipſe luteũ laudat. Vnde cheiri corrupto vocabulo idem eſt, quod leucoin,vel ſicut in Græco ex albo denominãtur leucoion,quãuis aliæ ſpecies albę non ſint,ita in Arabico cheiri,id eſt.albę nominantur,quia cæteris pulchriores ſunt, non efficaciores,vt nõnulli putarũt:quia antiqui luteas magis laudãt,& nũc medici eis potiſsimum vtũtur. Vnde nõ immeritò Galli à luteis nomẽ dederũt,ipſas violette iaulne appellantes,& Luſitani goiues,quaſi giluas dicũt,alii verò alhaytis vocãt. Germani aũt gelb veil,aut geluiol,aut geel, id eſt, luteæ violæ.Nã gelb vel geel apud ipſos luteũ ſignificat,veil,vel viol violã,quãuis & violatẽ dicãt:vnde & violarũ diuerſitates ipſi per colores præpoſitos faciũt, vt blau violaten, gel violaté,brun violaté,id eſt,albas violas, luteas violas , nigras violas. Venetiis violegiale,in Creta paſsim chitrines violes,Neapoli fiore de bacca. Apud Polones zolte fiolki dicũtur.Flores,folia ac ſemina cõdas.

Eſtné hic idoneus locꝰ,vnde colligã? BR. Nõ modò idoneus,ſed adeò perfectus vt nullibi perfectiores naſcãtur,præſertim quia mõta ni in hoc genere cæteris præualẽt:nõ enim in Ferrarienſi ſolo ita efficaces ſunt,vtpote humi

humili atq; humidiori. An verò flores illi, quos Ieſeminos nunc appellamus, antiqui gelſeminos, ſub leucoiis poni debent, in præſenti diſputādū nō eſt, & ſi prius ſub violarū vocabulo comprehēdi animaduerterimus, nuſquā enim à Dioſco. iaſmini recordatio fit, niſi quod primo libro iaſmini vnguenti meminit. Qui aūt à violis, & leucoiis, iaſmini diſtincti videātur, id teſtimoniū eſſe pōt, quòd Serapio tria diuerſa capita facit, vnū qui ſeneſtegi. quod illi reſpondet, quo de ijs, id eſt, viola Dioſco. tractat. Mauritani enim ſeneſtegi violā dicūt. Aliud de cheiri, in quo Dioſcoridem in leucoio præciſe imitatur: & tertiū ab his diſtinctū de zambach, vel ſambach, id eſt, ieſemin, in quo capite oſtendit manifeſtè rē eſſe à Dioſcoride, & Gale. non pertractatā, quoniā Arabū teſtimonio tantùm vtitur. Et quāuis ſpecies diſtinguat per colores, vt in leucoio fit in album, citrinū, & cœleſtis coloris (vt eius more loquar) tamen hic albū citrino præmittit, ſicut in leucoio citrinum albo. Id aūt oleū, quod à Grę cis iaſminū vel vnguentū dicitur, ab Arabibus zābachinū, vel ſambachinū appellatur, magno ægrorū diſcrimine, ex craſſā pluriū medicorū ignauia, qui rerū nomina neſcientes pro eo ſambucinum oleum accipiūt, quū diuerſæ ſint huic, & illi vires. Decipiun-

tur autē ex nominis ferè affinitate, ſambacinū, & ſambucinum à ſambuco. Sed hæc aliàs. Tu interim alios flores enarra. SE. Cheiri temperiem ſcire optarem. BR. Calidæ tēperiei eſſe ex Gale. colligitur: quoniam extergit, craſſas cicatrices oculorū extenuat, menſes mouet, & locos, partúmq; emortuū elicit, & facit abortū ſi bibatur. Hæc nō niſi à re calida fieri poſſunt. Vnde Auerrois in quinto collectionū, nō immeritò in ſecundo ordine calidū eſſe iudicauit. Et adde in eodē ordine ſiccū: verùm in media huius ordinis parte amaritudiné habet. Hęc verò de luteo leucoio ſemper intelligenda ſunt, quo nos vtimur, & vos in officinis ſeruatis. SEN. His prætermiſsis, quæ ad cheiri temperiē attinent, ad aliud deſcendamus, quod mirū mihi videtur, nempe argumentū tuū cōſiderans, quo probas Dioſ. & Gal. ignoraſſe gelſeminum, ſatis ineptum eſſe nemo dubitabit, ſi rectè conſideretur: ita enim argumento vti videris: Serapio Dioſco. non adducit, neque Gal. igitur Dioſco. & Gale. gelſeminum ignorarunt, ac ſi neceſſarium ſit, Serapionem Græcos ſemper adducere debere, ſi res illa Græcis nota ſit: & ſi à Serapione non adducantur, res illa Græcis ſit ignota. BAA. Argumentum non intelligis: non enim dico, Dioſcoridi, & Gale. fuiſſe ignotum gelſemi

seminum, quoniam à Serapione non adducantur: sed dico gelseminum ab his authoribus nō fuisse descriptum. Nam Serapio vir diligentissimus, vbi Dioscori. & Gale. de re aliqua scribentes offendit, illos veluti probatissimos testes adducit. Cùm verò illos non adducit, vt in gelsemino facit, & præterea cùm nullus ad hæc vsque tempora gelseminos particulariter inuenerit, signum est hos authores gelseminum non dico ignorasse, sed non descripsisse, neque mentionem aliquam, quæ ad gelsemini cognitionē valeat, fecisse. SE. Iam flores expediti sunt, quorum apud nos vsus est. BR. O mira, & nimis decurtata res: tam paucos flores in officinis habetis? tamen infinitæ herbæ sunt, quibus odorati, pulcherrimi, & in re medica efficaces flores insident. SEN. Posteaquàm hanc artem exercere cœpi, quod à primis vnguiculis ferè fuit, nunquam alios flores legi, aut ab aliis pharmacopolis seruari percepi. BR. Arabes rem medicam plurimùm decurtarunt, quorum vestigia pharmacopolæ imitantur. Verùm post flores quid collecturus es? SE. Quod in meo libello scriptum erit. BRA. Quid inquam illud est? SEN. Si prius labia in hoc fonticulo abluero, cætera prosequi incipiam. BRA. Abluas, mihi potius bibendum est.

IN SEQVENTI PARTE HERBAS ADDVCENTVR.

SENEX. Herbæ post flores scriptæ sunt. BR. Nec omnes in his montibus inuenies, imò & si hic virerent nonnullæ, aliubi tamẽ petẽdæ, quia plures in humẽtibus locis, planis, frigidis, & cõuallibus efficaciores vires habẽt. Eia Senex optime, tuas herbas numera. SE. Numerabo equidem, sed nullo ordine scriptæ sunt. BR. Ergo flores imitantur. SE. Imitantur quidem in ordine, qui nullus est. nam vt pyxides, & sacculi se offerebant, ita scribebantur. BRA. Tamen aliquis ordo est, omnia absque ordine disponere, quippe in inordinatione ordo seruatur. At his cauillis omissis, iã ipsas herbas vocare incipias. SEN. Saluia velut omniũ anteſignana in hoc catalogo vexillũ fert. BR. Hanc in floribus copiose collegisti. SE. Copiose quidem, ideò alias herbas prosequar, rosmarinus, borago, bugloſſa, origanus. BRA. Quid opus est hæc iterum enumerare, cùm in floribus collectæ sint? SE. Nolui quicquam prætermittere, vt nihil nostræ officinæ desit. Nullus enim est in auctario error, sed magnus in herbarum defectu. Endiuia, & cichoreũ sequuntur. BR. Optimè duo hæc sigillatim numerasti: à Græcis ambo σέριδες appellantur, à Latinis intubus. In satiuũ, & agreſtẽ diuiditur,

agre

agreſtis apud Ferrarienſe vulgus ſylueſtris radicula nũcupatur, ab authoribus picris, & cichoreũ, quãuis nonnullæ etiã vrbes in Italia ſua vulgari lingua cichorea vocẽt, vt Romani, Neapolitani, Tuſci, & plures alii, eodẽ modo Galli cicoree dicũt: & Hiſpani: Germanorum verò pars vueguuardt appellat, quaſi cuſtodem viarũ. Nam videtur ferè indicare viam peregrinis. A profundioribus verò Germanis, vt Saxones ſunt, hirtlaup dicitur ab aliis craſsiuſculè vuege vuiſſe, quia viã etiam demõſtret. Poloni podroſznyk vocant. Græci tamẽ per cichoreũ tam domeſticũ, quàm ſylueſtre intelligunt. Satiuũ duplex eſt, vnũ latiora folia habens, lactucę ſimilius, quod nos endiuiã corrupto vocabulo, quaſi intubũ appellamus. Hiſpani ex Lusitania Almeyrore, à Gallis endiue, à Germanis addito, n, endiuen, à Polonis volecz dicitur. Alterũ ſtrictiora folia habet, quod radiculã hortenſem noſtra lingua dicimus, vel radechio, à multis capillamẽtis per radicem tranſeũtibus. Hæc igitur cõmunia vocabula ſunt, ſeris, intubus, cichoreũ: ſed vſus fecit, vt apud nos cichoreũ, ſylueſtrẽ radicilã ſignificaret, quã picrida Græci vocãt, Latini, vt Celſus, Ambubeiã appellare videntur. Germani plures præter dicta nomina hindeleff. Intub⁹ verò, aut ſeris eã ſignificat,

quã corrupto vocabulo endiuiam dicimus. Ex his herbis & radices colligito, quę in Fer rariẽsi solo efficaciores exiſtũt, prẽterea expreſſum ſuccũ ad multos vſus ſerua. s. Quę- nam eſt cichorii tẽperies? BR. Gal. in VIII. de ſimp. medi. facul. in ſecundo ordine frigidũ, & ſiccum eſſe fatetur, at domeſticũ ſylueſtri magis refrigerat. Sylueſtre etenim magis amarũ eſt, domeſticũ præterea ob multã humiditatẽ admiſtam, vt ſylueſtre ſiccum non eſt. Hæ verò qualitates in ſecunda parte illius ordinis ſunt. A Gale. Paulus differt, qui lib. VII. cichoreum in primo refrigerãtium, & exiccãtium ordine eſſe fatetur. hoc fortè eſt, quũ de domeſtico intelligit. prius enim de cichoreo loquitur ſub hoc nomine cichoreum inquiens, *κιχόριον, ἢ ϖικρὶς, οἷον ἀγρία σέρις ὄση, ψύχουσάτι, καὶ ξηραίνουσα καθ' ὅλων ϖρώτῳ ἀποστάσιμ.* Id eſt, Cichoreũ, vel amara, veluti ſylueſtris ſeris eſt, in primo refrigerantium, & exiccantiũ ordine. vt ex his colligi liceat de domeſtico verba feciſſe Paulũ, quia illud ſylueſtri ſeri cõparauit. SE. Ex his tamẽ quæ adduxiſti, elici non poteſt, Paulum cum Gal. conuenire, quoniã vtrunq; genus à Gal. frigidũ in ſecũdo ordine, & ſiccũ iudicatur. imò facit magis frigidum domeſticũ, & minus ſiccũ ob comiſtã, quam habet ex irriguis hortis cõtractã humidita

miditatē. In hac etiam re apud Aetium sententia est, secundum Gal. nō rectè expressa. Nam de domestici siccitate loquens Gale. inquit, Sed & humiditatis multæ admistio siccitatem extinguit. Aetius verò ita refert, Hortēse, quod propriè seris dicitur, multæ humiditatis admistione magis refrigerat. Gal. potius sequi debemus, quoniam siccū & humidū, cum calido, & frigido stare possunt: humidum verò siccū extinguit. Paulus præter hæc in seride inqt, frigidi admodū, & humidi esse tēperamenti. setim fortè intelligit, quam endiuiā vocamus. Veruntamen, & ipse Aetius sylvestre cichoreū frigidum, & humidum, primo ordine statuit. Ex his ergo nostra arte proceribus, cui potius inhærendum est? BR. Gale. omnium, qui res experimentis, ac ratione probarunt, facilè principi, is in secundo ordine siccū, & frigidum facit cichoreum. Id verò prætereundū nō est, tēpore æstiuo cùm magis amarescit, minus frigidum esse, vt quispiā ordinē primum nō excedere hinc arbitrari posset. De ipso fortasse in tali tēpore iutellexere Paulus, & Aetius, vel cùm sub nomine seridis, & nostra vocata endiuia, & sylvestris, & domestica radicula intelligantur, hi authores modò vnum, modò aliud accipiētes, modò frigidum, & siccū, modò frigidū, & humidum faciunt.

faciunt. Vnde & Auicen. qui omnes has ſpecies ſimul confudit, de endiuia inquit, Endiuia frigida eſt in primo, & ſiccitas ſiccæ eſt in primo, & humiditas humidæ eſt in fine primi: & hortulana qdē eſt frigidior, & humidior, & eius quidē amaritudo in æſtate fit fortis, & declinat ad paruā caliditatē, quę impreſsionē nō facit, ſyluestris verò eſt minoris humiditatis. In ſumma igitur cichoreū, quo vtimur, ſi ſyluestre ſit, frigidum & ſiccū eſt in ſecundo ordine. Domeſticū qualitates has remiſsiores habet, tamē nō minus ſecundo ordine, ſed in prima eiuſdē ordinis parte, ſicut ſyluestre in ſecunda parte. Endiuia frigida eſt, & humida ordine primo. verùm quæ ſub terra ſeruatur, vt albeſcat, & mitior efficiatur, has qualitates magis intenſas habet, verùm caliditate aliqua prædita eſt, cuius ratiōe abſtergit, & aperit.

SE. Eſtne verum ſpeciē heliotropii cichoreū eſſe? BR. Id plerunq; obſeruaui, ſed nūquam verum eſſe percepi, quanquā ab authoribus certū eſſe ſcribatur: ſed hoc nihil ad rē tuā.

SE. Ergo ſcolopendra ſequitur, quā ſiniſtror ſum in illo vmbroſo loco virere cerno, prę-ſertim lapidibus inhærens. BR. Et tu ex illis es, qui ſcolopendriū hanc herbā putant? SE. Nec aliud vnquā audiui, aut noui. BR. Illā ergo eſſe putas, quæ à Dioſc. aſplenon appel-

latur?

latur?SE. Illam inquam. BR. Et tu summè erras, sed vtinam error in legenda herba tantùm esset. Audias verò quomodo illa non sit scolopendrion, quam vos in officinis habetis, & à Gallis etiam scolopendre appelletur, à Germanis verò hirszung, quasi lingua cerui dicant, à Polonis etiã ieleniiyanzik, id est, lingua cerui vocatur. Neapoli verò herba scritta dicitur, & Venetiis nomen seruant linguam ceruinam dicentes. SE. Libenter hoc audiam. BR. Dioscо. folia similia scolopendræ animali habere tradit. SE. Et habet nescio quas lanugines in auersa parte, quę huic animali assimilãtur. BR. Sed hoc non est habere folia huic animali similia, sed potius aliquid in foliis huic animali simile habere: quæ autem sequũtur aptius te mouebunt, addit polypodii modo incisuris diuisa. SE. Nulla est huius herbæ cum polypodio affinitas, nec incisuras habet. B. Sequitur, ex inferiore parte aspera, & flauescens, superiore viridis. quod in vestro hoc scolopendrio nõ inuenitur. SE. Nihil ad me, modò eisdẽ viribus muniatur. BR. Imò contrarias habet, quoniã hoc scolopendrium, quod legere parasti, cõstrictiuã vim habet, & dysentericis prodest: medici autẽ tanquã herba aperiẽte, lienes dissoluẽte, & calculos frangente, vtũtur. SE. Hic esset execrabilis,

& ne

& nefandus error. BR. Imò est, & nescio cur medicos nō pudeat simpliciū medicamentorū notitiā omittere: nō sunt ipsi, qui medeantur, sed mulieres illæ, quæ herbas inueniunt, vt Leonicenus quādoq; per iocum dicebat. SE. Miror, ac miratus sum frequētissimè nostræ ætatis medicos nō modò nō callere simplicia, sed eos etiam deridere, qui hæc sequātur, & qui aliquid egregii in his parare conentur. BR. En quorsum res medica trahatur, habemus, qui proceres nostra vrbe appellari volunt, purpurati, ac togati incedētes, qui duas summas medicæ rei partes ignorant, simpliciū scientiā, & anatomē, sine quibus nemo aut medicus, aut medico similis appellari debet. Hos autem relinquamus, ad rem nostrā redeuntes. Vidē sne circa huius putei latera inhærentem herbam? SE. Video, & iam folia accepi BR. Hæc est asplenon, vel scolopēdrion antiquorum. SE. Nos istā citharac appellamus. BR. Vel citharac, aut cetharac, aut quolibet alio barbaro nomine appelletur, ea est, quæ antiquioribus scolopēdrion, asplenion, & à fibris, quas habet in modum filicis, pteryx. quod ignorās Marcellus, illius nominis rationem reddere ignorauit. A Gallis ceterach etiā dicitur, & ab Hispanorū parte, à Germanis verò styen kahrn. SE. Ea, inquā, est, si descriptionē rectè consi

cõsidero: deinceps autẽ quid acturus sum?
BR. Hanc pro scolopendrio serua, quã citha
rac appellasti: & cùm ignaui medici scolopẽ
drion ordinabũt, hac vtere. SE. Quænam est
huius citharac, & veri scolopẽdrii tẽperies?
BR. Gal. calidã herbã esse nõ censet: at quo-
niã lapides frãgit, & lienes liquat, propterea
id facere testatur, quoniã herba est tenuium
partiũ. Auerrois autem quinto collectionũ,
inquit à proprietate habere, ꝙ lapidẽ fran-
gat: & in caliditate, & siccitate tẽperata est,
tamen in primo ordine caliditatẽ habere
nõ dubito. SE. Ex his quæ superius annota-
sti, videtur Serapio errore duci cap. CXCIII.
nam Gal. adducit veluti eũ, qui dixerit, vim
primã aspleni, id est, citharac esse calidam,
cùm tu illum adduxeris dicentem, non esse
calidã herbam, licet lapidẽ frangat, & lienes
liquet. BR. Serapio proculdubio Gal. perpe-
ram adducit. Id tamen ignorare non debes,
multos citharac vsq; ad secundũ ordinem
calidũ, & siccum esse tradidisse, à quibus dis
sentiẽdum est. At ab illis minimè dissentire
oportet, qui in primo ordine calidum iudi-
carunt. Tamen nec illud cõmune scolopen-
driũ pro dysentericis omittas, quod à Dio-
sco. phyllitis, quasi folios dicitur, passim
lingua ceruina nuncupatur, à Gallis etiã sco
lopendre, at à Germanis magis proprio vo-

cabu

cabulo hirszung, id est, lingua cerui. Infrà autem Leoniceni errorem videbimus in lingua cerui, quam Hemionitida putauit, quũ potius sit phyllitis. SE. Si lubet descriptionẽ huius phyllitidis, consideremus. BR. Maximè lubet, rumicis folia habet, longiora tamen, & speciosiora. SE. Huc vsque res ita se habet. BR. Interius læuor, auersis annexos veluti vermiculos præferens. SEN. Adeò illa est, vt nec cæcus errare possit. Sed quæ fuit tam magni, & execrabilis erroris causa? BR. Nihil aliud arbitror, quàm quòd sub foliis veluti vermiculos habet. In vsu autẽ medico vires cõtrarias habet, quàm sit cõmunis, & vulgatus eius vsus. SE. Gaudeo in hãc ætatem seruari, vtpote, qui in multis verum assequi potuero: at in qua re contraria sunt? BR. Quoniam scolopendria aperit, phyllitis adstringit, & est qualitatis acerbæ, frigida, & sicca in ordine secundo. SE. Absynthiũ scolopendri terga consequitur. BR. Montanum palustri nostro efficacius est, ideò hic colligere opportunum erit. Herba notissima, hæc præsertim, quæ barypicrõ ab amaritudine, & ab odore dicitur à Gallis absince, ab Hispanis alosena, ab aliis ascenios, Romæ nascientio, à Polonis piolũ, vel piolin, Venetiis bon maestro, alibi per Italiam medico, à Cretẽsibus passim apistea dicitur,

à Ger

à Germanis bermuet,& quasi prohibẽs alacritatẽ dicta:fortè ob gustũ ita appellarunt Germani.De santonico,& seriphio.i.marino aliàs loquemur.Tu in his montibus hoc collige, quo omnes in re medica vtuntur. Ostendunt enim oculata fide montanũ efficacius esse palustri, aquæ, quæ vi ignis eliquantur.SE.Cuius est tẽperici absynthium? BRA.Gal.de eo hæc refert:Adstrictoriam & amaram, & acrẽ simul qualitates possidet, excalefaciẽs pariter,& extergẽs,& roborãs, & desiccans. Deniq; infert in primo ordine calidum esse,in tertio siccũ;tamen eius succus longè,quàm herba,calidior est.Et ratio promptè affertur, quoniã herba plures habet terreas partes. Paulus autẽ id dicit esse in primo calidum, & in secũdo siccũ. Auerrois quinto collectionum suarum Paulum secutus est,& Mesue, atque Auicenna Paulum sequuntur. Aetius verò Galleni partes potius tutatur.SE. Quid sentis tu?BR.Cùm sensu ipso absq; vlla probandi ratione absynthium calidum esse deprehẽdatur,propterea in secundo ordine calidum esse iudicarẽ. Nec me monet, q̃ partes habeat terreas,crassas,frigidas,& terreas igneas;adustas,& adstringentem qualitatẽ.Sed an hęc qualitas adstringens valentior sit qualitatẽ amara,vt Gal.testatur,tu ipse,& coniector,

& iudeex esto: nempe quod à Gal. dicitur, videtur satis ambiguum. De absynthii verò qualitate cum Gal. sentimus esse in tertio ordine siccum, sed in prima tertii ordinis parte, quæ tertiæ secundi ordinis parti affinis est. Tamen & absynthii species inter sese differunt: & Galenus in vndecimo methodi medendi, Ponticũ præ cæteris eligit. SE. Mentha sequitur. BR. Duas aut tres herbas numera. SE. Postea calamenthum. BRA. Siste, quoniã has duas rectè copulasti. Mentha notissima est herba, & humano generi pluribus nominibus vtilis, cum in medicamentorũ, tũ condimentorũ vsu, à Lusitanis ortelã, à Gallis méthe, à Germanis mintz, ab Hispanis ierua buona, à Cretẽsib. vulgò Varsumus, à Polonis myanthæa dicta, calida, & vẽtriculo summè apta, vt de Aristo. mirandũ sit, qui eã frigidã, & seminis virilis abſumptiuã dixerit in problementũ libris, vbi rationẽ reddit, cur belli tempore serenda non sit. Hermolaus per se quidem calidam fatetur, sed fieri posse, vt per accidens infrigidet. Suspicor aũt ego ibi corruptum esse vocabulum, nec mentham legi debere, sed herbam alteram frigidã. In qua re quid sentiam, aliàs me edocturum promitto. SE. Tamen cuius est qualitatis? BR. Gal. in septimo de simplicium medicamẽtorum facult

cultatibus, illam in tertio ordine calidam facit: quam & Paulus, & Aetius secuti sunt. Auerrois autem, & Auicenna in secundo, at est in vltima secūdi ordinis parte, & in tertii initio. De qualitatibus passiuis à Græcis nihil exprimitur: at Auicenna in secundo etiam ordine siccam censet. Veruntamen Gal. & Græci omnes, ac si ab vno ore depēdeant, hortensem menthā, quoniā horti irrigantur plerunq; ex cultu humidā esse referūt, vnde ad Venerē mediocriter excitat. SE. De méthastro quid sentis? BR. Esse mentha calidius, non tamen siccius. SE. De calamintha? BR. Gal. censet nostram odoratam mentham minus calefacere calamintha, vt inferat mentham esse ceū domesticā herbā, calaminthā syluestré. SE. Igitur apud Gal. calamintha erit in quarto ordine calida. BRA. Imò & ipsa est in tertio ordine, sed in parte secunda, cùm mentha sit in prima solùm parte calida, & calamintha siccior est métha, propterea tertiū ordinem siccitatis attingit. Syluestris métha menthastrū à nobis dicitur, à Gallis méthe sauuage, ab Hispanis méthastres, à Polonis kobila myantha, à Germanis vuilt mintz. i. syluestris métha. Hoc peculiare Germanis est, vt adiectiua substātiuis cōtinua sua lingua præmittant. Galen. in tertio ordine calidam, &

ſiccam iudicat. Ad omnia valet, ad quæ mentha, ignauius tamẽ: ideo ſolã mẽthã habere ſtudebo, vt re efficaciori, & nõ minus efficaci vtar. Calamintha à mẽtha nomẽ habere videtur, quã & Galli calamen, Poloni nõnulli biala lietbiotka, alii camyẽna myãthaha. i. lapidea mẽtha. Cretẽſes vulgò calamintho, Neapolitani nepeta, Germani katzenkraut. i. herba catorũ dicũt. Tamẽ re vera non habet cũ mentha figurã. Et licet tria genera calaminthę inueniãtur, mõtanũ ſcilicet, quod prope pedes habes, ocymi folia prę ſe ferẽs, & alterũ odorẽ pulegii, tertiũq; folia mẽthaſtri, lõgiora tantũ habẽs: omne tamen genus nepeta, à Latinis nuncupatur, quamuis peculiari nomine ſecundũ genus à Romanis nepta dicatur. Noſtri pharmacopolæ duo vulgata harũ herbarũ nomina habent, neueda ſcilicet, & herba gattara. SE. Hoc magis notũ mihi eſt, quàm vt dicatur. BR. Sed his, quæ dicturus ſum, mentẽ adhibeas, quã vos nepetã, ſiue neuedã, aut herbã gattarã appellatis, ſecũda ſpecies calaminthę eſt, quã nonnulli agreſte pulegium vocant, vt Dioſc. inquit, quia pulegio aſſimilatur. Id autem nõ in foliis, ſed in odore intelligendũ cenſeo. Eam verò, quã ealamenthum appellatis, eſt tertia ſpecies calaminthæ, ignauior, & inefficacior cæteris: quàm verò

verò hîc habes in hoc campestri, aspero, & aquoso loco, calamintha mõtana est, omnibus efficacior. Quã ob rẽ cùm hæ tres species æquas vires habeãt, & tertia, quam vos pro vera calamintha colligitis, cęteris inefficacior sit, eã dimittere, & montanã solùm colligere, aut etiã secũdã specie, quã Romani propriè nepetã dicunt, quãuis & hoc eodẽ nomine tres species significẽtur. Quũq; ab aliquo medico calamintha, aut nepeta, aut herba gattara indicitur, semp aut montanam calaminthã, aut hãc, quam vos gattaram vulgò appellatis, & apud Dioscò. secunda species calaminthę est accipito. Itaq; nullus fiet error, & illa inefficax herba dimittetur, à Dioscò. tertia species calaminthæ, & à vobis peculiari nomine calamenthũ nũcupata. SE. Hoc cõsilio vtar, quandoquidẽ optimũ esse videtur. Maiorana sequitur. BR. In hac herba, quę amaracus dicitur, an eadem esset cũ sampsuco dubitaui. Eandẽ esse Pli. apertissimè ostendit libro xxi. capi. nono, & Theophrast⁹: imò & ipsemet Dioscò. sampsucum amaracũ appellari tradit. Quod autẽ dubium fecit, primus Dioscò. liber fuit, in quo duo capita sunt, alterum de sampsucino vnguento, alterum de amaracino, ac si amaracus, & sãpsucus duo diuersa sint. Re vera multùm dubitaui, &

nonnunquam huic sententiæ hærebam, in primo libro additum esse ab aliquo librario caput de amaracino vnguento: mox id præter rem esse cognoui: quoniam Gale. & Paulus Aegineta duo diuersa capita & ipsi faciũt, alterũ de sampsucino, alterũ de amaracino vnguẽtis: imò & Plin. seorsum amaracinũ à sampsucino describit: fortè quẽadmodum & nũc nõnulla in vno Italiæ loco fiũt, quę in altero pretiosiora, & diligentius fieri possũt, vt theriaca, quę apud Tortonã laudatissima existimatur, tamẽ vbiq; etiam fit (sed nullibi vera) ita vsu venit in amaracino vnguẽto. ex sampsuco enim fit: tamen in Cyzico perfectius fiebat, nã & ibi amaracus perfectior est, & efficaciores vires habet. Hinc ex vrbium diuersitate perfectius, & imperfectius vnguentũ fiebat, & secundũ aliarum vrbiũ nomina vario modo denominabatur. At quia diuersæ cõpositiones erãt, ideo duob. nominib. appellabãtur, & duo distincta capita facta sunt: nõ tamẽ hoc ideo est, quia sint duæ herbę sampsucus, & amaracus: sed qa vbi fit perfectũ hoc vnguentum, i. in Cypro, secundũ Plin. & Cyzicenis, quæ sunt propinquæ Siciliæ, vbi nominatur amaracus, ideo potius illa compositio dicta est vnguentum amaracinum: illa verò altera in tota Græcia facta,

vbi

vbi sampsucus appellatur, suæ compositioni nomen dedit, & sampsucinũ vnguentum dictũ est. Quę dissolutio ex hoc suspecta est quia diuersę sunt cõpositiones, & non eadẽ, dẽpto solũ nomine. Propterea id fortè melius, quũ duæ sint amaraci species, vna odoratior, quã nos vulgo gentilẽ appellamus: altera minus odorata, & habens latiora folia. Ex odoratiori amaracinũ vnguentũ fiebat, quod Cyzicenis potissimũ cõponebatur: quoniã is locus gẽtili maiorana exuberabat. In aliis Græciæ partib. fiebat ex moderatiori, ideo sampsucinũ dictũ est. Quicquid sit, eadẽ herba est sampsucus, & amaracus, quã nos maioranã dicimus, Germani maiorã, vel meyrã, Lusitani maniarona, Galli mariolaine, Poloni maiorã, Cretẽses vulgò mazorana. Herbã in his mõtib. collige, vbi odoratior est, & potius hãc serpẽtẽ, quã illã rectã: quæ & sia Dioscoride serpere dicatur, id vbiq; nõ fit. Tamẽ intelligi potest serpere, quia nõ solum nascitur seminib. iactis, sed etiã ramulis plãtatis, vel terræ quomodocũq; admotis. Nihil aũt in præsenti differendum est de Gal. amaraco. Ipse enim ità nostram matricariã vocauit. SE. Quæ sunt maioranę qualitates? BR. Galen. VI. de simplicium medica. facul. libro, amaracum in tertio ordine calidum, & in secũdo siccum

esse iudicauit. Et certè in caliditate in secunda est tertii ordinis parte, in siccitate verò in tertia secũdi, vel inter secũdam, & tertiã. Paulus, & Aetius, vt in omnib. ferè simplicibus fecere, Galen. ad verbum secuti sunt: Auicenna autem maioranam in tertio ordine calidã, & siccã esse scripto reliquit. qđ & Serapio refert, sed ex Galeni sententia. SE. Quid ergo hac in re sentire oportet? BRA. Cum sampsucus, & amaracus eo solùm differant, q̃ vnum maius sit, aliud minus, Gal. octauo de simplicicium medicamentorum facultã. de sampsuco agens dicit esse calidũ & siccum in tertio. Qui eandem herbã esse putarunt, & de amaraco loquentes ea referunt, quę à Gal. de sampsuco dicũtur, amaracum in tertio ordine calidum, & siccum asserunt. At qui amaracum Gale. cõsiderãt, & illa referunt, quæ sub eo nomine à Gale. scripta sunt, calidum in tertio ordine amaracum iudicant, & in secundo siccum. Quid deinde sequitur? SE. Cyclamen. BRA. Panis porcinus vulgò dicitur, quoniã suibus mirè placeat. vbi in Theophrasto κυκλάμινος legitur, Theodorus Gaza malum terræ interpretatur: sed re vera deceptus, quoniã, vt ex Plinio sumi apertè potest, tuber terræ, & rapum terræ, & vmbilicus terræ dicitur. Nam malum terræ, vt ex eodem, & Dioscori. patet,

tet, aristolochia est. Quicquid tamen sit, huius terræ rapi tres species inueniuntur, & hæc tantùm apud nos nota ea est, quę vires medicas habet, ideo hãc solam colligere expedit: sed nõ debes esse sola radice contentus, imò & cùm caudex plurimùm in re medica valeat, ideo & caudicem, & eius succum ad vsum reserua, imò & ipsius radicis succus seruandus. Recẽtes alio nomine Arthanitam vocant. SE. Nationes aliæ, quo nomine cyclaminum vocant? BR. Galli vocant pain de porceau, Germani seuubrot, Poloni szfiny chleb, Cretenses vulgò chiropsomon, acsi dicant panem porcinũ, Neapolitani miloterragno. SE. Quæ sunt cyclamini qualitates? BR. Mesue calidũ & siccũ in principio tertii ordinis esse censet, nos in medio tertii ordinis, & fortè in vltima parte iudicamus, si ad quæ conferat, vt à Gal. referuntur, consideremus: nempe dicit abstergere, incidere, ora venarum aperire, attrahere, & digerere, & quod exquisitius caliditatem ostendit. i. quod sequitur, cùm inquit, adeò vehemens eius facultas est, vt abdomine illito ventrem subducat, & fœtũ interimat. Hoc verò fieri non posset, nisi à calore tertii ordinis intensi, quãuis nonnulli possent, ad partium tenuitatem confugere. Hæc de cyclamino satis sint. Tu ne illa seruare, quæ

diximus, obliuiscaris. SEN. Id agam. Nunc pulegium occurrit. BRA. De pulegio multi dubitarunt, quibus visum est esse sylvestre serpyllum: sed tenuibus argumentis inhærent. si eius historia apud authores cum hoc nostro vocato pulegio, & vulgo polezolo, ab Hispanis poleo, à Gallis poleaut, à Germanis poley, & etiam à Polonis, à Venetis porezolo, à Cretensib. vulgò phliscuni, conferatur, nullus erit adeò stupidus, qui nō noscat pulegium esse. Ex hoc montanum seruandum, & dum flores in orbiculos habet, etiam quod habet flores purpureos magis seruandum, quàm quod albos: nā primum est fœmina, alterum mas. Putant aūt authores (monstrū profectò, & res mare indigna) fœminam efficaciorē esse mare in hac specie. Quū domi eris, suspende pulegiū: nam brumali die floreſtere videbis. SE. Hoc expertus sum, sed nunquam verum comperi. BR. Tamē à grauissimis authorib. refertur. Quicquid sit, hāc herbam in puluerem redigas, & præter vsus medicos pro cōdiēdis obsoniis vtaris. SE. Id agam, & frequenter egi. Sed vno hoc molestor, quia apud Laertium me legisse suspicor, quendam philosophum, qui ostendere volens exēplo, nō verbis, castigandos esse disidētes ciues, pultē in medio attulit pulegio aspersam, vt ostenderet,

deret, ita amarè eos tractãdos, quemadmodum ipse pultem tractauit, & disidentiam pultis, & pulegii annotaret: quo exẽplo pulegium amarum esse deprehẽditur, nostrũ verò amarum nõ est, ideo pulegium esse dubitaui. BR. Non ob amaritudinẽ pulegium pulti miscuit (quanuis & sapor eius dulcis non sit) sed ob disidentiã naturarũ: quemadmodum saccharum optima res est, quo omnes dapes aptãtur, tamẽ ozimis ineptissimum est (vt fertur) adeò vt eorum gustus saccharo vilescat. SE. Estné id verum? BRA. Expertus sum, absurdissimum est. Nam & ozima saccharo cõsperſa optima sunt, & gustui gratiora fiunt, quàm prius essent. SEN. Quænam est pulegii temperies? BR. Gal. in sexto de simplium medicamentorũ facult. inquit valde excalfacere, & extenuare. at ordinem prẽteriit, quem Paulus, & Aetius sequuntur. Auerrois in tertio ordine calidũ, & siccum esse testatur, quia cõpositũ est ex igne: substantia cum aliquantula terrestri parte adusta. Veruntamen ex Gal. ipso colligi põt esse in tertio ordine inteso calidũ, & in tertii principio, vel medio siccũ. nẽpe dicit esse acre, & subamarũ, Quapterea valde excalfacit, & extenuat. Deinceps & excalfaciat, suadet, quoniam illitum rubrificat, & si quis diutius toleret, exulcerat quoque:

at quæ

at quæ exulcerant, in tertio sunt ordine intenso, vel in quarto. Pulegium in quarto nō est, propterea in tertio erit intenso ordine calidum, quæ in pulegio montana intelligēda sunt. Nam Ferrariense minus calidū est. SEN. Thymum ergo, & epithymum colligamus. BRA. Hæc duo iure simul copulasti, quoniā viribus, nomine, & locis, quibus nascuntur, ferè quadrant. SE. Nónne epithymus est thymi flos? BRA. Quid sit audies, vt mox colligere possis, thymus duplex est, candidus, & nigricans, herba notissima est, vt etiam Dioscorides cēset, quamuis ipse de albo thymo solùm loqui videatur. En quanta copia in hoc petroso loco, & sterili sit. Epithymus verò, quo vos vtimini, non est apud Dioscō. nam ipse florem thymi epithymū esse censet, libr. 4. quod autem in officinis habetis, non est flos thymi: sed id, quod à Plinio describitur, cap. 8. lib. 26. quod nascitur sine radice, rubens tenui similitudine pallioli, vel tenuis, nasciturq; circa thymū, vnde epithymus appellatur. Laudarem, vt thymū herbam, & flores seòrsum colligeres, postea id, quod circa thymum nascūtur, tanquā capillamēta quędā, hoc est, epithymus, quo nunc vtimur, sunt rubri ferè capilli, qui circa arbuscula, & herbas nascūtur, vt circa linū vocata cuscuta nascitur, quæ & ipsa ex hoc genere

nere videtur: circa myrtum aliquod simile
fit, sed idverè epithymus, qui thymum velu
ti palliolũ ambit. Tamen in hac re sum val-
de ambiguus, an scilicet Dioſco. epithymus
altera res sit à noſtro nũc vocato epithymo,
& quo Meſue vtitur. SE. Libẽter quid in hac
re sentiendum sit, addiscerem. BR. Et ego te
ipsũm veluti iudicem in hac cõtrouersia vo
co. SE. Nullum authorem, præter Meſuen vi
di de epithymo loquentẽ, quomodo in hac
re iudex ero? BR. Ego tibi partes diſponam,
veluti inſtructas acies, vt facilius iudices. SE.
Incipe, fortè te iudicem, reum, ac actorẽ esse
cogemus. BRA. Non licet quenquam officio
partis, & iudicis fungi. SE. Nunc licebit, nul-
la parte reclamante. BR. Ergo igitur principio
videtur Dioſcorides de noſtro cõmuni epi-
thymo loqui, quoniã ſemper conſueuit cõ-
genera congeneribus copulare. Verùm ſi epi
thymus Dioſcoridis eſſet flos thymi, & non
epithymus, quo vtimur in morẽ capillorũ,
videretur ſuum ordinem non ſeruare Dio-
ſcorides: quippe qui tertio libro de thymo,
quarto autẽ de eius flore pertractaret. Vnde
cenſendum eſt alteram rem eſſe epithymũ,
quàm thymi florem: quia nunquam cõſue-
uit de herba in vno libro & de flore eius in
altero ſcribere. Præterea inquit epithymũ à
Romanis inuolucrum appellari: ſed noſter

epithy-

epithymus,& nõ flos thymi,inuolucrũ est. Nam sunt veluti capilli inuoluti. Adde non dicere epithymũ esse florem thymi, sed florem è thymo,ac si res quædã sit è thymo ducta,qualis est noster epithymus, qui ex caudice thymi in Apulia,& in orientalibus partibus educitur. Imò & nomen ipsum hoc ostẽdit. Nam idem est epithymus.ac si in thymo dicamus. Noster autẽ epithymus in thymo est, quoniam circa ipsum reperitur. Itẽ verba Dioscori. de epithymo hæc sunt. Capitula tenuia,& leuia sunt,codiculas habentia,quasi crines. Sed epithymus noster,quasi crines videtur,& habet capitula quædam tenuia,qualia etiã in vocata cuscuta vidẽtur, licet in cuscuta ampliora sint. Põt & hoc indicio sumi epithymũ quarti libri Dioscpotius esse nostrũ epithymũ,quã floré thymi: quia tertio libro meminit floris thymi,vbi de thymo pertractat inquiẽs esse περφυρίζον τι,ideſt,purpurescẽte. Est aũt color medius inter albu & purpureũ. Verũ eo loco nec dicit epithymũ vocari,nec eius vires maiores facit,quàm & thymi vires sint. Verũ Galenus,Paulus,& Aetius maiores vires epithymo,quàm thymo cõdonant, vt cõsentaneũ sit potius nostros veluti capillos apud Dioscoridem epithymum esse,quàm thymi florem. SEN. Ex his certus sum, nostrum epithymum

thymum à Dioscoride quarto libro tractari. BRASA. Mihi similis videris iudici cuidam, qui actore audito, statim pro eo iudicabat: mox audito reo pro illo ius ferebat. Nondum aliam partem audiuisti, tamen ex abrupto iudicasti. SEN. Quoniam nihil aliud dici posse arbitror. BRASA. In hac re longè deciperis: nam si oppositæ parti aurem præstabis, te pro ea sententiam laturum puto. SEN. Incipe igitur, quando-quidem nimis repentè iudicasse confiteor. BRAS. Hinc exordium sumam, quod Dioscorides quarto libro inquit, epithymum esse thymi florem. Nec moueor, quòd summus vir Hermolaus interpretatus sit florem è thymo, quoniam Dioscorides sua lingua scriptum reliquit ἐπίθυμον θύμου ἄνθος. quæ si ad verbum referantur, inquit, Epithymum thymi est flos: non autem è Thymo. Nec etiam obstat quod à Romanis inuolucrum appelletur: quoniam ob pediculum, cui flos inhæret, fortè id nomē sumptum est. Imò si flores demantur ab herba, videntur ferè crines, tamen parui: ideo appellat codiculas. Nec etiam moueor, quod congenera congeneribus nō miscuerit, quia in aliis quibusdam idem fecit. Fortè quum scriberet, in mentem nō venerant. Nec multi faciendum est ex nomine argumentum:

quoniam

quoniam & si epithymus in thymo significat, tamen & flos in thymo est. Præterea Galenus, Paulus, & Aëtius thymum, & epithymum calidum, & siccum in tertio ordine faciunt, tamen epithymum vehementiorem esse censent, quod flori thymi optimè quadrat: conuenit enim florem perfectiores vires habere sua herba, vtpote in quo species per semina seruetur. Addéque hoc, authores thymum exhibere cũ sale, & aceto, & per se cum melle. hoc idem faciunt in epithymo. quod indicium est, florem thymi epithymum esse. ENN. Et huic parti iam fauere incipio: verùm abs te hanc sententiam ferri percupio. BR. Libenter tibi morem geram. Prius florem thymi epithymũ esse censebam: nunc Plinius me attentũ fecit, ca. 8. lib. 26. vbi inquit: Ité epithymon, qui est flos è thymo, satureię simili, differétia, & hic herbaceus est, alterius thymi alb⁹. Postea interpositis quibusdã, ad quæ valet addit: Quidam aliter epithymũ tradũt sine radice nasci, tenuis, vel tenui similitudine pallioli rubẽs. Ex his verbis duo ab antiquis epithymũ vocari colligo. Sũt autẽ tres thymi species. Albus, de quo Dioscorides tertio libro. Niger, cuius Theophrastus, & Plinius meminit. Et tertius, qui assimilat satureiæ. Hic potissimum nascitur in Pamphylia, &

Cappad.

Cappadocia. Thymus niger, vt docet Aëti⁹, nõ debet esse in vsu medico, quoniam temperamentum corrumpit, & bilem generat. Relinquunt igitur duo thymi genera in vsu medico. Thymus alb⁹, & thymus similis satureię. Hic thymus satureiæ similis flores habet herbaceos, qui epithymi dicũtur: & hic est epithymus, de quo Dioscorides quarto libro agit, quem dicit esse florem thymi durioris similis satureiæ. Sũt autẽ capitula tenuia, & leuia, codiculas habentia, quasi crines. Hunc epithymum nõ habemus, & rectè animaduertit Plinius esse flores è thymo simili satureiæ, & hoc dictum esse ad differẽtiam alterius thymi, qui habet flores albos, quum hic habeat herbaceos. Quum autem Plinius dixerit, flos è thymo, propter hoc Hermolaus interpretatus Dioscoridẽ dixit flos è thymo, nõ flos thymi, vt author ipse dicit: quia in pluribus conatur ex Plinio Dioscor. exprimere. Hos flores epithymũ esse Dioscoridis, Serapio etiã manifestẽ ostẽdit inquiens, epithymum secundum Dioscor. esse floré cuiusdã herbæ, quæ est similis thymbræ. Verũ quũ in Creta etiã nascat, curabo vt semina saltẽ afferantur, quũ Ducis nostri nauis illuc accedat. Altera species epithymi est palliolũ illud circa thymũ sine radice, de quo nullus antiquorũ nobis notorũ, præter

Pliniũ locutus est. Ad nos ex Apulia affertur,& Creta, & Orientalibus partibus. Hic est epithymns,quo nos vtimur:qui quum à Mesue describitur, dicit esse similem cuscutæ. De quo nec Dioscorides, nec Paulus,nec Aëtius vnquam tractarunt,quoniã ipsi tantùm primum exprimunt, qui quum sit flos alterius speciei thymi,propter id tertio libro de thymo albo,Dioscorides tractat, quarto autem libro de hoc flore, vtpote de diuersis specie rebus.Et meritò inuolucrum appellatur,quia pediculi florum veluti caudę inuoluti sunt,& crinibus asimilantur. SE. Igitur noster epithymus apud antiquos non erit. BRA.Nõ quidem Græcos, sed bene Arabes, quanuis Auicenna, & Mesue adeò confusi sint,vt quandoq; de flore thymi,quandoq; de simili cuscutæ loqui videatur. Nam Arabes per hasce aut hyssopum hasce thymum intelligunt. Per epithymum Serapio idem accepit,quod Dioscorides. Mesue autem & Auicenna licet confundere videantur, præsertim Auicenna, tamen hæc capillamenta intelligunt veluti palliolũ,quæ circa thymũ sine radice nascuntur.Sed errore magno detinẽtur,quoniam de epithymo Dioscoridis nõ tractant:tamen easdem vires illi suo epithymo tribuunt,quas & Dioscorides,& cæteri Græci suo. Imò Dioscoi sui epithymi

ad ſummũ quatuor drachmas tribuit. Meſue viginti accedit. Miror autẽ de excellẽtiſſimo Manardo, qui quũ nouerit, & docuerit alterũ eſſe epithymũ Meſue, alterũ Dioſco. Meſuen ita reprehẽdat, quia viginti drachmas dederit, Dioſc. autẽ quatuor, & Plinius ad ſummũ ſex. Verùm nullus in rebus diuerſis dignus reprehenſione eſt, quũ ſit alter epithymus Meſue ab illo Dioſcoridis, cur per doſim Dioſcoridis, quæ in altera reſt, Meſuen reprehẽdat? Imò ſi Meſuen in capite de haſce, id eſt, thymo conſideremus, manifeſtè deprehẽdemus eius puluerẽ exhibere, à drachmis duab⁹ ad quatuor, quę ferè eadẽ doſis eſt cũ illa epithymi Dioſcoridis, qui eſt flos alterius thymi. Sed nõ mirum, quia interdũ Homerus hallucinatur. Hoc iure obſeruãdũ eſſet, quũ pro atra bile epithymus indicit, flos thymi ſaturęiæ ſimilis ſumẽdus eſſet, ſi apud nos exiſteret: loco autẽ ipſius potius flores noſtri thymi ſumerẽ, quam capillamenta illa veluti palliolũ. Nã flores illi humori melãcholico aduerſantẽ. Nec tamẽ ita capillamenta illa omitterẽ, vt officinã meã nõ ingrederentẽ, quibus ferè omnes vtũtur, quũ Plin. eandẽ ferè vim habere cũ thymi flore prędicto loco tradiderit, & hęc ſaxoſis locis colligenda. SE. Quomodo nouiſti thymi noſtri flores atræ bili aduerſari, & illam

educere? BR. Res est adeò nota, vt de illa nemo ambigere debeat. Imò & Plin. testatur, capillamenta illa eandé ferè vim habere cũ thymi flore. Dioscoridesq; thymi floré, & pituitam, & bilem atram deiicere testatur. SE. Quomodo id sciam? BR. Experiris. Cuperes (vt arbitror) tibi in os masticatos bolos imponi, vt infantibus fit. SE. Quo nomine ab aliis gẽtibus vocatur epithymus? BR. A Polonis epithem dicit, Galli, & Germani nomen Latinũ imitantur. thymũ verò Hispani tomillo vocant, Germani thymian, Galli thym, Poloni thymũ. SE. Quæ sunt & thymi, & epithymi qualitates? BR. Gale. in septimò de simpliciũ medicamentorum facul. thymum calidũ in tertio ordine, & siccum esse censet, & in sexto libro epithymũ in eodem ordine calidum, & siccum censuerat. Vehemẽtiora, quã in Italia sint, ex Creta Venetias afferuntur, quanuis in Hyblæo mõte longè sint efficaciora. Auerrois quinto collectionum suarũ Galenũ secutus est, quem & Paulus, & Aẽtius, quasi ab vno ore dependentes eosdem ordines referunt. Arabes tamen non defuere, qui in primo ordine siccum esse, & in tertio calidum epithymũ esse iudicarint, quorũ vnus flumain nuncupatur, cuius mentionem apud Auicennam inuenies, secundo canone. SE. Cuscuta offertur.

tur. BRA. Nec immeritò, quia ab epithymo parum differat. Nam recentiorũ epithymus circa thymum, cuscuta circa linũ nascitur. vnde à recentioribus podagra lini nũcupatur, alii verò grongum dicunt, Germani verò filzraut, Poloni cayna przanalza, Veneti louro, Neapolitani pelagra de lino, Galli & Hispani vt nos ferè. Tamen nõ solùm lino inhæret, sed & rubis, & aliis pluribꝰ arbuscu lis, & herbis. Differẽtia est per colorẽ, magis albicat quæ in lino, quàm quæ in rubo, vel moro est. In re verò medica est ferè eadẽ ratio. Reperitur & cuscuta terræ serpens. SEN. Nos cuscutam terræ nascẽtem appellamus. BR. Ratio est, me iudice, quia nihil propinquũ habet, cui inhæreat. SE. Ita est. nã quandoque expertus sum baculos circũponere, qui eius capillamentis tecti sunt. BR. Id non possum non credere. SE. Imò certus sis. Hæc autem cuscuta quo nomine ab antiquis appellatur? BR. Nonnulli epithymum existimarũnt. quod falsum esse quisque ex prædictis sumere potest. Nã nec Mesue, aut Dioscoridis epithymum esse potest, quoniã circa thymũ sunt, vel in thymo. Cuscuta verò in lino & aliis rebus. quandoq; putaui herbam, quæ androsace appellatur, cuscutam esse. SEN. Eius picturam legamus. BRASA. Vt lubet. SEN. Herba est candida, tenues ha-

bet cirros. BR. Hoc Græca lingua vno verbo dicitur λεπτόκαρφος, id est, tenuibus cirris. SE. Amara sequitur, & sine foliis, quæ omnia nostræ cuscutæ quadrãt. nam herba est candida, id est, in album vergens. Potest enim herba appellari, amara, sine foliis, habétque folliculum in summis cirris, in quo semen continetur, certè nostra cuscuta est. Gaudeo inuentam esse cuscutam apud antiquos. BR. Ne exultes ante certamen. Nam & ego aliàs id sentiebam, nunc androsacem esse cuscutam certus sum: imò tuo argumento aliud addã, vires, quæ nostræ cuscutę ab omnibus exhibentur, à Dioscoride androsace exhiberi, quoniã ducit vrinam, aquã inter cutem patientibus, &, vt Gale. inquit, deficcat, aperitq; obstructiones hepatis. quæ omnia nostræ cuscutæ quadrant. SE. Moueris forsitan quia dicit in maritimis Syrię nasci, cuscuta autẽ apud nos etiam est. BR. Hoc non moueor, quia à Dioscoride omnia loca nõ enumerãtur, in quibus herbæ nascũtur, sed tantùm in quibus potissimũ exuberãt, aut efficaciores sunt, vel ipse vidit. SEN. Quid ergo impedit hanc non esse cuscutã? BRA. Androsacen vidi frequentẽ elapsis annis in Histria circa mare, quum illuc appulissem cũ illustrissimo Alphonso duce Ferrariæ, piscandi gratia. SE. In Syrię maritimis nasci Dioscorides

rides tradit. BR. Et Plinius Hiſtriam dicit eſſe androſaces feraciſsimã. In primis differt à noſtra cuſcuta, quia androſace radicẽ habet, cuſcuta nõ. Secũdò androſace eſt veluti manipulus cirrorũ vel capillorũ breuis & ſupra vnumquẽq; capillum adeſt follicu lus, in quo ſemina ſunt. At cuſcuta lõga eſt, vt quandoq; multas ambiat lini plãtas, nec in apice folliculos habet, ſed per medium. Domi nunc habeo androſacen ſupra calculum ſitam, quam dono accepi à Reuerẽdo patre Auguſtino Rhighino Frãciſcano concionatore diſertiſsimo, & Theologo cõſummatiſsimo, cuius ſplẽdore patria noſtra amplè illuſtratur. Tertiò androſace ſimilis eſt plantæ arnogloſſæ, cui folia ſint ablata, & nerui relicti. cuſcuta verò elongatur ad magnũ ſpatiũ. Quartò androſace eſt amariſsima herba, vt illi nomẽ dederit amaritudo. nam ab aliſquibus picris appellatur, vt etiã ſicca amaritudine ſeruet: ſed cuſcuta ſicca nihil amaritudinis habet, recens parum, vel nihil. Quintò vera albedine cirri androſaces albicant adeò, vt nomẽ leucæ meruerit. qđ nõ facit cuſcuta, licet quum recẽs eſt, in album vergat. Sextò androſace nulli inhęret, ſed per ſe in litore ſpargitur, imò, & ſi quid propinquũ ſit, nõ inhæret, vt cuſcuta facit, quæ inhæret propinquis rebus, & in longũ

extenditur. Septimò androsace acris herba est, vt Gal. & Paul. testantur: cuscuta non acris, si quis vero gustu diiudicet. Octauò an drosace semen habet notatu dignum pro ratione herbæ cui inhæret, quod est in cuscuta ferè insensibile. Nonò ab omnib⁹ ferè authoribus, à quibus androsace describitur, vt à Dioscor. & Plinio lib. XXVII. cap. IIII. maritima herba dicitur: cuscutæ verò campestris, imò peculiari nomine ab aliquibus Thalassia dicitur per excellentiam, vt Dioscor. docet, quasi maritima. SE. Nunc verè cognosco androsacen antiquorū nostram cuscutā non esse, quanuis etiam iisdem viribus insigniri videatur: tamen quo nomine ab antiquioribus insigniretur, scire optarem. BR. Nūc mihi non constat. SE. Audiui Ruellium putare herbam illam, quam Plinius lib. XVI. ca. vlti. dicit vocari cadytus, quæ (vt inquit) non tantùm arboribus, sed ipsis etiam spinis circumuoluit sese, nostram esse vocatā cuscutam. BR. Vnicuiq; datum est vt lubet de rebus ipsis opinari: an verò ita sit reliquis iudicandum esse cōceditur. Potest quomodo lubet Ruellius de cuscuta arbitrari. Potest etiā, vt in mentē venit, Plinii cōtextū inuertere, & vbi cadytus Plinius scriptū reliquit, Ruellius Cassutas legat. Hoc nunquā impediā, tamē neq; illi consentiam, vel in inuersione

sione contextus Plinii, vel in cuscuta nostra, quæ sit cady tus. Equidem inficias nō imus cuscutam arboribus, & spinis inniti posse: at rarissimū est, neq; licet hoc argumento vti, Hæc herba arboribus, & spinis circūuoluit sese, ergo est cuscuta. alioqui multæ herbæ essent cuscutæ. Quod autē à Ruellio dicitur, à recentioribus Græcis vocari cuscutā, vt inde Arabes deflexerint, & cuscutā nuncupauerint, mihi nō constat: quoniā Græci recentiores, & Cyprii, & Cretenses (nā alii rari nunc sunt Græci) hanc herbam vocant λύπ@ ἢ λινάρίς. id est, lini lupū, quam recentes Latini pedagrā lini vocarūt. Imò Aphri sunt, qui illam vocant chassuth, vt apud Serapionē constat xxxix. capite, vbi de cuscuta agit, in quo equidē capite Serapio Græcū nullū authorē adducit, quos adducere consueuit, cùm de illa re locuti sunt. ex hoc tamē inferre nō licet, Græcos illā nō cognouisse, cū à Serapione nullus Græcus author adducatur. Sed cùm Serapio diligētissimus fuerit, & apud antiquiores Græcos cuscutā inuenire nesciuerit, nō mirū si & nos illam inuenire nesciamus. Mirū tamē est illū, qui Serapionē interpretatur, scriptū reliquisse, in Latino timā vocari. Ignoramus verò vnde hoc vocabulū acceperit, nisi à thymo deflexerit, & cū nōnullis aliis epithymum esse

putet. Veruntamen hæc ad rem ipsum nihil faciunt. Vnicuiq; quod lubet, imaginari, ac depromere cõcessum est. Sed & nulli de illis iudicare denegatũ est, paucíq; aliorũ figmẽtis credunt, nisi vel demonstrationibus, vel probabilibus rationibus cõprobauerint. SE. His igitur, veluti superfluis, omissis, de cuscutę qualitatibus disseramus. BR. Est in primo ordine calida, in secũdo sicca. Et omnes ferè in qualitatibus hanc sententiam sequũtur. At Arabs quidam author nomine Mesærugie inquit esse frigidã, & humidam. SE. Quid hac in re sentis? BR. Esse calidã in ordine secundo, & siccam: quoniã eius caliditas sensu percipitur: neq; aliqua ratione indigemus, si gustu percipiatur. SE. Cùm supra multas res extendatur cuscuta, & supra terram, quam tu potiorẽ iudicas? BR. Illam, quæ supra linum extenditur. Nam videtur esse ferè propriũ cuscutæ stratũ. Neq; authorem probo Saborchem, qui illam calidam iudicat, si supra calidas plantas extendatur, frigidam verò, si supra frigidas. Nempe ex arbore illa, aut nihil accipit qualitatis, aut parũ. Ideo prętermitta dissertatione cõtentus sis. SE. Ergo ad fumariã terræ me vertã. BR. Herba apud nos adeò nota, vt monitore, non indigeat. In illam planitiẽ descẽdamus, in qua seges hordeacea viret, pro hac herba colligẽda:

da: nihil tamen impediet Ferrarienſes hortos expectare, in quibus ſummè ſcatūrit. Decipiuntur verò qui cymbalariam fumū terræ, id eſt, fumariam herbā (ita enim Latinè dici debet) putarūt, Græci capnion appellāt, propterea q̄ palpebras veluti fumus mordicat. eodem nomine, vt nos, Galli, & Hiſpani vtuntur: Germani verò in dictione ſolùm differūt. vocāt enim Erdtrauch, quod Latinè interpretatur terræ fumus. Huius ſimplicis herbę puluere à ſumma atræ bilis copia magnificū Bartholomæū Proſperum Illuſtriſsimi Herculis Eſtenſis Carnutarum ducis, & principis Ferrariæ primogeniti à ſecretis, virū omni doctrinarū genere prædi tum, & bonorū morū columen, liberū reddi di. SE. Sena, & eius folliculi in mediū veniūt. BR. Senam apud antiquiores incognitā eſſe certum habeo, ideo ab Auerroe optimè inter medicinas nouas numeratur, & iure hoc dicit, quū nuſquam apud Dioſc. Theophraſtum, Plinium, Galenúmq; inuenta ſit. SEN. Res mira, herba adeò digna decātari, & tot nominibus inſignita, Græcis ignota fuit? BR. Fuit quidem, vt videtur. SE. Nónne eorū tempore extabat, aut deinceps terra peperit? BR. Et tunc extabat, ſed fortaſsis aut ab his non experta, vel non viſa. SE. Quomodo non viſa à Dioſco. qui ferè vniuerſum orbē

cir

circuiuit? BR. Dioſco. militauit quidem, ſed vniuerſum orbem perluſtraſſe nō conſtat: illuc ſaltē nō iuit, vbi naſcebatur. Aut mox etiam ad propinquiores prouincias delata eſt, vt de pluribus aliis rebus factū conſtat, quas antiqui ignorarunt, aut data opera reliquerunt. Certum verò eſt centeſimā partē herbarum in vniuerſo orbe conſtantiū non eſſe deſcriptam à Dioſco. nec plantarum à Theophraſto, aut Plinio, ſed in dies addiſcimus, & creſcit ars medica. SEN. Mihi decreſcere videtur, quoniā audiui quoſdā recentes, ſyrupos penitus demere, & tātùm aqua hordei, mulſo, & pauciſsimis quibuſdam vtuntur. BR. Hi ſuo modo agant, & ſi ad ægros curādos vocētur (quod rarius accidet) curent. Ego mihi propoſui omnes bonos authores imitari: & ſi quandoque aliqua noua inueniantur, quæ ratione, & experimēto optima eſſe conſtiterit, ſemper aſſenſuri ſumus. Eos enim imitari nolumus, qui decocto Guainaci vti deſpiciunt, quoniam antiqui de eo locuti non ſunt. At quomodo ab illis ſcribi poterat, quum adhuc quadraginta anni non ſint, quòd inſula, in qua naſcitur, reperta eſt, prius penitus incognita? in dies creſcit ars medica, ſicut & aliæ artes, vt Plinius teſtatur, & ante ipſum Plato edocuerat, imò & Gal. noſtram artem fieri per incre

crementũ tradit. SE. Eáne insula paucis antè annis orta est? BR. Non orta, sed nullus vnquam illuc nauigare ausus est, præter nostro hoc æuo Lusitanos. SE. Quomodo hoc sciturꝰ BR A. Quia a grauissimis viris, Ptolemæo, Pomponio, Strabone, Plinio, qui vniuersum descripsere, hæc nunquam vel à longè monstrata sunt. sed hæc aliàs. Nũc de sena loquamur, Galli vt nos appellant & Cretenses, Hispani Sen, Poloni Senass, Germani verò potius foliorum memoriam faciunt, senetbletter dicentes, id est, sennæ folia. Plures conati sunt eam apud Dioscorem inuenire adeò, vt aliquis empetron esse putarit. SEN. Huius sententiæ excellentissimus Manardus quandoque fuit, ea coniectura, quia à Dioscoride dictum sit, si in esculento iure decoquatur, purgare bilem, pituitam, & aquas: nos autem senam in iure bullimus, vt purget. BR. Adeò tenuis cõiectura est, vt nec filo inhæreat. Nam & ita bouem capum esse probarem, quia bulliuntur, vt nutriãt. Non enim habet folia lentis sena, vt phacoides appellari possit, quẽadmodum empetros, qui & locis maritimis nascitur, & saxosis: nec salsa est sena, sed subamara, modò non sit siccior: & quò magis mari propinqua, eò amarior, vt Ligustica sena ostẽdit, quamuis ea inefficacior sit, quàm quæ ex partibus

Aegy

Aegypti defertur,& ex Syria, qualem Venetias afferũt mercatores. Hi adhuc peius sentiunt, qui delphinium putarunt. Nam senæ folia non sunt delphinio similia: nec opus est ad folliculos fugere, quoniam de foliis Dioscoloquitur. φυλλάρια enim foliola significat, non folliculos, aut siliquas, nec floribus quadrat. Decipiuntur etiam, qui senam peplion esse arbitrantur. Non enim lac habent, nec semẽ simile. Minus est alipon, quia semine multùm differt, quòd nullam habet cum hac similitudinem, nec radice, aut furculis conuenit. SEN. Quomodo tot viri decepti sunt? BR. Ob duo, primò aliquam similitudinem acceperunt,& multas dissimilitudines omiserunt. Secundò, quia vires considerarunt potius, quam rem ipsam. Quum enim aliquid atram bilẽ ducere legerut, senam esse putarunt,& præsertim, quæ circa maritima nascitur. SE. Quid est ergo apud antiquos sena? BR. Alii quomodo lubet censeant, nos senam ab antiquioribus nusquã descriptam scimus, sed cum Auerroe nouã herbam esse putamus: nouam inquã, id est, antiquioribus illis incognitam. SE. Non est igitur aliquo pacto colligenda. BR. Imò maximè seruanda. Tot enim dotes, & præcipuas habet, vt nunquam sit prætereunda. SEN. Quomodo id nouisti? BRA. In primis

Ara

Arabum authoritate, quæ non est adeò temere despicienda, vt nonnulli recentes faciunt, præsertim vbi Græcis nõ opponuntur. Postea ipsa quotidiana experientia, quę est omniũ rerum magistra. SE. Audiui hanc esse viam Gal. quam Regiã dicunt. BR. Est. SE. Quid collecturus sum, folliculos (vt dicunt) aut folia? BRA. In his saxosis locis hic prope mare herbam, & folliculos legerẽ. SE. Dic (ni pigeat) debẽtne re aliqua roborari, aut corrigi, ne vẽtriculum offendat? BR. Debet omnino, zingibere, cinamomo, caryophyllis, aut alia re, ex his quæ vẽtriculũ roborant. SE. Quidam senã ventriculũ robo rare censet, absq; alio adminiculo, qa sub- amara, & adstringens, & experientia (vt inquit) hoc demonstrat. BR. Tam celeberrimi viri pace dixerim, experientia oppositum ostendit: nam qui senæ decoctum bibũt, aut vocatam infusionẽ ventriculo offendũtur. Nullus est Ferrariæ, aut alibi medicus, qui non sit sexcenties expertus, & ego quotidie experior, nec omne amarũ, roborat ventriculum, aut adstrictionẽ habet, quam ob rẽ semper corrigendam censeo, ob eam, quam singulis diebus experientiam videmus. SE. Abs te causam scire optarẽ, cur nuperrimè inuẽtis medicamẽtis delecteris? BR. Vt ars amplietur. Neque nuper inuentis delector,

sed

sed gaudeo aliqua in dies inueniri, cùm inter hæc multa sint antiquissima, quæ ideo noua videntur, quoniam nostris tẽporibus, cùm prius obsoleta essent, in lucẽ prodeũt. Vnde artem ipsam ampliari gaudeo, vel ex nouis, quæ nunc à probis viris inueniãtur, vel ex antiquis, quæ iterũ in lucẽ prodeunt. Et vnde colligis tu, nos delectari nouis? & aliqua noua encomio digna laudemus, est hæc* cõtradicendi ansa, quæ potius ex animi morbo prodiit, quàm ex discẽdi cupiditate. SE. Tamen ab Hipp. & Galenus in lib. de rati. victus in morbis acutis, & in primo de Antidotis illi probãtur, qui paucioribus vtuntur, & certioribus. BR. Et illi etiã probantur, qui multa habẽt in promptu medicamenta ab eisdẽ authoribus, potissimùm à Gal. vt cùm aliqua desunt, alia ipsorũ loco in promptu sint. Intelligimúsq; illa quæ inueniũtur esse certa, & talia, quę ratione, & experimento probata sint. Arbitror te odio habere illos, qui artes proprias ampliare student: at longè erras, & tibi ipsi solùm places. Nos verò vbi poterimus, Hipp. & Gale. & antiquiores imitabimur: verũ his omnibus peractis (vt frequẽtissimè cõtingit) quę ab his probis viris referuntur, alia inuenta esse exopto, & inueniri, quibus ægro opem feramus. Quis est adeò vecors, qui nõ fatea

tur

tur pretiosum inuētum fuisse senam? nempe nihil scimus tam aptū ad ea peragenda, quæ perficit sena, vt ipsa est, & nihil eius loco suauius, aut cōmodius poni posset. Noli ergo viros his fatuis nugis lacessere, sed si aptus es aliqua inuenire, inuenias. Nā miserrimi ingenii est, vti semper inuētis, & nunq̄ inueniēdis. SE. Quā parte magis altera seruabo? BR. Folliculos, in quib. maior vis educendi est, quā in foliis. SE. Quidā magis folia commendat, quę experietia duce efficacioa sunt. BR. Laudet quantū lubet, & mihi experientia oppositum ostendit, & omnib. aliis, qui artem medicam exercent: & ratio ipsa dictat maiorē vim folliculos, quā folia habere ob perfectiorē ętatem herbę, ob densiorem substantiā, ob potentiā contētorum seminum: tu ipse hoc experimēto ducas, decoctiones duas facies, alteram ex puris folliculis, alteri ex foliis. quas si deinde equa lance bibas, manifestē deprehēdes maiorem efficaciā inesse folliculis, quā foliis, vt ego alias expertus sum. Ex his igitur maiorem partē folliculorū, minorē foliorum seruа. Tamē potius laudarē, vt Venetiis senam emeres, quæ Alexādria, & Orientalib. partibus defertur, magis quā quę ex Apulia, aut Liguria. Experietia enim ostēdit semiunciam Aegyptiacæ tantum ferē profi-

cere, quantum vncia noſtratis. SE. Hoc iam diu noui. Quæ eſt eius doſis? BR. In infuſione quãdoq; vſq; ad ſex vncias exhibui, nec veritus ſum ad octo pertingere, & contulit, ægri bene tulerũt: ſed tres, aut quatuor vnciæ tutiſsimè exhibentur. SE. Quęnam ſunt ſenę qualitates? BR. Serapio ex Abix ſentẽtia authoris Mauritani, illã calidã eſſe dicit, & ſiccã, ſed remiſſæ caliditatis, & ſiccitatis. Meſue caliditates expreſsit, inquiẽs calidã eſſe in principio ſecũdi, & in primo ſiccam, addítq; folia eſſe in primo calida. Auerrois calidã, & ſiccã in ſecũdo ordine eſſe fatetur. SE. Cui ex his potius credẽdum eſt? BR. Serapioni quippe nec caliditatẽ multã, nec ſiccitatem ſena habet, alioqui nõ excitaret fluxus, vt excitari proculdubio videtur. Habet ergo nonnihil caliditatis, quoniã eſt & ſubamara, quæ primum ordinem non excedit; vel principium ſecundi attingit, & de ſiccitate idem intelligo. SE. De ſena ſatis. Menthaſtrum ſequitur. BR. Ipſum cum mentha collegiſti. SE. Ad ſerpyllum ergo veniamus. BR. Notiſsima herba eſt, à ſerpendo dicta. SE. Quomodo hoc fieri poteſt, quia vna ſpecies ad palmi altitudinem creſcit? BR. Hinc miram Dioſc. præſtantiam in ſcribendo accipies, inquit à ſerpendo nomen inueniſſe. Verùm quia ſpecies vna ſerpylli non ſerpit,

ſed

sed in altũ crescit, propterea addit, Et quoniam quęcunq; pars eius, quãcunq; terram cõtigerit, radicatur, vt hinc serpyllũ etiam crescens à serpendo dicatur, non quia spõtè serpat, sed quia omnes ramuli plãtati quacunq; terra crescũt. quod etiã Theophrast. in sexto de plantarũ historia sentit. Quum duę species sint sylvestre, & satiuũ, adeò modicè differũt, vt mira sit eorũ similitudo. Tu in his petris virẽs colligito, qm̃ sylvestre satiuo efficacius est, vt Dioscor. testatur: Hortẽ severò coronamẽtis relinquito. SE. Coronis serpyllũ addere infaustũ videtur. B. Res est, quæ paucis antè annis in vsum venit, quum mortuos impuberes, aut virgines serpyllo coronare cœperũt: quã tamẽ apud antiquos in opere coronamẽtario in summo honore esset. Sed qđ maximè mirũ est, Dioscor. & Pli. in tã notissima herba sibi inuicẽ opponuntur: quippe Pli. satiuũ serpyllũ non serpere, sylvestre serpere scribit: sed Dioscor. satiuum serpere, sylvestre minimè docet: vt hęc quibusdã occasionẽ dederint errãdi, vt pulegiũ à sylvestri serpyllo distinguere nescierint. Hęc autẽ apud nos adeò nota sunt, vt nullo demõstrãte indigeãt. Eius effect' dedit Gallis ansam ipsũ quãdoq; appellãdi serpolet, & Germanis quẽdel, ab Hispa. serpol, à Ro. serapulo, à Neapolita. piperua, à Venetis

serpollo, à Bolonis maczierza dussżka vocatur, ab aliis maczir rachusha dicitur. SEN. Quænã sunt serpylli qualitates? BR. Gal. sexto de simpl. medi. facul. lib. inquit: Serpyllũ vsque adeo calefacit, vt & meses, & vrinas moueat. gustu multũ est acre. SEN. Ex his, in quo sit genere qualitatis, nõ accipio. BR. Id nõ exprimit Gal. quẽ & Paulus & Actius sequũtur. S. Quid colligi pôt ex illis Gal. verbis an qđ Serapio dicit cap. CCXCIX. calefacere, & exiccare in tertio ordine? BR. Serapio ita Gal. adduxit, verũ de qualitatum ordine Gal. nusquam (quod sciuerim) locutus est: propterea vnde ex Gal. id Serapio acceperit, inuenire nescio. SE. Quanuis ex Gal. acceptum non sit, éstne simpliciter verum? BR. Si Mescatramesir Auicennæ idem cum serpyllo sit, vt recentes putant, & ipse in tertio ordine calidum, & siccum serpyllũ esse censet, nos autem dicimus esse in prima tertii ordinis parte calidum, & siccũ, de syluestri, atque montano loquentes. Domesticũ verò atque satiuum in tertia est secundi ordinis parte calidũ, & siccum. Gal. in viij. methodi medẽdi ad dimidias ferè libri partes inquit serpyllum esse iusto calidius. Ex quibus elicitur in tertio ordine calidũ esse. Nam quæ iusto calidiora sunt, in tertio ordine calida esse oportet, cùm in quarto ordine nõ sint:

nempe

nempe neque calida sunt, neque adurentia. Ex eo verò, & menses ducat, & vrinam proritet, accipi nō potest, neq; inferre licet esse in tertio ordine calidum: quoniam multa sunt in secundo tantùm ordine calida, quæ id efficere possunt. SE. Plātago profilit. BRA. Ferrariæ plantaginem quæres, in paluſtrib. locis, secus aggeres, atque septa, hæc enim summè amat, & in humidis efficacior est. SE. Eius vim in siccioribus locis efficacioré credebam. BR. Errabas, quoniā id expresſis verbis Dioſco. teſtatur. Arnogloſſon etiam appellatur, cui apud Germanos nomen reſpondere videtur ſchofzung. i. lingua ouis. Duæ eius ſpecies ab authoribus enumerantur: maior, quæ πλατύφυλλον. i. ſeptineruia: & minor, quæ πολύφυλλον. i. quinqueneruia, à fibris quibuſdam, tanquā neruis per totum folium extenſis. Vtranq; ſpeciē Ferrariæ habebis: ſunt apud nos herbæ notiſsimæ, ab Hiſpanis eodē nomine dictæ, à Gallis plantain, à Germanis altero nomine dicitur vuegrich, poſtea addunt breyter, & ſpitzeter, id eſt, maior, & minor. Appellant tertiam begtrit, ac ſi dixerint herbā, quæ in via calcatur. SE. De plantaginis qualitatib. parūper diſſeramus. BR. Omnes authores, quib. curę fuit de herbarum qualitatibus agere, plantaginem in ſecundo ordine frigidam, & ſic-

cam faciunt. quod à Gal. accepere sexto de simpl. medic. facult. lib. Ille etenim inquit: Habet nescio quid aquei frigidi: & habet nescio quid austeri, qđ terreũ est, siccũ, & frigidũ, tã siccũ intensius est, quã frigidũ, vnde in secũda parte secũdi ordinis frigidũ est, in tertia siccũ. At Auerrois quinto collectionũ notat radicẽ eius esse minus frigidã, & magis siccã. SE. Malua, & maluauiscus sese offerunt. BR. Optimè simul copulasti. Nã maluauiscus species maluæ est. Latinè hibiscus dicitur, à Græcis althæa. Notissimæ herbæ sunt, in hoc plano radices, ac folia hibisci, maluæ aũt folia, & semina colligito. Satiua malua Ferrariæ nõ vtimur: sed Mediolani, vt olera seritur, ac colitur, ad cibos apta coquitur, vt asperagi, & in acetariis mãditur. SE. Est ergo alia sylvestris malua ab althæa. BR. Est equidẽ: nã hęc cõmunis malua, duas species, hortẽsem, & spõtè nascentẽ habet. Hortẽsis cauliculos maiores facit, & edẽdo aptos: in sylvestri. i. spõtè nascẽti, duriores sunt, & cibariis inepti. Plin. malopen appellat. Quæ in satiuis, ampliora folia habet: quæ verò nõ, malache, ab emolliẽdo vẽtre. Vnde satiua malua, & sylvestris aderũt, ambæque in alias species distribuuntur: tamen Dioscor. has solùm species facit, satiuam, sylvestrem, & althęam. Nos autem Venetiis in horto

horto nobiliſsimorum Cornariorũ, quem Murani habẽt, arboreã maluã vidimus: imò erãt ibi multæ maluarũ plãtæ, quæ in iuſtã arboris méſurã creuerũt, & nunc adſunt, vt facilè ex ipſis ingentes baculos quiſq; parare poſsit. Quod tñ nõ mirũ eſt: qa à Theophra. arboreſcere malua dicitur. Quicquid ſit, althęæ radices, nõ alceæ (quippenõnulli decepti ſunt alceã cũ althęa cõfundẽtes) herbã, & flores ipſos ſerua. Maluã Ferrarię vbertim habebis & cultu ſatiuã facies, & in arborẽ creſcere coges, preſertim ſi ſemina illius Venetę ſeras, quã Ro. maluãvocãt. neſcio id nomẽ vñ ſumpſerint. De hac arborea malua mẽtionem facit Aetius quã dicit vocari dẽdromalachẽ, de qua meminit Gale. xiiij. methodi, vbi de tẽdonib. & ligamẽtis ſcirrhoſis, loquitur, vocátq; anadẽdromalachẽ. SE. In althæa ſolũ radicib. vtimur. BR. Nefolia deſeras, qm̃ priuatim, vt Dioſc. inquit, ex exiguo oleo morſib. & ambuſtis emplaſtri modo imponũtur. Hiſpani, vt nos, maluã nuncupãt, Galli mauues, vulgus Cretéſe molocha, Poloni ſzliaſſ, alii ſlaſz maly, Germani bappelẽ, aut pappeln, coliculos verò maluæ pappl ſtil. maluã verò ſylueſtré vilt pappeln dicũt: althęã aũt Galli grimauues, Germani Ibis appellant. quãuis & nonnullĩ vild pappeln. i. ſylueſtrem maluam dicant,

Poloni althæam visoky slaz nuncupant, Cretēses dēdromolocha. SE. Quæ sunt maluæ, & althææ qualitates? B. Auicēna althææ in qualitatib. æqualem facit, tamē ad calidum vergit: inquit enim calidum esse cum æqualitate. At hīc nodus occurrit nō despiciendus, quoniā recētiores omnes althæam calidā, & humidā in primo ordine censent: at Aetius dicit althæam exiccare, & Gal. in quarto de sanitate tuenda libro, vbi de medicamētis ad lassitudinem agit prope libri finem, vult incoquendū esse rorēmarinum herbam in oleo, tamen si ad manū non adsit, loco eius vult ponendā althææ: cum aūt rosmarinus calidus sit, & siccus, propterea & althæa calida, & sicca esse debet, si loco calidæ, & siccæ herbæ poni potest: imò rorēmarinum calidū, & siccum in tertio ordine censet. SE. Ad hæc quid dicere oportet? B R. Cū althæa leniat, maturet, emolliat, vt vni cuiq; constare potest, nō possum non sentire humidā esse: vnde humidā esse fatemur. Nec Gal. aut Aetius dissentiunt, imò Gale. althæa vtitur ex oleo ꝓ lassitudine in quarto de sanitate tuēda, quoniā humiditatem habet cum caliditate æquali. & idem Gal. in xiiij. medendi methodi in tendonū scirrhis & ligamentorū, althæa vtitur ex oleo decocta: qua non vteretur, nisi aliquid humid

midi,& emollientis hàberet: imò ne fierent insanabiles ex althæa medicamẽto vtebatur,quam althęam dicit vulgus nuncupare ἀϋσδιψδρσμαλάχην. & XIIII. methodi pro obesis extenuandis vtitur althæa, & oleum parat, quod in se aliquod medicamentum habebat. Hæc verò numerãs medicamenta althæam simul enumerat. Scitóque Gal.in VII.de simp.med.facul. annotasse anadędro malachẽ in genere esse maluæ, & vocari althæam. SE. Nondũ tamen persoluisti quod à Gal.dicitur,esse siccæ facultatis althæam, & hoc expressius refert libro vj.de simplic. medi.facul.vbi de ebisco verba facit. BRA. Radicem, & semen foliis cõparat: illa sunt foliorum ratione magis sicca,simpliciter verò humida sunt. SE. Tantum Auerrois sententiam euitare non poteris, qui in quinto collectionum suarum althęæ folia,& flores calidos, & siccos in primo ordine censet, & radicem in principio secundi. BR. Non ibo inficias partem aliquã siccã habere: tamen simpliciter humiditatem habet,& glutinosam quandã substantiam. Vnde illis consentio,qui althęę humiditatẽ attribuũt. SE. Ad maluæ qualitates accedamus. BRA. Serapio capite cxlix. ex Aben Mesuai sententia illã in primo ordine frigidam & humidã facit, de domestica particulatim agens : quippe

certum est, domesticam, & hortensem magis humidã esse: humidam esse Gal. testatur primo de alimentorũ facultatibus, in præfatione, cũ inquit maluã esse lentã, ac præhumidã, propterea celerius subsidere, quã illa, quæ talia non sunt. Et in secũdo de alimentorum facultatibus de malua agens in omni planta generalẽ regulam ponit, quòd semper in eodẽ plantæ genere, agrestes siccitate, domesticæ humiditate prævalent: vidétúrque illam feciſſe calidã Galenus. Nam docet ſi erysipelati maluæ ſuccũ applicabis, atque lactucæ ſuccum, expreſſe deprehendi lactucæ ſuccũ refrigerare, & maluę ſuccum calefacere: humidã verò esse testatur, propterea quòd facilè subducit. SE. Quid ergo inquies ad tam apertã Galeni sententiam? BR. Ita esse intelligimus maluã esse calidã, ſi lactucæ cõparetur: ex se tamen & ſimpliciter frigida est. Propterea Galenus in fine libri quarti de ſanitate tuenda, vbi de laſſitudine tractat, cù quis poſt sectã venam febrire incœpit, dat cucurbitulã. At ſi cucurbitæ copia non adſit, dat maluã. Certũ verò est in eo caſu Gal. frigidis vti, & pro cucurbita, quæ frigida, & humida est, in eius defectu, aliud frigidũ & humidum accipere voluiſſe. Cũ verò maluam acceperit censendum est Galenum maluam frigidam, & humid

midam esse iudicasse. Paulus libro primo frigidã esse dicit frigiditate clementi,& obscura: propterea secundum ipsum in primo ordine calida, & humida erat. SEN. Deinde semperuiuũ maius,& minus occurrunt. BR. Tres species semperuiui apud authores inueniuntur, quãuis plures herbæ sint, quàm tres, quæ semper viuant, id est, quocunque tempore ex quatuor anni tẽporibus, id est, quibus ingẽs calor, aut sæua hyems nõ nocet: Latinè sedũ, Græcè aizoon dicitur. Ferrariæ in tegulis nascuntur,& potiores vires habent, quã in his montib. Maius semperuiuum à nobis herba orechiara appellatur, à similitudine, quã cũ aurib. habet, à Gallis ioubarde. Hęc autem similitudo maior est, quàm ea, quã cum oculo habet, secundum quã dicitur zoophthalmon. à Polonis roscoduik vocatur, alii ꝛoschchodnyꝛ dicũt. Semperuiuũ minus à nobis herba pignola, & vermicularis dicitur, ob similitudinem, quã habent folia cũ nucleis pineis. A Gallis dicitur oreille de souris, à Polonis ruponi emaslo nũcupatur, ab Hisp. razimillo, a Neapol. vermicello che nasce sopra li tetti. Supra Ferrariẽ. tegulas mirè serpit. Tertia species nõ vtimur, quę ἀνθρώχνη ἀγρία. i. portulaca sylue stris dicitur, de qua bis Dioscor. tractat 11.& 1111. lib. Sed quod secundo libro scrib

scribitur, id totũ in quartum referri debet. Hoc autem genus habet vires penitus oppositas prædictis semperuiui speciebus. Quum verò non sit opus de herbis, quibus nõ vteris, disputare, ad alias transire opportunum erit, si prius animaduertero ex harum succo nobilissimũ comitẽ Herculẽ Contrariũ, & alterũ Herculẽ comitẽ Trottũ duo nostræ vrbis fulgentia lumina, ex diuturna gonorhœa in sanitatẽ restitutos. SE. Prius autẽ de vtriusq; semperuiui qualitatibus differamus. B. Galenus vj. de simp. med. fac. vtriusq; genus, & maius, & minus, frigidum in tertio ordine facit, & nonnihil siccum, quoniã & adstringit: vnde in eo plus cæteris abundat substãtia aqueã. SE Humidum igitur erit, si in eo aquea substantia abũdauerit. BRA. Et Galenus, & Paulus, & Aëtius parũ excicca re dicunt, quoniam adstringit. SE. Illam ergo causam esse arbitraris ꝙ siccum sit, quoniam adstringit? BR. Non præcisa, quoniam frigidi primò est adstringere, & si substãtiã aqueã habeat, tamen quodam modo excicat: id verò potius adstringẽdo facit. SE. Vrtica pedem confert. BR. Cõferat hęc notissima herba, vt apud nos in prouerbiũ cesserit, Et culo notam esse vrticã. Duas species habet: vnam folia latiora, & nigriora habẽtem, alterã minus nigra. Adest & cania vrtica

tica cęteris acrior : & herculeana, quæ odorem habet. In genere à Græcis ἀναλύφη dicitur, à nobis ab vrendo vrtica. Omnibus eædem vires insunt, nec aliquid vni peculiari attribuitur, quã alteri: ideo laudarẽ, vt hîc in mõtibus eam colligeres, & seorsum semina, herbã, radices, ac eius succũ diuersis locis seruares. De mortua autem vrtica, quam Lamium, vel Anonium vocant, quoniã non vrat, alias pertractabimus, edocentes an ea quæ apud nos mortua, & iners vrtica vulgò dicitur, antiquorum balote sit. Ab Hispanis ortiges, à Gallis ortie, à Polonis pokrſyuye, à Germanis neſſelen, & hoc tẽpore nũcupatur. SE. Quę sunt vrticæ qualitates? BR. Græci authores ordinẽ non referũt, sed illã calidam & siccã dicũt. Auicenna ca. DCCXXV. in principio tertii ordinis calidã esse fatetur, in secũdo siccã: alii in tertio ordine calidã esse inquiunt, & in eodẽ siccã. quibus cõsentio. SE. Miror à Galeno in vj. de simp. med. fa. hoc modo de vrtica scriptum esse, nimirũ cùm subtilium partium sit, & temperaturę siccę, non tamen tantum habẽs caliditatis, vt iam mordicet. Oppositum autem videtur: nã & mordicare, & vrere deprehenditur: imò hinc dicta est vrtica, quoniã vrat. BR. Vrtica nũcupatur ob acumina quædam suprà herbã dissemmata, quæ adeò carni infigũtur, vt illam

Iam vrere videātur, tamen ſubſtātia ſua nō vrit, neque quartum attingit gradum, neq; mordicat, quanuis folia in ſuperficie mordere videātur. Vnde Auerrois quinto collectionum ſuarum inquit, Et qui opinantur quòd ſit ignea ob ſuæ pūctionis acumen, errant: quoniā pars hæc ignea, quæ in eius foliis eſt, tenuis eſt, & ob ipſam frictionē remouetur, & preſertim ob lotionē. SE. Vt frigida herba calidę iūgatur, portulaca vrticā ſequitur. BR. Notiſsima eſt herbā, potius in Ferrarienſi ſolo quærenda, quàm alibi. Satiua eſt & agreſtis. Folia, & ſimul ramulos legito, ac ſeruato ἀνδράχνη à Græcis appellatur, à Luſitanis beldroegas, à Gallis pourpie, à Germanis porcelcraut, ac ſi dixerint porcellorū herbā. In acetariis editur, cucumeribus, cæpis, oleo, ſale & aceto cōditis. A Venetis porioli vocatur, à Creten. vulgò gliſtrida, ac ſi cōglutinatiua dixerint, ab Hiſpanis verdolagas, à Romanis porcachia, & à Neapolitanis porchiaca, à Polonis kurza noga, ab aliis cunya noga. SE. Cuius eſt qualitatis? BR. Galenus in vj. de ſim. med. fac. ilam in tertio ordine frigidam, & in ſecūdo humidam cēſet. Adde in medio tertii frigidam eſſe, & in fine ſecundi humidā. Omnes deniq; authores tam Græci quàm Latini & Arabes Galenum ſecuti ſunt. SE. Graminea

mox

mox sequitur. BR. Gramẽ potius dicito, quã gramineã. SE. Quid refert, modò res ipsa intelligatur? BR. Si absque vocibus res intelligi possent, nõ indigeremus nominibus. Sed postea quàm huc peruenimus, vt nõ possint absque nominibus artes intelligi, aut addisci, ideo melius est vocabulis à bonis authoribus scriptis vti, quàm barbaris, & sine authore dictis. Melius enim est rectè loqui, q̃ prauè, & incomptè, & si ad rem nihil faceret. De agrosti, id est, gramine, cum Dioscoride dicã ab omnibus cognosci. Ipsum Ferrarię quærerem. vbi mirè viret, & hoc montano efficaci⁹ est. Radices seorsum, & ramulos colliges, vel omnia simul seruato, &, quũ opus erit, seiungito. At quemadmodũ apud Latinos omnis ferè herba gramen appellatur, præsertim quæ sit iumentorũ esca, ita apud Germanos nomẽ est gras, quo gramẽ significant, & cæteras herbas folia strictiora habentes vt fœnũ à Polonis vonya yocacza traua dicitur. vulgus Cretensiũ seruat Gręcũ nomẽ dicẽs agrosti. Nũc autẽ de sanguinea herba apud nostrũ vulgus dicta, aut cariola disputare omittemus, quã Plin. lib. xxv. alteram speciẽ graminis putat, & gramẽ aculeatũ vocat, quia plures habet in acumine aculeos, quos cõuolutos, naribus inserũt extrahũtq;, ciẽdi sanguinis gratia. Hoc nostri

pueri

pueri cauriola herba sæpe faciũt: quæ an sit coronopos, alias disputare tẽtabimus. nunc tantùm animaduertentes dubitari posse à scholasticis, quũ dulcia vermibus puerorũ cõueniant, id est, eos potius nutriant, quàm interficiãt: dulce aũt sit gramẽ, cur cõmunis omniũ medicorum vsus est, contra puerorũ lumbricos gramine vti. Verùm disputationes hæ, quę nihil ad cognitionẽ simplicium faciunt, omittantur. SE. Nũc de graminis tẽperie parũper differamus. BR. Galenus hanc herbam, in radicẽ, folia & semina distinxit, radici q; attribuit, vt modicè frigida sit, & sicca, quod est in ordine primo refrigerare, & exiccare: folia in primo ordine frigida cẽset, in humiditate verò & siccitate moderata. De semine autẽ inquit, ꝙ alibi quidẽ imbecillũ est, in Parnaso verò deficcatoriũ & tenuiũ partiũ, & subacerbũ. Et si hęc à Galeno iudicẽtur in primo ordine frigida, tamen aliquid caliditatis habẽt, potissimùm gramen esculentũ, quod radice tenella constat, & quæ dulcis est. Apud poëtas plerũq; pro omni herbarũ genere gramen accipit. SE. De lauro igitur sermo fiat. BR. Ab herbis ad arbores trãsis? SE. In scribẽdo, aut colligẽdis herbis nullũ ordinẽ seruo, sed vt præsentantur, ita legũtur. BR. Plures sunt lauri speciẽs, eisdẽ ferè viribus insignitæ, & apud nos adeò,

adeò notæ, vt demõstratore nõ indigeãt: in his mõtibus folia, daphnides, id est, baccas, & corticũ radices colligę, ac serua. s. Nullus est corticũ vsus. B. Imò maximus. nã calculos frãgit, & iocinorosis ꝓdest. Galli lorier vocãt laurũ, vt plures ex nostris mulieribus oraro. Polonis bobe« dicitur, a Cretensibus vulgò Daphni. Germani verò nomẽ propriũ nõ habent arbori, sed ita fingũt lorberbaũ, quasi dicãt arborẽ baccarũ lauri. SE. Quęnã sunt lauri qualitates? B. Galenus vj. de simp. med. fa. lib. docet fructũ, & folia desiccare, & calefacere vehemẽter, & plus fructus quàm folia. at ordinẽ nõ exprimit. Si nos in tẽperiem reducere tẽtemus, Auerrois v. Collectionũ suarũ laurum calidũ in primo, & parum accedere ad secundũ docet, ac si illũ fecerit in ordinis primi fine calidũ, aut in ordine primo secudi. Et licet Auerrois de oleo & de succo loqui videat, illa tñ nihil aliud sunt, quàm succũ baccarũ. Eius verba hæc sunt: Ex eo, ꝙ lauro vtimur, esse succum, & oleũ, & est calidũ in primo, & tãgit pirũ de secũdo, quoniam compositũ est ex substãtia terrestri adusta, cũ substãtia terrestri, & frigida: & hoc significat amar⁹ sapor cũ stypticitate. At si Galen. consideremus, nõ erit in primo tantũ ordine calida, sed neq; in secũdo, qm̃ tertiũ attingit. Inquit enim, & fo-

m

lia,& fructū lauri desiccare,& calefacere vehemēter,& fructus plus,quàm folia. Verūtamē(vt superius dictū est)quę primo ordine calida, vel sicca sunt, sensu talia esse non percipiunt,sed ratione solū:quę iā incipiūt persentiri esse calida, in secūdo sunt ordine, in tertio verò sunt quæ vehemēter calefaciūt,& nōdū adurūt. Talia verò sunt & lauri folia,& fructus. Nam experiētia ostēdit, quòd vehemēter calefaciūt,& exiccāt,& nō adurūt: vnde in tertio ordine calida, & sicca esse cēsendū est. Propterea decept⁹ est Auerrois, vel eius codex mēdosus legitur, quoniā experientia ipsa duce calida in medio tertii, & sicca deprehēdit ob exiccationis, & calefactionis vehemētiā. SE. Tamariscus sequit. BR. A Dioscoride myrice nuncupat. Ad illā propinquā paludem, vbi stagnum apparet, descendamus. nā ibi myrices copia scaturit. Eius fructum, herbā, cortices, & lignum seruabis. Duo ex ligno parant, vasa ad bibendum lienosis: & eo combusto cinis, vt fœminarum fluxiones sistantur, præparatur. Est apud nos arbor notissima. Quin & semen, ac flores seruāda, Cretēses vulgò merchiam vocant, Poloni vulgo bagny, Hispam tarahay, à Germanis tamarich, à Gallis tamarisi appellat. Sunt tamen & Germani qui heyde vocēt, sed magno errore: quia erix est arbuscula

scula magicis rebus salutaris. SE. De myricees temperie quid sentis. BR. Recentiores illã in secundo ordine calidam, & siccã esse dicunt. SE. Nónne & antiqui id censent? BRA. Minimè: nam Galenus vij. de simpli. medic. facultatib. inquit esse abstergentis, & incidentis facultatis absque perspicua desiccatione. At illa, quæ perspicuam desiccationem non habent, non sunt sicca in ordine secundo, sed tantùm in primo: propterea in primo ordine siccam esse constabit. Nõ ibo tamen inficias, si ex combusta myrica cinis fiat, tertiũ siccitatis ordinẽ attingere, vel in secundo saltem intenso ordine existere. Imò & Auicena de myrice idem sentit, quòd vehementem desiccationem nõ habet, ac si id Galeni dicere voluisset, quòd perspicuã desiccationem nõ habet. Theophrastus primo de plantarũ historia, illũ numerat inter arbores, quę perpetuò virẽt, & eodẽ loco myrices foliũ describit esse carnosum, quoniã pulpa constat, & sententiam illam refert, myricæ inter frutices folium carnosum. SEN. Nónne est arbor magna aliquibus in locis? BR. Non multùm procera, tamen aliquibus in locis iustæ arboris magnitudinẽ habet. Vergilius arbusculã esse putauit. vnde ecloga quarta de Pollionis, & Salonini filii laudibus canens inquit:

Non omnes arbusta iuuãt,humilesq; myricæ.
Et in sexta ecloga,vbi Sileni cantilenam recitat ad Varum, inquit:
Nõ iniussa cano,si quis tamẽ hæc quoq; si quis
Captus amore leget,te nostræ Vare myricæ
Te nemus omne canet. vt per myricas tenuia, & veluti serpentia carmina intelligat, quẽadmodũ & myricæ ipsæ humiles sunt. Imò de Galli insano amore agens ecloga decima hocegregius ostendit, inquiens:
Illum etiam lauri,illũ etiã fleuere myricæ. vt ostẽdat,& proceras arbores, & humiles Gallum deplorasse,hoc est, nobiles & plebeios.
SE. Salix deinde scriptus est. BR. O res mira, salices in mõtibus quæris:sed quæ feracior terra Ferrariẽsi solo,omni salicũ genere exuberãte? vbi & vires efficaciores habet,quàm is, qui in montibus viret. humido etenim solo gaudet, & in ipso sponte nascitur. Nec herbariũ tuũ hac arbore oneres, quũ Ferrariæ vbiq; pullulet. Folia, semina,foliorum succũ,corticis succum,præsertim flores,seruato,non quidẽ succũ per expressionem factum,sed eũ,qui per incisionẽ corticis emanat, & etiã ex præusto cortice cinerem seruabis, cortices verò quocunq; anni tẽpore recẽtes habentur. Quum verò apud Theophrastum,& Plinium plures sint salicis species,omnes æquis viribus insigniuntur, aut

mod

modicè differunt: ideò non est opus, nisi ex ea, quæ ad manus venerit, hæc colligere. SE. Obsecro ne aliarũ gentiũ nomina in salice prætereas. BR. A Polonis quibusdã virzba, ab aliis zlothouniz*, à Venetis salgiero, ab Hispanis salx, à Neapolitanis salece, à Germanis vveidenbaum, à Gallis saulze nũcupatur, à Cretẽsibus vulgò etea, Græce verò *iria* dicitur. S. De salicis qualitatibus disseras. BR. Recẽtiores medici salicẽ in primo ordine frigidũ, & siccũ esse volunt. Galen. in fine sexti de simp. med. facultatib. libri, desiccatoria esse salicis folia ostendit, & flores circa morsum: tamẽ cùm antiqui omnes & in emplastris exiccãtibus, & in omnibus, in quibus exiccatione indigebãt, salice vterẽtur ex hoc in secũdo ordine siccum esse credendũ est. Corticis autẽ cinis valeter siccat. Esse autem in secũdo ordine siccũ ex eo etiã probari potest, quoniam si salice ad exiccandum vtamur, statim solo sensu absq; ratiõe exiccare deprehenditur. Nec penitus frigida est salix, imò & partes aliquas calidas habet, nã amara sunt salicis folia, & flores, & cortex. Propterea & Menalca propriã, & Mantuanorum miseriam deplorans, quum capellas suas alloquitur, salices amaras dicit, inquiens:

Carmina nulla canã, nec me pascente capellæ

Florentẽ Cytisum, & salices carpetis amaras.
SE. Cur à capellis tam auidè, & ab aliis bel-
luis salices comeduntur, si amaræ sunt? BR.
Sunt nobis amaræ, belluis autem dulces &
suaues. Multa equidem nobis displicẽt, quę
sunt gratissimus belluarum cibus. Necesse
igitur est salices caliditatẽ quandã habere,
cũ amaræ sint, tamẽ frigiditas superat. SEN.
Chamædryos sequitur. BR. Barbari adeò no
mina corrupere, vt genitiuo pro recto sæ-
pius vtantur. Nam quemadmodũ stichados
pro stœchas à recentioribus dici superius
annotauimus: ita chamædryos pro chamæ-
drys dicunt. Recentiores medici ferè Græ-
cam vocem exprimentes querculam mino-
rem vocant, Latini trixaginem, Ferrariense
vulgus calamãdrinã, Poloni vielkaoſſanka,
Cretenses vulgò camodri, à Neapolitanis
cerqueiolo. Germanorũ pars loge, alii ga-
mendrim, alii gamanderlim appellant: ta-
men nonnulli vocabulũ habent, quo postea
in amatoriis vtuntur, scilicet Ielenger Ieli-
ber, quod vocabulũ chamædrym significat.
si verò exponatur, significat, quãtò diutius,
tãtò clarius. Vnde in amatoriis cauillis hoc
nomine vtẽtes deridere videntur. In hoc a-
spero, & petroso loco viret, vbi folia, & semi
na colligenda, & nunc potissimùm, q̃a suo
semine prægnans est, quo tempore Dioſco.

seruan

seruandam esse monet. SE. Dioscor. quatuor digitorum altitudinem non excedere scriptum reliquit. BR. Id est in Hermolai interpretatione, sed ipse sua lingua dicit, ὅτι δὲ βάμνιον σπιθάμαιον. voluit esse fruticem breuem, vtpote qui habeat longitudinē spithami, id est, quantū extēdi potest à pollice ad auriculārē: & quāuis aliquæ etiā hāc mē suram excedant, tamen paucę sunt, nec multum exuperant: cùm autem Dioscor. alicuius herbæ mensurā tribuit, id facit, vt maiori parti indiuiduorū illius speciei quadrat: nec etiam adeò statam mensuram assignat, vt quandoq; in aliqua portione excedere non possint. SE. Chamædryos qualitates quales esse arbitraris? BR. Auerrois quinto collectionum suarū inquit, chamædrym calidā, & siccam esse ordine secūdo: idq; significari vult ab amaritudine cum acumine. Et Serapio Gal. refert, qui in secūdo ordine calidā, & siccam esse censuerit: tamen vterque deciptur: & Auerrois, quoniā caloré vehementem habet, vt acris sit eius amaritudo: & Serapio Gal. prauè adduxit, si quis octauū de simpl. medi. facul. legit, vbi inquit, Ponétque eam quispiam in tertio ordine excalefacientium, & desiccantium, plus tamen calefacit, quam desiccet. Nos igitur calidam in medio tertii ordinis, & siccam in princi-

pio eiusdem tertii ordinis cẽsemus. SE. Suaderi non possum Auerroim, & Serapionem hac in re tam manifesta adeò obtusæ mentis fuisse. BR. Dic igitur eorum codices mendosos esse, & vbi legitur in secundo ordine, in tertio legi oporteat. Nam & Auicen. ipse Gal. adducit, & tertiũ ordinẽ refert: idémq; Paulus cum Aetio sensere. SE. Laureolã ergo colligamus. BR. Hic manifestissimus recentiorum error deprehenditur, laureolam mezereum esse existimãtium. SE. Qui sunt hi recentes, qui hoc putarũt? BR. Dinus quidam Florentinus, qui Mesuen commentatus est: hic capite primo laureolam mezereon esse testatur: sed quãtum hallucinetur primo intuitu apparet. quippe Arabes omnes mezereon inter lactarias herbas cõnumerãt, at laureola lac nõ emittit. δαφνίδες à Dioscoride nobis quasi Græcum vocabulum imitantibus laureola nũcupatur: ita etiam à Gallis loreole dicitur, à Polonis vilczelyka, à Cretensiũ vulgo chamædaphni. In his montibus fructum collige, & folia. SEN. De laureolæ qualitatibus differamus. BR. Vt libet: & si Gal. acrem esse dicat, tamen temperies eius determinatè colligi nõ potest, quę & ex ipsa herba, & ex Dioscoride potius colligitur. Dioscorides enim de laureolæ foliis agens inquit: Quorum gustatu mordeatur, accendatur

tũrq; os, atque guttur. & hoc experientia
ostendit: nam si in copia accipiatur, exulceratos, & deniq; ex copia visceribus accensis
homines obeunt: propterea illam in quarto ordine calidam, & siccam iudicare debemus. SEN. Dioscipsam alipo similem dicit, 5
& nymphææ flores habere. quod in hac lau
reola falsum esse deprehenditur. BR. In anti
quissimis Dioscodicibus ea verba scripta
non sunt, ideò & Hermolaus Barbarus illa 10
habuit suspecta: in reliquis adeò ipsa est, vt
nec pictor tentans eam egregius pingere no
uisset. SE. Habétne feruentem, & erodentem
gustum? BR. Tu gusta, ego expertus sum ma
gno meo incommodo, qui etiã multa aqua 15
epotã extinguere nõ valuerim, & cœnãti o-
mnia videbatur insipida, etiã quæ erãt mul
to pipere aspersa, adeò lingua, & palatũ ar-
debant. SE. Tibi potius credam, quàm experiri tentem. Ad rubi cimas descendam. BR. 20
Cima Latinè quidem dicitur, verùm in his
mõtibus rubi quærẽdi nõ sunt, cùm Ferra-
riæ efficaciores vires habeãt. cacumina, ra-
mi, atq; mora seruanda. Eius autem species
plures sunt, quæ omnes Ferrariæ virẽt. Vna 25
tamen est vulgatissima species, quam sentẽ
appellant, & rubum: in solo Ferrariensi om-
nia prædia circunsepiuntur rubo, ne iumẽ-
ta, & homines in alienos ægros transeant. à

nobis absoluto vocabulo spina, & roueda, quasi rubus, & eius cacumina cimas spinarũ vocamus, quas Galli le coupeau des rouses dicũt. Rubum verò Germani bramé beher appellant. Poloni ziertz, vulgus Cretẽse batos, Hispani zarzamora. De rubo autẽ canino cynosbato dicto aliàs tractaturi sumus, & in syruporũ examine de eius speciebus abundè egimus. ad locũ illũ te cõferas, si rubi species scire percupis. SE. Nunc rubi qualitates saltem enarra. BR. Vt ex Gal. colligi potest in v 1. de simp. med. facul. & in secundo de alimen. facult. folia, germina, flos, fructus sunt frigida in primo ordine, in secundo sicca, tamen maturus fructus aliquid habet caliditatis temperatæ ob dulcedinẽ, vt Gale. notat. SE. Myrtus sequitur. BR. Duæ potissimùm myrti species reperiuntur, nigra, & alba. Nigra folia habet, quæ in viridi tatem quandam intensam, & ferè subobscuram tendunt, quæ nigredinem quandã præ se ferre videtur: alba verò viriditatẽ habet magis apertam, quæ respectu intensæ viriditatis albedo dici potest. In genere autem omnia ex myrto, quæ in vsum medicum veniunt, feliciora, & efficaciora in nigra sunt, quam in alba, & ita perhibetur ab authoribus. Ex nigra igitur omnia colliges tibi necessaria, & descende prope illas aquas, vbi egre

egregiè viret: est enim frutex ambiguæ naturæ, qui modò in aquis, modò in terra viuit. Multa ex myrto seruanda sunt, semina, folia, succum ex foliis, & seminibus, ex quibus etiã exprimendũ vinũ. Vos semina myrtillos appellatis: antiquiores, vt Hip. myrtidanum. Parua etiã myrtus, quæ myrto adnascitur, myrtidanum dicitur, & myrtida à Paulo Aegineta, efficacior est tota planta, quàm seruare expediet. Intelligo etiã per adnatum id, quod circa corticẽ nascitur, vt in thymo Mesue epithymus, ita in myrto myrtidanum, vel (vt nouũ nomẽ fingamus) epimyrtus, quem circa myrtum frequẽtissimè vidimus, cùm inter myrteta equitaremus M.D.XXXV. inter Fondos & Ansur, nunc Terracinã vocatã, simul cũ illustrissimo duce nostro, qui Neapolim Carolum quintũ Imperatorem visitaturus proficiscebatur. Quãuis Gal. myrtida sobolẽ myrti solùm intellexerit. omnia ergo hæc ex nigra myrto sumenda. SE. Quomodo ab aliis gẽtibus nuncupatur? BR. A Græcis μυρρίνη dicitur, & etiã μυροίνη, à Gallis meurte. SE. Quæ sunt primæ eius qualitates? BR. Auic. frigidũ in primo ordine censet, & siccũ in fine secundi. Et Galen. ex contrariis substantiis constare myrtum dicit, tamẽ iudicat frigidũ terreum in ea vincere, & tenue quoddam calidum

dū habet, propterea valenter desiccat. Cum ergo vincat frigidum, & aliquid habeat calidi tenuis, primum ordinem nō excellet. At cum valēter desiccet, erit in tertio ordine sicut: tamen folia, germina, fructus, succus diuerso modo exiccant: veruntamē vnumquodq; id agit valēter, vt aliqua in fine secundi ordinis, aliqua in tertii principio, alia in media tertii parte exiccāt. SE. Cauda equina sequitur. BR. Nomē rei ipsi cōueniens. nā cum equina cauda similitudinē habet, ideò & Græci ἱππουρις. & Latini equisetū, & equinalem vocāt. Nescio autē cur à Ferrariensibus mulieribus sceuola appelletur: tamen quicquid sit, nō est in montibus petēda hęc herba, sed potius inter Ferrariēses fossas, & loca aquosa. folia, & radices seruāda, vtpote rei medicæ vtilia. Tamen vnum animaduersione dignū est, ab aliquibus ita appellari, quia equorum membris succurrat, præsertim vbi fluxerit sanguis: habet enim adstrictoriā quandā vim, ideò à Germanis nomē accepit ~~harstrang, à strangulando: quoniā si~~ quispiā masticauerit, vt pueri sæpe faciunt, adeò adstringit, vt strāgulare videatur. Galli verò à similitudine queue de cheual dicūt, à Polonis pyzaſſka vocatur, & à Venetis cua de cauallo, à Germanis schaffthew: herba apud nos notissima, cuius duæ sunt species,

alter

altera breuior, altera longior, quã à saliẽdo salicem equinalẽ Dioſc. appellat. lõgiorem appellant noſtræ mulieres ſclaream. Arbitror inde ſumptũ nomen, quia ſtãnea vaſa illa fricẽt, & clarificẽt: ſed aliud vocabulũ habẽt magis vſitatũ, ſcilicet aſprella ab aſperitate, ideò mirè fricat vaſa. breuiorem ſceuolã dicũt. Sceuola eſt ſecũda ſpecies eqſeti apud Dioſ. Aſprella verò prima. Habẽt autem ſua folia adeò mollia ſceuola, & fragilia, vt inepta ſit ad abſtergenda vaſa: ſed aſprella dura habet, & ad ſtãgendũ cõtumacia, aſperáq; eſt, ideò in poliẽdis coquariis vaſibus ea vtũtur. Sunt adeò notæ hæ herbę, vt nulla ſit Ferrariẽſis muliercula, quæ non agnouerit. aliás autẽ in polygonio fœmina deceptus ſum, quã Romani ſanguinalẽ fœminam appellãt, putans ipſam eſſe equiſeti ſpeciẽ, quoniã ita à Dioſc. deſcribitur: Frutex eſt tener, arundini ſimilis, cõtinuatis geniculis, & in ſeipſis tubarũ modo fractis, circa quos piceæ ſimilia folia in orbẽ exeunt. Radix illis inutilis eſt. Naſcitur in aquoſis locis. Adſtringendi refrigerãdíq; vires habet. Si quis equiſetũ huic deſcriptioni comparabit, eius pictura eſſe ferè deprehẽdet. tamẽ deinceps noui ſanguinalẽ fœminã alterã eſſe, & à noſtris mulieribus coregiolã & ipſam appellari, quia polygoniũ mas etiã

core

coregiolã vocant. Per mulieres vniuersum Ferrarienſe vulgus intelligo. Huius herbæ ſucco, ac puluere illuſtrẽ Dianam Eſtẽſem. Cõtrariam dignã vt altiori tuba decãtetur, à fluxu ſanguinis nariũ immunem feci. SE. Caudæ equinæ qualitates ne prætereas. BR. Auic. illã in primo ordine frigidã eſſe dicit, & in ſecũdo ſiccã. De frigiditate illi cõſenti mus, at in ſiccitate diſſentimus, quare in ter tio ordine ſiccam eſſe fatemur, cùm à Gale. in ſexto de ſimp. med. facul. lib. valẽter exic care dicatur, propterea & maxima vulnera conglutinat. SE. Solatrum maius, & minus ſequitur. BR. Non modò inſolano (ita enim appellari debet) recentiores, ſed etiã antiqui inter ſe diſſentiunt. Nam Theophraſtus, Pli nius, & Dioſc. his nominibus Strychnon, & Halicacabum vario modo vtuntur. Quip pe Theophraſtus ſolùm duo genera ponit, ſomniferũ, & maniacum. Sed hæ lites in a liud tẽpus differantur. Maniacum ſolanum deſerendũ, nec quo vtimur in his mõtibus colligendũ, ſed Ferrariæ vbertim habetur. Olim edendo erat, nũc nõ editur. Olim etiã ſatiuum erat, & in hortis cum aliis oleribus ſeminabatur, nũc in hortis, & a quoſis locis ſpontè prouenit, imò & cultoribus inuitis ſcatet. Tu folia, ac fructũ, id eſt, acinos ſuos, illos ſeruabis. A Ferrarienſibus biaſſola, ab

aliis

aliis vua canina appellatur. Sunt etiam qui vuam morellam a colore, cùm grana maturuerint, vocent, & quoniã eo succo talis color fiat. Vulgus enim Ferrariense purpureũ colorem, morellũ dicit. quo nomine in hac herba Galli, & Lusitani vtuntur: illi enim morelle solatrũ vocãt, isti moura. Et ferè idẽ nomẽ Germani sequũtur nachtschatten dicẽtes, quasi vmbra noctis, ex colore, quem grana ipsa, aut habẽt, aut inficiunt. A Polonis pszinæi, à Venetis maius solatrum herba belladõna vocatur. Non est opus notissimã herbã aliis verbis pingere. nullus enim est Ferrariæ, qui solatrum ignoret. SE. Cuius sunt qualitatis? BR. Gal. in I I. de alimen. facultà. notat inter olera, quæ edendo sunt, nihil æquè adstringere, vt solanum: & ideò crebrò in medicinis, rarò in cibis vtimur. Auic. in primo frigidum esse dicit, in secũdo siccum, & genus, quod stupefacit esse frigidũ, & siccum in tertio. At Gal. in V I I I. de simp. med. fac. refrigerare inquit, & adstringere posse secũdo ordine. Id verò genus, quod hypnoticum dicitur, quia somnum conciliat, in tertio ordine frigidum est. De hoc autem aliàs. SE. Iuam ergo doceas. BR. Hæc à Græcis χαμαιπίτυς dicitur, quia humilis, & per terram serpat: nõ tamen adeò serpit, quin ramunculos eleuatos habeat. In hac

etiam

etiam ordinanda recentiores genitiuo pro recto vtuntur, chamæpitvos dicentes. Iua autē vocatur, quasi ibiga. Ita enim à Plinio, & aliis pluribus dicitur, vel abiga: nostri recentes iua, aut iuam moschatam, credo ob odorem vocent, qui tamen mihi ingratissimus est. Corruptūmq; est vocabulū iua, ab ibiga, vel abiga. In mōtibus efficacior existit, & prope maria. Nomē accepit ab odore, quem habet piceæ, vel pinus. Nā hoc vocabulum *vitruvius*, modò pro picea, modò pro pinu interpretatum inuenies. Tamen piceę odorē potius imitari videtur. Vnde chamæpitys idē est, quod parua picea, vel, si id magis, parua pinus. Fuere tamē recētes, qui cupressinam, & qui paruā cyparissum potiūs nūcupare voluerint: tamē à picea, vel pinu, non a cyparisso nomē habet, vt chamędrys, id est, parua quercus, à drys, quod quercus est, deducitur. Tres ibigę species reperiūtur, quæ in genere à parte Germanorū vergissmeinnit appellantur. quod vocabulū in cuillis amatoriis sumūt, & circa ipsum iocātur. Nam idē significat, quod non obliuisceris mei. Tres species ibigę reperiūtur. Sed tu hāc, quæ in vsu est, solū collige flores luteos habentē. Nā de his herbis tātū acturus sum, quæ nūc in pharmacopolarū officinis Ferrariæ versantur: alio autē loco de omnibus herbis

herbis vbertim, & distinctè differemus. A Gallis lue arthetice dicitur, quèadmodum & à multis Italis, vt à Neapolitanis dicitur: fortè ob id dicta, quoniã artubus succurrit. A Polonis mala assan*a, & ab aliis viel*a ozan*a nũcupatur. SEN. Cuius est qualitatis? BR. Omnes vno ore fatẽtur in secũdo ordine calidã esse, in tertio siccam, vt Gal. VIII. de simp. med. facul. lib. testatur. Oues marcidas vidimus, & putrescẽtes, ex huius herbæ esu sanitati restitutas, & boues, atque equos, hísque belluis plurimũ sapit, quanuis herba amara sit. Addóq; illã, quã nos habemus, adeò verã chamepitym esse, vt lactuca vera lactuca est. SE. Fœniculus sequitur. BR. Notissima herba, à Græcis marathron appellata: notissima, inquã, vtpote cibis gratissima. Quã gratia bibẽdi nũc comedunt, prius sanitatis gratia sumebatur, propterea herba, & tenello trũco toto anno vescebantur. In hoc mõte vbi vires præstãtiores habet, herbã, semina, & radices collige, partim pro re medica, partim pro obsoniis seruãda, quanquã pro obsoniis coquorũ, & nostrãtiũ mulierũ cura sit, ab Hispa. imoio, à Gallis feneul, à Germanis fenchel, à Polonis vulosk*opr, à Cretensib. vulgò marátha, à Neapolitanis fenucchio appellatur. SE. De fœniculi qualitatib. differas. BR. Audi-

cenna fœniculum syluestre calidum in tertio ordine, hortulanũ verò in secũdo esse fatetur. At Gal. hortulanũ etiã in tertio ordine calidũ censet, quoniã vehemẽter calefacit, siccũ verò in primo ordine. Verũ cũ fœniculi siccitas absq; ratione nota sit, & solo sensu manifestè deprehẽdatur, propterea in secũdo ordine potius siccũ esse arbitramur. quod & Auerrois quinto collectionũ testatur. Paulus Gal. sequitur, sed id ipse asserit esse in primo ordine siccũ, Gal. verò secundum quosdam dicebat. Vnum verò potest nos ambiguos reddere: quoniã vt tantùm in primo ordine siccũ sit, hac ratione à Gal. probatur, quoniam lac procreat. Quod si admodum desiccaret, non sanè efficeret. Et Paulus, atq; Aetius eodẽ vtuntur testimonio: tamẽ etsi in primo ordine siccũ sit, nulla est ratio, qua dici possit fœniculũ in lac cõuerti, vt alii cibi liquidi. Cũ igitur secundum subst ãtiã in lac nõ cõuertatur, ad rem nihil facit, vel in primo, vel in secũdo ordine siccũ sit. Propterea iudicãdũ censeo Gal. hoc referre, veluti quoddã ab aliis dictum, non & ipse id sequatur. Nam ex suis regulis potius iudicat esse in ordine secundo siccum. Lac verò dicitur generare fœniculum, quoniam sanguinẽ ad mãmas dirigit, aperit, attenuat, tamen in lac secundũ substantiam

tiam conuerti nō potest. SE. Caules sequuntur. BR. Nec brassicæ, suæ desunt vires, præter id ꝙ edendo sit. à Dioscor. tres species enumerantur, satiua, agrestis, & marina. De satiua nihil amplius Dioscor. sed Theophrastus, & post ipsum Pli. qui Theophrasti interpres appellari potest, in tres etiã species satiuam partiũtur. in crispam, caulodem, & eã, quæ propriè dicitur crãbe, quanuis crãbe nomen generis sit: tamẽ satiuarum omnium idẽ vsus in re medica videtur. quãuis crambe, quæ tenuiora, & simpliciora folia habet, egregius laudetur, tamẽ in montib. quęrẽda non erat, quum in Ferrariensi solo mirè pullulet ex quacunq; specie, & præsertim ex ea, quæ tenuiora folia habet. folia, semina, & cimę seruanda, quę sale etiã condire oportet pro vomitionib. ciendis, imò & succus, & flores, & crematorum caulium cinis legendus. Tamẽ cùm toto anno Ferraria vireat, tunc colligerẽ, cùm ea indigerẽ. Est autem non modò in re medica, sed & in ganea laudata crãbe, de qua biscocta plura prouerbia à Græcis facta sunt. Hispani Latinum ferè imitantur, coles dicentes, quasi caules, & alii dicũt verzas. Sed & ad hoc nomen potius Germani attingunt, coele exprimentes, & Galli choule, quàm ad brassicam. Id autem brassicæ genus, quod nos à

capite caputium appellamus, id fortè est quod Pli. sessile, & cumanũ vocat. A Germanis etiam à capite nomẽ sumpsit cappis, vel cappis raut dicentibus. Poloni fortè & ipsi caulem à capite upostа vocant, & vulgus Cretésium phringio, à Neapolitanis foglia. SE. Quæ sunt caulis proprietates? BR. Hippocrates in secũdo de ratione victus libro, quem Gal. Thessali, vel Herophili esse iudicat, inquit: Brasica calefacit, mouet, biliosaq; ciet. Apud Auerroim in quinto collectionũ ca. XL. legitur caules frigidos esse, & siccos. Arbitor ego Auerrois contextũ esse corruptũ, & legi oportere calidos, & siccos. Brasicarũ caliditas manifesta nõ est, propterea in primo ordine calefaciũt, in secundo verò exiccãt: quoniã, vt Gal. testatur, intus, & foris exiccãt, & siccitas manifestè deprehẽditur, imò tali modo exiccat, vt vulnera conglutinet. Cato tradit Populum Ro. sexcentis ferè annis in re medica brasica vsum: nondum enim in vrbẽ cõmeauerant medici, qui in artẽ redegerunt, quemadmodum magno sanitas cõstet, & peregrina sescum pigmenta attulerunt, vt illis imponerent pretia, quæ vellẽt. Cæterùm militares viri glorioſas cicatrices gratuitò olere curabant, eodem horto cura vsi, cura ad salutem dum illos pascit, & sanat. SEN. Tamen brasic

brasicarum folia humida esse vidētur. BR. Secundo de alimētorum facultatib, brasicæ succū humectare corpus edocemur, & prima coctura deiicere facit, sed caro brasicę exiccat. Id fortè Auicēna intellexit, cū dixit corpus esse humidius. Vel si id nō intelligat, à Gal. lōgè differt. SE. Alcachengi ad manū veniunt. BR. Halicacabus Latinè dicitur. Arabes & Barbari Latinum peruertentes Alchachengi, quasi Halicacabū vocant. Est secunda species solani Dios. quam Pli. vesicariam appellat, quoniā vesicis succurrit. Dioscо. autem magis placet: quoniā folliculus ille, in quo eius granum cōtinetur, cum vesica similitudinem habet, vesicariam dictam esse. Quidam apollinarē minorem apud Dioscо. esse tradunt, decipiuntur, de qua in fine primi libri scriptum est. Nam nec id caput eo loco esse debet, & est tertia species strychni, quā ὑπνοτικὴν. i. somnificam vocant, quæ prope mare inter saxa nascitur. Ne in his mōtib. halicacabū quæras, sed quum eris Ferrariæ, in vineis colliges, vbi efficacior est. Herbam & folliculos seminib. plenos seruabis: quin & succū exprime, in vmbráq; sicca ad ciendā vrinam. Potuit hic succus trib. diebus contentā vrinam Reuerēdi præsulis Iacobi Gallini sanctæ Annæ prioris dignissimi expellere, &

aliorũ aquã inter cuté euacuare. Neſcio qua de cauſa Germani eã appellẽt Iudẽdocklẽ, i. Iudæorum pilã. fortè ex folliculo nomen iſtud nacta eſt. Hi verò Germani lõgè deciſiũtur, qui ſchlaffbechr, vel thol⁊raut halicacabũ putãt, qm̃ ea nomina potius furioſo ſolano cõueniunt. Primũ enim ſomnificũ granũ, alterũ maniacã herbã ſignificat. Plures autẽ abſq; his affectib. halicacabũ apud nos comedũt. Adde diuerſam eſſe maniacę herbę figurã, à nõnullis Polonis czeruone iagodi, ab aliis pſiye viſnye dicitur. s. Ne halicacabi qualitates omittas. BR. Gal. in ſolano dicit halicacabũ in foliorũ qualitate ſolano ſimilẽ eſſe: propterea frigidum, & ſiccum erit ordine ſecundo. SE. Beta mox occurrit. BR. Nomẽ habet ſecũdę literæ alphabeti Græcorũ. nã quũ ab olitorib. deprimitur figuram b, prę ſe fert. Eſt aũt duplex, cãdida, & nigra: radice cognoſcũtur, nõ foliis, vt multi decepti ſunt. Adeò notæ ſunt herbæ, vt opus nõ ſit pingere. Ne mõtanam quæras, ſed Ferrariæ abudè viret, & efficacior, q̃ alibi eſt. ex ambab. ſpecieb. folia, & radices ſerua. Tñ alba in omnib. efficacior eſt, præterquã in adſtringẽdo, quo effectu à nigra ſuperatur. Succus etiã foliorũ, & radicũ ad plures ægritudines valet. De blito nihil in præſenti, quum apud pharmacopolas

eius

eius vsus non sit. Galli poiree bletã, & Germani mangolt appellant, quo ferè nomine Itali multi vtũtur, vt qui circa Vercellorũ coloniã, & prope mõtes habitãt. Dicũt emẽ simul cũ Mediolanẽsib. & ferè cæteris Insubribus manegold. A Polonis czvvꝛla, Venetiis herbete vocatur, à Cretẽsiũ vulgo seuclõ. ab Hiſpanis azelgas, & à Parthenopeis folia molla nũcupatur. SE. Gal. in VI. de sim. med. facul. olus esse esculẽtũ docet, in secundo exceſſu à tẽperatis humidũ, & frigidum. BR. Loquitur de blito, nõ de beta. Nã octauo deinceps libro de beta sermonẽ habet, quã dicit nitrosæ facultatis esse participẽ, & digerit, extergit, & per nares purgat. Vñ huius ratione ponitur in clysmatibus eius succus. Propterea recẽtiorib. assentire non possum, q̃ frigida sit in primo, & humida in secũdo. Nã & habet aliquid calidi, cũ ea faciat, quæ à Gal. dicuntur. Ex quib. in primo ordine calidũ esse iudicamus: de humiditate verò nõ dubitamus: tamẽ esse diuersarum partiũ, quæ diuersas habent naturas cõstat. s. Ad mercurialẽ venire cõueniet. B. Hanc Mercurius inuenit, ideo Mercurialis dicta est, quam Græci ab eodem Mercurio sua lingua hermipoã vocant, & alio nomine linozoſtin. Galli & Hiſpani nomine ferè Latino vtũtur, primi Mercuriale, alii Mer-

Mercurialis

curial. Noſtrum vulgus magis corrumpit nomẽ mercorella dicẽs. Habet apud Germanos varia nomina, vt etiã variæ ſunt nationes, ſed hoc cõmuni⁹ eſt cęteris bingel raut per b, aut per p, pingel raut. alia verò kuevvurtz, alii ſcheiſſraut, alii ſcheiſſzmilt, alii miſtrudt, alii ſpec malten, alii hundtsmilt, alii ſcoſzmeldẽ appellãt, ſed pro diuerſitate nationũ hoc fit: à Polonis mercuriv, ab aliis mercurio ſchoue ziele, à Cretenſiũ vulgo ſcarolacanõ. Herba notiſsima eſt, & qua pro ſoluẽda aluo noſtri rũſtici vtũtur, in pultariis præſertim decocta. Si quis eã lancé comederit, mira euacuatiõe ſoluitur. Duas ſpecies habet, marẽ, & fœminã. Fœmina efficacior exiſtimatur, mas nigriora folia habet, & ſemina rariora: imò duo ſola habet per diuerſos geniculos veluti duos teſtes. Fœmina albiora folia habet, ſemina frequẽtiora ſunt. In humectis, & omnib. cãpis oritur, quanuis in mõtanis, & ſicciorib. efficacior ſit: æquè folia, ramuli, & ſemina legenda. s. Cuius eſt facultatis hęc herba? B. AGal. non exprimitur, ſed inquit eſſe admodum digerentis facultatis. Recentiores in primo ordine calidã & ſiccã eſſe teſtantur. At nos potius in ſecundo ordine calidam eſſe probamus, eũ ſenſu ipſo calefacere deprehendatur. Auerrois in febrium initiis Mercuriali

riali vtitur, ſicuti & caſia & tamarindis. Nos illam ante coctionem exhibere non laudamus: ſed ruſtici Ferrariēſes etiā ſani cū ventrem purgare volunt, ea vtuntur cocta ex aqua, & oleo, pro minutali, bilē craſſam, pituitam, & ichores educit. S E. Iā betonica in medium venit. BR. Notiſsima herba, quę in montib. quęri nō debet, à veterib. Hiſpanię populis inuenta. quod intelligēdum eſt, primùm ab his populis eius vires oſtēſas. Adeò autem nota eſt, vt apud vulgus Ferrarienſe in adagiū venerit, quū de re nota ſermo fiat, dicere notiorē eſſe betonica. Ceſtrō à Græcis appellata, à Latinis ſerratula, vt Pli. teſtatur: & meritò, quia circūcirca in morē ſeræ diuiſa eſt. Ferrariæ illam quęres, quoniā frigidiora loca amat. Duas ſpecies habet, æquis ferè virib. inſignitas: tamē quę ſpontè naſcitur, ſatiua efficacior videtur. Quod in omnibus ferè ſylueſtribus plantis reſpectu ſatiuarum vſu venit. Aliàs in hac herba diſsidium componemus inter Dioſc. & Pli. quoniam Plinius betonicæ folia rumicis ſimilia facit, quod Dioſc. britannicæ adſcribit: vúltque betonicā habere folia quercus. In qua re Plin. à Leoniceno reprehenditur. Sed an abſolutè folio rumicis cōparauerit Plinius, vel potius comparatio ſit rumici in expanſione foliorum ſolùm, aut non abſo-

lutè rumici comparet, ſed potius rumicis foliis ſerratis, alio commodiori loco diſſeremus. Tu interim Ferrariēſi agro herbam, ac radicem ſeruabis. Dioſco. autem folia in fictili vaſe trita conſeruat. Galli betoniem, Germani betonię ✕raut, & Poloni bukvvicza vocant. nunc Cretēſe vulgus vetonichi nuncupat. Recētes in primo ordine calidā, & ſiccam eſſe volunt. Auerrois quinto collectionum capite quadrageſimoſecundo, illam ordine quarto calidā, & ſiccam eſſe fatetur. At iudicio noſtro decipitur, quippe tanta caliditate pollere nō poteſt, vt experientia oſtendit. Nam in acetariis, & veluti olus in minutalib. editur. Nos igitur cùm ſenſu deprehēdatur betonicę caliditas, abſque alia ratione erit in ſecūdo ordine calida, & in eodē quoq; ſicca. Vnde à Gal. dicitur eā eſſe guſtu amariuſculā, & ſubacrem: neq; illla, quæ in primo tantū ordine calida ſunt, renum calculos confrigere poſſunt, vt betonica Gal. teſte facit. SE. Chelidonia ſequitur. BR. Duæ ſunt chelidonii. i. hirūdinarię ſpecies, maior, & minor. De minori nihil ad nos, quia in pharmacopolarum vſu non eſt, maiorē tantùm proſequūtur, quæ apud nos Ferrariæ in parietibus, & ſemitis, & lapidum cumulis naſcitur. noſtrum vulgus cerognam appellat, dicítque dentibus adueríā

uersari, vt si quis eius succo, qui luteus est, dentē tetigerit, protinus corruere, quū tamē contrario sit, nam dentium dolores finit, & eosdem tremulos confirmat, vt experientia didicimus, modò putridi nō sint. Itaverò nū cupatur, quia quū hirundines veniūt, ex terra prodit, quum abeunt, marcescit, aut quià suorū pullorū oculis hirundines auxiliātur. Fabulosum est, & quod nostris etiam temporibus fertur, ex Dioscoride fortassis, & antiquioribus sumptū, si quis hirundinum pullis oculos eruerit, modo nō frāgatur neruus, hirundines illis succurrere hac herba, quam multi fatētur se vidisse in nidis. Quū aūt puer essem, hoc experiri tentās, quinque hirundinū pullis oculos erui, adeò vt neruus adhuc oculo iungeretur, altera die sanos pullos inueni, at nullam herbā in nido reperi. Tria ex hac herba seruanda, folia cū caule, radices, & semina, adde & succum, qui ex omnibus his partibus fit, in æneo vase cū mel le decoctū. SE. De chelidonii qualitatibus disseras. BR. Recētiores calidū, & siccū in secundo ordine faciunt: tumē si Galenū in octauo de simpliciū medicamētorum facultatibus libro consideremus, in tertio ordine calidum videtur, atque siccum, nempe dicit, extergentis admodum esse, & calidæ facultatis. At quæ calidæ admodū facultatis sunt,

in

in tertio ordine calida esse cõstat, modò nõ vrãt, addeq; de minori agés chelidonio dicere acrius esse maiori, vnde in quarto ordine completo calidũ, & siccũ, à quo cùm maius chelidoniũ declinet, in tertio erit ordine intenso calidum, & siccum, vel in quarti principio. SEN. Si hic minus chelidoniũ scatet, ne ostẽdere pigeat. BR. Quũ Ferrariæ erimus, eam ostendere curabimus. Nã in aquosis nascitur, foliis rotundioribus, quàm hedera, nec caulẽ habet, sed folia à radice prodeunt: præsertim in mense Maio videtur: herba est, quæ citò euanescit. Ne tu illa nũc scire tentes, quibus nõ vteris: alio enim loco herbas omnes edocebimus. Vnũ est, habere multas radices, & rotũdas, flore luteo. Ferrariæ primo vere. eius foliis in acetariis vtimur. Galli chelidoniũ eclere. Germani schelkraut vocãt, & Poloni vulgare nomẽ, scilicet celidonia vtũtur. A vulgo Cretẽsiũ chelidoni dicitur. SE. De herbena ergo disseramus. BR. Nobilissima herba verbenaca, quę apud Romanos in honore habebatur, vtpote qua lustrabant domus, & familiã, qua feciales coronabantur, qua mẽsam Iouis verri dicebãt, qua magi, & fatidici vaticinabantur, & multa alia, vt Pli. vigesimoquinto libro capi. IX. testatur. Ab aliquibus peristereõ dicitur, quasi columbaria, quoniã in ipsa libẽter columbi

versan

versantur, ideo à nonnullis nostræ gentis cō
lumbina vocatur. Nostræ mulieres in festo
natiuitatis Diui Ioannis Baptistæ, & assum
ptionis virginis Mariæ, hac herba se coro-
nāt, & cingunt, putantes eo anno à capitis, &
dorsi dolore liberas futuras. Qui mos ab an
tiquitate acceptus est. Sed (vt refert Plin.) in
ortu canis colligebatur, nec solē, aut lunam
circunspici volebāt, terra in primis fauis, &
melle lustrata, illā adeò in veneratione habe
bant, vt hierabotane, id est, sacra herba ap-
pellaretur: imò herbas omnes, quæ ad lustra
tionē valebant, aut magiā, aut quodcunque
aliud simile facinus per excellentiā verbena
cas appellabant, & hierobotane, quāuis hoc
nomē huic peculiare sit, à Ferrariēsibus cor-
rupto vocabulo borbonaga dicta, à Gallis
veruene, à Germanis ysen raut, vel eisen-
raut, ac si ferri herbā dixerint, & ysenhart, à
Polonis ʒoſziſʒo dicitur, Veneti vulgo her-
bā de san Zoāne nominānt. Adeò Ferrariēsi-
bus nota est, vt nihil notius verbena. A quo-
sis enim locis nascitur, ideo ne illā à monti-
bus petas. Duas species habet in re medica
seiunctas vires habentes, quas etiā Græci, &
Latini vario nomine partiūtur, quippe Pli.
in marē, & fœminā secat, Dioscō. per rectū,
& supinū diuidit. Recta verbena ca apud Pli
niū mas est: supina, fœmina. Nostine ambas
species?

ſpecies? SE. Quídni? apud omnes adeò notæ ſunt, & in toto agro Ferrarienſi frequentes, vt canibus noſtris notior ſit pane. Folia in ſimilitudinẽ folii quercus habent. BR. Ita eſt circumcirca inciſa, ideo & ea ſpecies, quę ſupina dicitur, quercui à Dioſcoride compara tur: quãuis & altera etiã ſpecies eidem cõpa rari potuiſſet. Romani marem criſtã gallinaceam, fœminam verò circinalem vocant. Non aſſurgit fœmina, ſed quaſi ſerpit, & humilis eſt: ideo à Dioſcoride χαμαι, id eſt, ſupina dicitur. Quũ eris Ferrariæ, ſeorſum am bas ſpecies collige, vnà aũt folia caulis, flores, & radices ſint. SE. Non conſueuimus has ſpecies ſeorſum habere. BR. Error erat: nam, vt Dioſcorides tradit, mas ad nonnulla valet, ad quæ fœmina inepta eſt, & ecõtrario. SE. Quæ ſunt verbenę qualitates? BR. Calidã in primo eſſe dicunt, & in ſecundo prope tertium ſiccam. Vnde & Gale. inquit vim habere adeò deſiccantem, vt conglutinet vulnera: tamen cùm amara ſit, & in lingua acredinem quãdã imprimat, quæ ad fauces vſq; extenditur, propterea in ſecundo ordine caldam eſſe iudicamus. SE. Eupatorium ſequitur. BRA. Nihil ferè in re herbaria tã corruptum eſt, quàm hoc, quod eupatorium dicitur. SE. Quamobrem? BR. Quoniam nec eupatorium, quo vos vtimini, verum eupatorium

rium est, nec id nomẽ, quod nunc vero eupatorio tributum est, illi quadrat. SE. Quomodo fieri potest, quòd eupatorium, eupatoriũ non sit? Aequè est, ac si quis hominẽ nõ esse hominem dicat, aut equũ equũ. Hoc est, de quo miror, Iuniores quosdam nũc prodire, qui omnes nostras herbas damnent. BR. Mihi, optime pater, nullo modo credendũ est, sed antiquioribus authoribus fidem præsta. En tuũ hoc eupatoriũ, quantum à Dioscoridis, Plinii, & antiquorũ eupatorio euariet, considera. Lege tu Dioscoridẽ, Fruticosa herba est, singularis exit ex ea virga, gracilis, lignosa, recta, nigra, pilosa, cubitalis, & aliquã do maior: folia habet per interualla partibus diuisa, quinq; fere, aliquãdo tamẽ pluribus, quinq; folii, cãnabisve foliis similia: nigricãt, & hæc etiã, serræ modo in extremitatibus incisa. Semen fert, singulari illi virgæ deinceps adnascens, in terram annuens, adeò asperũ, & hirsutum, vt vestibus siccatum hæreat. SE. Nullam habet cũ nostro vocato eupatorio, aut modicam similitudinem. quã verò herbam eupatorium putas? BR. Illa est, quæ vulgò agrimonium appellatur. SE. Si figurã herbæ, & Dioscoridis picturam cõtemplor, ea omnino est: verùm agrimonium nostrum, Dioscoridis argemonen existimabã. BRASA. Id fieri non potest, si eius descriptionem

nem in Dioſcoride conſiderabis: quippe inquit, Agreſti papaueri ſimilis argemone eſt, folia anemones habet, inciſuris diuiſa, floré in caule puniceũ, capitulũ erratici papaueris quod roeda vocant, oblongius tamen, & in ſuperiore ſui parte latius, radicem rotundam, quæ diluti aqua croci colore liquoré ex ſe remittit, vi ſua acré. SEN. Hæc nihil habet cũ noſtro agrimonio cõmune, vel in foliis, floribus, aut radice: fortè eſt altera ſpecies argemone. BRA. Et illa eadẽ folia habet. SE. Miror cur tã diu latuerit. BRA. Imò poſt celeberrimi Nicolai Leoniceni tẽpora præceptoris nunquam pœnitendi, multi pharmacopolæ noſtrovulgari agrimonio pro eupatorio vtuntur, eo ita demonſtrante. Nec mirandum eſt, ſi in recẽtibus error diutius protractus ſit, quoniã & antiqui eodem ferè errore ducebantur, vt Dioſcorides teſtatur: quippe argemone, id eſt, ea, quæ agrimoniũ appellatur, ab ipſis eupatoriũ dicebatur. At quã nos re vera agrimoniũ appellamus, verũ Dioſcoridis eupatorium eſt, & argemone altera herba eſt. SE. In præſenti de agrimonio nihil tractes, deincẽps de illo verba facturus. Id tamẽ ſcire optarim, quænã herba hæc ſit, quã eupatoriũ vocamus: eſt enim notatu digna herba, odorata, & viſu pulchra. B. Non eſt idem eupatoriũ vbiq; in Italia. SE.

De

De aliis nihil impræsentiarum: de hoc nostro sermo fiat, quod in foueaꝝ ripis nascitur, & humidis locis, longiora folia habẽs ferè cannabinis similia flores in summo multos coaceruatos purpurascentes. BR. Re vera herba est nõ satis laudata, quam egregiis viribus insigniri arbitror. Plerunq; eius gratia vniuersum Dioscoridẽ euolui, & eã inuenire nõ potui. Nec Plinius, Galenus, Paulus, aut alter similẽ herbã pinxit. Nõ defuere tamen, qui illã symphitũ petreũ arbitrarẽtur, sed falso, quoniã in saxis non nascitur, nec thymi ramulos habet tenues à cacuminibus, nec thymi capitula, &, quod potissimũ est, non est dulcis hæc herba, sed subamara. Aliqui enagrã esse arbitrati sunt: sed descriptione considerata adhuc peius sentiũt, quã ob rẽ non inueni hanc herbam in aliquo ex antiquioribus authoribus, quã tamen viribus præcipuis insigniri putamus, vt in Ferrariensibus herbis edocebimus volumine de ipsis tradẽdo, & iã diu cœpto. In vinetis nascitur eupatoriũ Ferrariæ. Id aũt intelligo, quod agrimoniũ dicimus pro vero eupatorio colligẽdo, cuius herbã, radices, & semina seruabis, quod in his montibus potius, quã Ferrariæ habere studeas. A Gallis etiã eupatoire, & à Germanis leberkraut, id est, iecoris herba vocatur, à Polonis szadziecz dici-

tur, alii scribunt badzecz. SE. Dic mihi (ni pigeat) Arabes súntne de hac herba locuti? B. In eupatorio herbã describũt eisdẽ ferè verbis, vt Dioscoridis facit, vt Serapionem legenti manifestum erit, & Mesuen, quanuis Mesue centauriæ minoris foliis comparet, & alii cãnabis, aut quinquefolii. Sed fortè corruptus est Mesue textus, qui omnia à Serapione accepit. In hoc tamen à Serapione dissentire videtur, ideo corruptum esse eius codicẽ suspicor: quia etiam Auicenna, à quo sumit, cãnabinis foliis assimilat, & nõ cẽtaurii minoris. SE. Hoc summè placet, quia alterã herbam esse apud Arabes eupatoriũ, quã apud Græcos putauerã. BR. Eadẽ est, sed ob peruersam ex Græco in Arabicum, & ex Arabico in Latinum, vel potius Barbarũ interpretationem plurima immutata sunt, vt aliis vestibus induta, alia etiam videantur. Constat autem Serapionem Dioscori. sequi, & nonnullos Arabes, Auicennã verò Serapionẽ, & Mesuen posteriorẽ, vtrosq;. SEN. De eupatorii qualitatibus parumper differas. BRAS. Si Galenum sexto de simplicium medicamẽtorum facultatibus, cõsideremus, in primo ordine calidum erit, atque siccũ. Nam inquit esse tenuium partium, & habere incidendi, extergendique facultatem citra manifestã caliditatem. Ineſt & ipsi adstrictio quædam,

per

per quam robur iecori addit. Cùm ergo manifestam non habeat caliditatem, in primo ordine tãlidũ erit,& ob modicã adstrictionem in eodẽ ordine siccũ. Vnde & Auerrois quinto collectionum illud ponit in primo ordine: sed Auicenna calidũ in primo ordine,& siccũ in secũdo illud statuit. Herba hæc iterũ impræsentiarum cõsiderata obscuram quandam amaritudinem habere videtur, vt in primo ordine intẽso sit calida: de siccita- te in secundo ordine sicca videtur, quoniam absque ratione exiccare deprehẽditur: imò eũ & absq; ratione calidum videatur eupatorium, in secũdo ordine caliditatis remisso poni poterit. Hæc ita proponuntur, vt aliis ansam considerandi præstemus. SEN. De hac herba satis: ad hyssopũ descendamus. BR. Et hyssopus duas species habet, quæ locis tantũ differũt. Hortensis,& montana, Hortensi montana efficacior est, ideo montanæ solũ herbam, caulẽ,& flores scrua. SE. Id faciam, nam notissima herba est hyssopus. B. Apud te fortè nota, sed ego in ipsa valde dubito. S. In herba etiã mulierculis nota dubitas? BR. Imò maximè, quoniam Dioscorides eã suo loco nõ pingit, sed libro quarto, vbi de chrysocome tractat, inquit habere comantes corymbos figura hyssopi: at nescio in hyssopo comantes corymbos videre, id est, in nostro

vocato hyssopo,& ita apud omnes intellecto. Adde quum origanum heracleoticã pingit dicit folia habere hvssopi σπιάδιον δὲ, ὃ τροχοειδὲς, id est, vmbellam autem nõ in modum rotæ, ac si hyssopus habeat in modum rotæ vmbellam. Verùm nec folia nostræ vocatæ hyssopi, nec vmbella conuenit, quoniã hyssopi flores in modum spicæ sunt. Comparat quoque & alteram origani speciẽ hyssopo, quod & Plinius lib. xx. ca. xvi. & xvii. facit. SE. Hæc quoque me in dubiũ vertunt: à te quid dicendum sit noscere optaré. BRA. Folium hvssopi omnino cum origano similitudinem habet, licet in hoc latius sit. De vmbella modò aliter dicẽdum, quàm à Marcello interpretatur, ac si origanus habeat vmbellã sicut hyssopus: in origano verò sit multifida, & diuisa, in hyssopo rotũda. Tamẽ Græcus textus nõ cõfert vmbellã origani ad illã hyssopi, sed simpliciter ad vmbellam quia revera vmbella in rotundũ vergit, & simplex est, sed in origano multiplex. Quã ob rẽ Hermolaus rectius Dioscori. interpretatus est nõ faciẽs comparationẽ ad hyssopũ, sed simpliciter dicẽs, vt verba Græca innuũt, σπιάδιον δὲ ὃ τροχοειδὲς, id est, non modo rotę vmbellam habens. Ego quandoque Græca verba non aduertens, sed Marcelli tantùm interpretationem, nostrũ vulgatum

gatum hyssopum, origanum heracleaticã esse arbitrabar: sed nunc errorẽ animaduerti. Eodẽ nomine à Gallis, & Hispanis, & Germanis dicitur, primi yssope, alii ixopo, tertii isop appellãt, imò & Poloni isop dicunt. Sunt & in Hispania, qui isopiglio vocẽt. SE. Arabes de hoc hyssopo loquuntur? BR. Loquũtur omnino, & id est, quod hyssopũ mõtanum Mesue vocat: quod enim dicit hyssopum hasce, thymus est. SE. De hyssopi qualitatibus nonnihil agamus. BR. Omnes fatentur, & Galenus potissimũ VIII. de simplicium medicamentorũ facultatibus, in tertio ordine calidum esse, atq; siccũ, & adde in medio eiusdẽ ordinis. Notatq; Galenus esse tenuiũ partium, vt inde obstructiones mirè aperiat & humores attenuet. SE. Marrubium occurrit. BR. Deprehensus est ab excellentissimo præceptore meo Nicolao Leoniceno in hac herba in errore Plinius, quippe qui ex vnius vocabuli falso intellectu, multas herbas cũ porro confuderit. Nam Græcè marrubium prasion dicitur: porrum verò prasson. Plinius aliquas herbas marrubio cõparãs, quia ita ab antiquis acceperat, ipsas porro coparat, vt orminon, balote, stachii, porro asimilari dicit, quũ marrubio scribere debuisset. Nã antiqui Græci has herbas prasio id est, marrubio, non prasso, id est, porro cõparãt.

ideo vna literula Pliniũ fefellit. Sed hæc Iongius à Leoniceno in epiſtola ad Angelũ Politianũ. Duæ marrubii ſpecies cõſtant, vna herbacea, & multis inciſuris diuiſa, altera foliа rotũdiora habet, & ſquallida. Prima ſpecie, vt inquit Theophraſtus ſexto de plantarum hiſtoria, in variis medicamẽtis vtebantur. Plinius eodem modo, ſed per alia verba ſecare videtur. Nam ipſe in nigrũ, & candidũ partitur. De albo Dioſco. in cap. de marrubio peculiariter tractat, & id marrubiũ eſt, quo nos vtimur, & in veſtris officinis habetis, folia ferè rotunda & albicãtia habẽs, quod apud nos in ruderibus, & circa areas domorum naſcitur, vbi lapidũ cumuli ſunt. Ex hoc quum eris Ferrariæ (quanquam hîc efficacißimum ſit) folia, & caules ſimul, ac ſeorſum ſemina ſeruabis. Vulgus etiam noſtrum marrobio vocat, & ita Galli. Germani verò andorn. nomen eſt ſumptũ à morbo quodã puerili, q marrubio ſanatur: à Polonis ſantha dicitur, ab aliis marthvva porziua, niſi decipiantur. Nigrum marrubium noſtri tẽporis pharmacopolæ nõ colligũt: tamen Theophraſtus loco citato in re medica plurimũ valere ſcribit. & Plin. ei multas dotes tribuit. SE. Hoc nigrũ marrubium apud Dioſ. quænam herba eſt? BR. Nunc nõ eſt animus eas herbas tractare, quarũ nullus

lus est in vestris officinis vsus: tamen ne tergiuersari videar, eam esse suspicor, quæ à Dioscoride balote nuncupatur. SE. Adhuc anceps sum. æquè enim balote ignota est herba, vt nigrū marrubium. BR. Ego baloten illā suspicor, quæ à nostris vrtica mortua, & iners vrtica vocatur, quæ folia vrticæ habet, sed non pungentia, aut adurentia foliis purpurascentibus, cuius ingēs copia in ruderibus Ferrariæ, & incultis locis. Hæc per suspicionem dicta sint, aliàs per certitudinem magis rem tractabimus, & sine suspicione de hac re loquemur. Nam & suspicamur galiopsim esse vrticam mortuam, & erit à balote diuersa, quoniā balote odorē habet. Vnum tamen admonere volo, Plinium præter duo genera marrubii, album, & nigrū, baloten tanquam quoddā diuersum scripsisse. Hæc aute aliàs. Tu cæteras herbas prosequaris. SE. Prius quàm ad herbas alias trāseamus. marrubii qualitates in medium reuocādæ sunt. BR. Gal. VIII. de simpl. med. facul. calidum in secundo ordine completo, & siccum in medio tertii, vel in tertio completo esse fatetur. Auicen. deceptus est Oribasium adducens, ac si prasion sit calidum, & humidum mediocriter, postea secundū alios oppositum concludit esse calidum in tertio, siccum in secundo. At experientia ostendit

vehementer exiccare, propterea tertiũ ordi
nem incidit, & cùm non mediocriter cale-
faciat, erit in fine ſecundi ordinis calefaciẽ-
tium, vel in principio tertii. SEN. Scordion.
BRA. Dic optimè pater, quæ herba illa eſt,
quam ſcordion appellatis? SE. Syluestre al-
lium. BR. O errorem execrabilem: is Thyre
ſia cæcior eſt, qui non viderit. SE. Cur error?
ego, & præceptores mei ſylueſtre alliũ ſem-
per accepere. BR. Mẽtem adhibeas his, quæ
dicturus ſum: Duo vocabula ſunt ſatis affi-
nia, ſcordion, & ſcorodum. Scorodũ à Græ-
cis allium dicitur, & ſcorodon agrion, alliũ
ſylueſtre. Arabes in his vocabulis decepti
ſunt, & Arabum imitatores, loco huius vo-
cabuli ſcordion, ſcorodon intelligentes, &
allium ſylueſtre interpretantes, vt Auicen.
in vna deſcriptione theriacæ ſcordion po-
nat, in altera ſylueſtre allium, pro ſcordio,
in hoc vocabulo ſcordion putans ſcorodon
eſſe, deceptus. Hinc recentes omnes, & phar-
macopolæ hactenus decepti ſunt, pro ſcor-
dio cuiuſdam ſylueſtris allii ſpeciem ſumẽ
tes. Non vident autem apud Dioſco. allium
non eſſe, ſed herbam trixagini ſimilem. Vn-
de à Romanis paluſtris trixago dicitur, ta-
men maiora folia habet, odoreq; allii, pro-
pter hoc fortè multi decepti ſunt, allium ſu
mentes: amarũ, & adſtringentẽ ſaporem, &

quad

quadrangulum caulē habet, in quibus flos rubescens est. A Plinio felicissimè XXV. lib. cap. VI. descripta. In hoc mōte, vbi aqua scaturit, ingentem huius herbæ copiam habes, etiā Ferrariæ in aliquibus planis, & aquosis inuenitur, & potissimùm in leporario illustrissimi ducis nostri. Plinius, & Dios. differunt, quoniam Plinius in planis, & aquosis locis, Dios. in montanis, & humentibus nasci fatetur. Tu folia, & caulem in his montibus colligito. SE. Quo nomine allium hoc syluestre, quo pro scordio vtebamur, apud authores vocatur? BR. Scorodoprassον, ab allio, & porro nomen sumens, vel ampeloprasion, quasi vineale porrum. Verùm etiā Galli, & Hispani, ac Germani pharmacopolæ pro scordio allium syluestre intelligunt, & eo vtuntur, quū tamen fuerit nobilissima herba Mithridati adscripta. Galli enim appellant scordion aux sauuages, & Hispani aio drauo, quū tamen hoc nō sit. Neapoli ardilo dicitur, vel cocepece, vel cepece. SEN. Ad scordii qualitates descendas. BR. Auicē. inquit calidum esse, & siccum ad quartum peruenientes, deceptus (vt arbitror) quoniam syluestre allium per scordium intelligebat. Gale. VIII. de simpl. medica. facul. ex variis partibus constare tradit, & eius acrimoniā allio similem esse: vnde calefaciet tertio or-

dine, atque exiccabit. De hoc scordio pulchrum quoddam experimentum enarrare nō desistā: Superioribus annis cùm illustrissimi Herculis quarti ducis nostri equorum armenta pestis quædam inuasisset, vt singulo die quinq;, sex, aut octo morerentur, iussit princeps, vt huius pestis causam inquirerem: statim iussi ex mortuis equis quinq; aperiri, nihil mali aliis in visceribus inueni, solus patiebatur vétriculus, qui vndiq; paruis vermibus rubris ad vnguis longitudinē totus erat circundatus, qui adeò parieti ventriculi inhærebāt, vt vix auferri possent. Eq illi nihil penitus edere poterāt, sed in terrā decidētes moriebātur: tūc iussi vt vnicuiq; ex reliquis duæ scordii vnciæ darētur: deinceps nullus obiit. Illorū vermiū causa fuerat, quoniā turbulentas aquas tota hyeme biberant. In puerorū vermibus inter alia ab hoc tempore scordiū miscui, & mirè profecere. SE. Bacchara in mediū venit. BR. Quid intelligis per baccharā? SE. Eam herbā, quæ alio nomine asarō appellatur. BR. Mirabar te à communi errore liberum esse. Duæ herbæ sunt, baccharis, & asarū, si quis Dioscō. & Plinium rectè considerabit. Et fortè hinc error emanauit, cur à nostris vulgaribus asarū bacchara appellaretur, quia multæ baccharis notæ in asaro positæ sunt, de

nom

nominibus prę ſertim, & viribus. hæc autem nihil ad præſentem locum. Vide aſſari copiam in illo macro, & ſitienti loco. Radices & herbã ſerua, & folia minora habet, quàm hedera. SE. Ferrariæ in meo horto folia multò maiora habet, quàm hederæ folia. Miror autem cur Dioſc. multò minora fecerit. BR. Ne admiratione afficiaris, quoniam locus, in quo naſcitur, in cauſa eſt, cur folia ampliora euadant: in Ferrariẽſi ſolo vtpote humidiori latiora folia naſcuntur. At ſi in macro, & arido ſit, quem deſiderat, folia minora fiunt. Dioſco. autem de aſſaro in proprio loco naſcente verba fecit, & de eius folio, vt in pluribus reperitur. De hac autem herba à noſtris vulgaribus appellata bacchara, quod verum aſſarũ ſit, nullo modo dubites, quam Germani haſelwurtz appellãt, quaſi dixerint leporis radicem: ſed vnde hoc ignoro, niſi ex aliqua cum lepore ſimilitudine factum ſit. Galli verò racabarant hanc proprio nomine vocarunt: à Polonis copithinia dicitur. SE. Quæ ſunt aſſari qualitates? BRA. Gal. in v I. de ſimp. med facul. ad acorum ſe refert. At acori radices intẽſiores facit. Acorum verò in tertio ordine calidum, & ſiccũ eſſe fatetur. At cùm nos aſſarum conſideramus, guſtamus, odoramus, humanis corporibus applicamus, dubium ingeritur, an ſecun

cundum ordinem excedat. Hęc non dico, vt antiquioribus me opponam, sed vt tibi veluti digito, quæ perpendenda sunt, ostendã, & quæ experimẽto comprobanda. SE. Quid modò baccharis est edisseras. BR. Baccharis diu authores digladiari fecit, adeò vt eam Plinius assarũ existimarit. Fuere, qui ipsam caryophyllum, id est, florem illum nostrum vulgarem odoratissimũ, & pulcherrimum, quem garofalum vulgò dicimus, putarint. Adeò mirum videbatur florẽ tam pulchrũ, & odoratum apud antiquos ignotũ: sed id re vera nullo modo dici potest, cùm descriptiones oppositum ostendant, vt cuilibet in Dioscor. & Plinio videre licet. Nicolaus Leonicenus eam baccharem esse putauit, quam nostrum vulgus sclaream dicit, nõ sclaream illam, quæ asprella vocatur, inter equiseti species à nobis suprà reposita, sed herbam illam magnã, quæ purpurascentes in albũ flores facit, herbã sancti Ioannis etiã Ferrariæ vocatã, quam Simon Genuensis cetrum galli, aut cristam galli falso, & impudenter nominat. Duplex autem est, hortensis, & syluestris, ambas credo nouisti. SEN. Et nullus Ferrariæ est, qui non nouerit. BR. Decipitur autem Genuensis putans eam herbã, quam Plinius cap. v. lib. XXVII. alectorolophon vocat, prædictam sclaream esse. At quicquid

sit,

fit, in præsenti pro bacchare Leonicenũ imitari iubeo, vt hanc, quam dicunt sclaream, serues, in his asperis montibus collectam, cuius radices, & folia seorsum habere studebis. SE. Baccharis éstne re vera sclarea, aut sancti Ioannis herba? BRA. Hoc in præsenti nõ assero, sed laudo tantùm, vt interim sclareã pro bacchare vtaris (vt Leonicenus edocuit) quousq; meliora inueniamus. Nam aliàs de hac herba diffusius locuturus sum: nũc id te latere nolo, hanc herbam calidã, & siccam esse in secundo cõpleto. Tamen nõnulli suspicati sunt, herbã hanc sancti Ioannis vocatã orminum esse. Ita enim à Dioscoride describitur esse simile marrubio foliis caule quadrangulo, sesquidodrantali altitudine, circa quẽ cornicula prominent siliquarum effigie radicem versus nutantia, in iis duorum generũ semen sylvestri rotundius, colore fusco, alterum nigrius, & oblongũ. Tu verò lector optime an herba sancti Ioãnis Ferrariẽ appellata orminũ sit, iudex esto. SE. Perforata sequitur. BR. Mira herba, & mirum magis Dioscoridis eius folium nõ pinxisse, in illis præsertim foraminibus, quæ in ipso apparent, si præ oculis ponatur. Mirũ præterea est, Plinium solertissimum virum hoc non animaduertisse, qui lib. xxv. cap. xiii. eam diffuse pingit. SE. Nónne est illa herba,

quæ

quæ ab antiquis hypericon nũcupatur? BR. Potest quidem & eodem nomine appellari, quoniam nonnulli apud Dioſco. eam ita vocãt, ſed propriè, & verè hypericon albos flores habet. Vnde hæc eſſe nõ poteſt, cui lutei inſunt flores. Illa autem eſt apud Dioſ. quã rutam ſylueſtrem nominat, de qua tertio libro agit. Flores, folia, & radices ſerua. SE. Radices ſeruare aſſueti non ſumus. BR. Tamen ad vſum medicum proficiunt, imò vt ſemina etiam condias iubeo. Solum gracile & cultum amat, ideo Ferrariæ illam habere poteris. In ſeminibus autem maximus recentiorum error inualuit, vt cum rutæ ſylueſtris ſeminibus, in nonnullis receptis (vt dicũt) vti debuiſſent, ſemẽ cicutæ accipiũt, herbæ pernicioſiſsimæ. Sunt tamen qui potius hanc perforatã aſcyron apud Dioſ. putarunt, quàm rutã ſylueſtrem: verùm idem ſunt ſpecie, ruta ſylueſtris, & aſcyron: tãtùm differũt, quia aſcyron maius eſt. Sunt ambæ idem, differunt ſola magnitudine, & ambæ perforatæ, ambæ hypericõ, ambæ androſæmon, & eiſdem viribus inſigniũtur. Ita eas noſco, & diſcernere ſcio, vt tu ipſe lactucã à braſsica. Galli & nõnulli Germani ferè nomen Latinũ imitãtur. illi enim rue ſauuage, iſti vild rauten, id eſt, ruta ſylueſtris dicunt. Noſtrum vulgus, & perforatam, & herbam ſancti

ſancti Ioannis appellat, quãuis & altera etiã ſancti Ioãnis ſuprà dicta ſit. Sed huic habent propriũ nomẽ Galli dictũ à foraminibus. Nã ipſam appellãt mille pertuis, veluti ſi dixeris mille foramina. & alii Germani Iohãs kraut, id eſt, Ioannis herba, alii runrath, alii vnſer fravven bedtſtro, id eſt, noſtræ dominæ ſtramẽ, alii harthau, id eſt, durũ fœnũ vocãt, quæ nomina ſunt magis propria, quàm quod primo loco dictũ eſt. à Polonis ſzfiãtgo ſana ziele, à Cretẽſibus vulgo agriagudoro dicitur. Quũ verò de ruta ſermo incidẽrit, etiam Ferrariæ noſtrã hortẽſem rutã habebis, cuius ſemina, radices, & folia ſeorſum colliges. SE. Et Capraria ruta in mediũ venit. BR. Experiẽtia monuit, hãc herbã peſtilẽti morbo ſummè proficere: noſtrũ vulgus giargã vocat. Apud antiquos penitus ignota videtur. Nã deſcriptiões ſpecierum rutæ effugit: nõ enim ſylueſtris, aut ſatiuæ, Gallicæ, aut mõtanæ ſpeciem ſubiit. ideo noua herba potius eſt, q̃ ab antiquis deſcripta. Quãdoq; verò ſuſpicatus ſum eã eſſe, quæ IIII. lib. Dioſ. polæmoniũ vocatur. Quũ autem res ſit plena ingenui pudoris, fateri per quos profecerimus, in hac re me attẽtũ fecit excellẽtiſsimus Nicolaus Leonicenus, & doctiſsimus Vincẽtius Caprilis cõfirmauit: cuius ſentẽtiæ & in præſenti ſum, quouſq;

meli

meliora inuenerim. Nã hæc herba ramulos habet graciles, pẽnitósq; , folia paulò maiora, q̃ rutæ, oblõgiora tamẽ, ad polygoni, & nepetæ lõgitudinẽ. In summo ramulorũ veluti corymbi sunt, in quibus nigrũ semẽ est. Radix cubitalis, alba, lanariæ herbæ radici simisis. Ex hac Dios. pictura vides rutã caprariam huic ferè similem esse. SE. Imò in nullo dissentire videtur. BRA. In hac aspera mõtis parte atq; macra, huius herbæ folia, radices, semen, & expressum succũ colliges. Quum autẽ experientia aduersus pestilentem morbũ valere ostenderit, quod frequentissimè obseruatũ est, vt per eius succi potionẽ plures in sanitatẽ ex eo morbo restituti sunt. Dios. verò contra serpentes valere dicit, & venena, suũ polæmonium. Quæ autẽ veneno, etiã pestilenti morbo aduersantur: ideo & ex viriũ indicio, rutam caprariam cum polemonio idẽ esse iudicandũ. Etenim giarga, vel, vt alii, galga, serpentes, & mirè puerorum vermes interficit. Ex eius succo, aloe, myrrha, & croco pretiosissimũ ad vermes puerorum vnguentum paro. Alii herbam sarracenam, alii fœnigręcum sylueſtre illam appellant, a Polonis κοxια ruta dicitur. s. De te plurimùm miror, qui cùm probare tentas, huius caprariæ rutæ succũ aduersus puerorum vermes valere, aloe, & myr

myrrhæ cõmiſces. At nullus ambigit myrrham ex ſe contra vermes valere, & aloẽ: verumtamen ſi probaturus eras hãc rutã vermes necare, id ſimpliciter probare debebas ſolo huius rutæ ſucco ſumpto, qui etiã id efficere nõ poteſt cũ nullã habeat amaritudinẽ, niſi occultã proprietatẽ adducas, qua id efficere valeat. At de hac ꝓprietate Gal. nuſquam locutus eſt, neq; ex antiquioribus alius, quẽ ſciã. BR. Tu de me miraris in polæmonio, veneráde Senex, & ego de te vehementius miror, qui noſtra verba nõ intelligas: nempe inficias nõ eo, ſuccum ſolũ vermes interficere, & potui ſumptus, & extra applicatus. At quis impedire debet me aliis additis, aut vnguẽtũ, aut aliud medicamentum cõficere, quod efficacioré vim habeat, quàm ſi vnũquodq; ſimplex ex ſeipſo recipiatur? Tu ingenuitatẽ meam reprehendis, quę te ſpõtè edocuit, & quæ experta eſt, ſine præmio elargitur. Erant hæc boni cõſulenda, nõ reprehendenda. quippe nõ cogimus te his vti, ſed ita proponũtur, vt ſi cuipiã bona videãtur, illa recipiat: ſin minus, deſerat. Tu nimis elatus, ac petulãs in alienas meſſes non vocatus inſilis. Arbitror te pauciſsimis negotiis occupatũ, cùm tempus tibi ſuppetat noſtras nugas reprehendẽdi. Cur Gal. nõ accuſas, qui probare volens quartam an-

P

chuſæ ſpeciem contra latos lumbricos valere, inquit valere oxybaphi méſura cũ hyſſopo, & naſturtio epota. En Gal. alia admiſcuit ſimplicia, quæ valere cõtra latos lumbricos nulli dubiũ eſt, tamẽ præcipuè ab illo probãdum erat, quartam anchuſę ſpeciẽ vermes illos necare. Sed potiꝰ laude dignus eſt Gal. qui eorũ miſcellã ponit, quæ aduerſus latos lumbricos valent. Ad herbã verò ipſam, de qua agimus, redeuntes, ſi guſtetur quãdo ſemina habet. & ipſi etiã flores ſubobſcuram quandam habent amaritudinẽ. Addo reguſam quãdam vniuerſalẽ, omnia, quæ aduerſus ſerpẽtes valent, cõtra lumbricos etiã valere. De occulta proprietate nullus fortè mínus fidit occultis illis proprietatibus, quàm ego: tamẽ Gal. ex occulta proprietate multa probat, licet in nono de ſimplicium medic. facultatib. vbi de lapidibus ſermonem cœpit, dicat, facultates has, quæ totius ſubſtãtię ꝓprietatis ratione inſunt, à methodo, ac ratione alienę ſunt, & per ſolam noſcũtur experientiam: tamẽ deinceps in iaſpide lapide occultæ proprietati fidit, & aliis multis in locis illam probat: imò in decimo de ſimpli. medi. faculta. vbi de vſtis cãcris diſſerit, librũ ſe facturum promitit, in quo de his pertractabit, quæ totius ſubſtantiæ proprietate agunt. & refert omnia

de

de quibus locuturus erat esse de eorum numero. Hęc sola breuibus referre volui, vt videas Gal. & illa probare, quæ à proprietate agere nata sunt, cuiuis huic proprietati nos fidem exiguam adhibeamus. Deinceps igitur, ô bone Senex, quomodo loquaris considerato: polæmonium agit sua qualitate, & amaritudine quadam subobscura, quodque nos tali argumẽti genere vtamur, si tibi arrideat accipito: sin minus, id, quod potius lubet, sequaris. SE. Omnia boni cõsulas. BR. Imò, & boni cõsulo, & quæ dices facilè feram, etiã si inurbaniorib. verbis vtereris, vt iam vsus es. Addóq; nonnullos esse, qui aphacẽ apud Dioscor. giargam esse putarint. Quibus nullo modo cõsentio, cùm Dioscor. dicat tenuia admodum folia habere: imò cum illis potius inclinarẽ, qui aphacem, vitium esse putant. De hac autẽ re impræsentiarum sententiam ferre nõ est opus. SE. Soldanella occurrit. BR. Hãc & soldanã vocãt, in quo Pãdectarius longè errauit. SE. Quomodo potuit tantus vir errore duci? BRA. Hoc tibi adeò apertè ostẽdetur, vt nullam habeas excusandi ansam. SE. Ostẽdas obsecro, alioqui semper illi incorruptã fidẽ tribuam. BR. Author hic chachillem apud Serapionẽ soldanellã esse fatetur, & Neapoli chachilio vulgò dicitur. SE. Hoc certissimũ

est,& semper id tenui.BRA.Sed errorem audias:Serapio inquit chachillē vsnæ,aut nasturtii folia habere. Videtúrne tibi chachil lē vsnę,aut nasturtii foliis ambiri?SE. Vsnæ folia nō habet:sed quid nasturtiū sit, ignoro.BR. Nasturtium ea herba est, quam Ferrariense vulgus ex acrimonia agreto vocat: videtúrne tibi soldanellā eius habere folia? SE.Minimè.BR. Igitur Pādectarius tuus errauit.SE.Si meus errauit, etiā tuus,quia eadem nota impressi sunt.BR.Nō dico tuum, quem possideas,sed quem ames,quem tota mēte prosequaris. SE. Tu ergo odio habes? BR. Non odio habui,sed illi nō adeò fidem præsto,quin antiquioribus potius credam: ipsum verò summè laudo,vt eum, qui suo tēpore plurima viderit, & alios iuuādi gratia in cumulum redegerit.SE.Hęc dimittamus, ne opus nostrum impediant, remorētúrve:nā tibi credere statui.Verū hæc herba ab antiquiorib.quo nomine insignitur?BR. Omnino dubia est,tamē ea videtur, quam Dioscori.brassicam marinam vocat:habet enim folia aristolochiæ rotundæ similia.In maritimis nascitur,& Ferrariā importatur. Aquā intercutē habētes mirè soluit,vt plures eius puluere sanos reddiderim. Hic non inuenitur,sed cōmodius Palęstinę Venetorum,inter Motamauchi ,nunc Malamochi

port

portum, & fossam Clodiã, quæ Chioza dicitur, sitæ, circa maris litora magnã copiã inuenies, aut circa Illustrissimi Ducis nostri maritima, vbi vulgò Capo de goro dicitur, colligere poteris. Vno tãtũ deterreor, Dioscoride scriptũ reliquisse, brassicam marinã folia habere longissima. quod soldanellæ non conuenit. Id fortè in aliquo loco est, non omnib. Miror autẽ quomodo Dioscoridicat lõgissima folia, & aristolochię rotundæ similia, quum rotunda aristolochia longa non habeat. Vnde suspicatus sum, & si Græcus textus dicat φύλλα μακρὰ, vt lõgitudinẽ ad folia tribuat, id in foliorum ordine intelligendũ potius, quoniã eiuscemodi herba serpit, & ex vno pediculo hederaceorum modo prodeũt: prodeũt verò à ramulis longis per terram repentib. leniter rubẽtibus. Nihil enim hanc marinã brassicã soldanellam esse impedit, quã hęc foliorum lõgitudo. Hęc aũt satis. Interim alias herbas enumera. SE. Prius cuius sit qualitatis edisseras. BR. Est in secũdo ordine calida, & sicca. SEN. Abrotonum accedit. BR. Herba Ferrariẽsib. notissima, in modum arboris crescit, vt frutex dici possit, & pulcherrimam comam in rotundum facit. Eam edocere opũs non est. eodẽ nomine vulgò appellatur aurodano: sæpe enim vulgus nostrũ loco b, v, & loco t,

d,ponit.Hanc herbam marem,&fœminam habere Dioſco.teſtatur.Eam in his montibus indiſcriminatim legito, & ſemina, ac ramulos ſeruato. A Gallis auropne, corruptò à Latino nomine, & à Germanis nõnullis ſtabvvurtz,à Polonis bozedrzevv#o vocatur. SE. Quæ ſunt abrotoni qualitates? B. Gal.in ſexto de ſimpli.medi.facul.illam facit in tertio ordine calidam,& ſiccam,adde & in media tertii ordinis parte reperiri. SE. Centonicum ſequitur. BR. Turpe eſt vocabula immutare, & turpius corrumpere.centunculum dicere oportet. SE. Eſto cetunculus ſit,ſed cẽtonicum à pueritia vſq; didicerim. BR. Gnaphalium a Grecis dicitur. Plinio clematidẽ à Græcis appellari cẽſet, ſed falſo,vt inquit Leonicenus,quanuis facilè defendi poſsit à calumnia Pli.non eſſe clematidem aliquam Dioſco. ſed eodem nomine etiam appellari,præter id,quod & gnaphalium dicatur. Notiſsima herba eſt,qua antiquitus pro tomẽto vtebãtur.Flores in ramulorum ſummitate luteos habet,nõ albicantes, vt Marcellus inquit.Folia cũ florib. legenda ſunt in his montib. licet etiã Ferrariæ in copia vireat. Quidã ſantolinã dictum cẽtunculum vocant. At quũ vos pharmacopolæ diuerſis herbis vtamini pro centunculo, hæc tantum centunculus eſt, quæ folia

folia mollia, tenuia, & alba habeat, & adeò mollis est, vt videas ea nos pro tomẽto com modè vti posse. Nostrum vulgus cẽtonego, Germani rhor«raut.i.torminũ herba, quoniam ipsa tormina sanent, appellauerunt: quanuis & alii, eadem tamẽ significatione, ipsã rhode«raut dicant. à Polonis absinthiũ pyelen vocatur. Calidũ est in medio secũdi, & siccũ in fine. s. Sauina, & post eam iuniperus venit. BR. Cõmodius numerasti, quam tui Arabes fecerint, quippe qui sabinã à iunipero distinxisti. Tuus autẽ Serapio simul cum iunipero sabinã cõfundit. SE. Imò sabinã per se scripsit. BR. Scripsit quidẽ, & seorsum, sed postea inter species iuniperi sabinã computat, quod nusquam à Disco. Pli. Gal. aut Aetio factũ est: tamen nõ adeò improbo, vt non videam secũdum varias linguas, ita dici posse. nam hablagar, quo Arabicè iuniperus significatur, sabinam etiam com prehẽdit. Quũ verò duę sabinę species sint, altera folia cupressi, altera tamaricis habẽs, quãcunq; colligeres, tuæ officinæ satis erit, & præsertim in his mõtib. habere studeas, & potissimũ folia. A Gallis sauine, à Germanis seuerbaũ, à Polonis schavvina dicitur. De iunipero idẽ sentiẽdũ, quũ duę species sint, maior, & minor. Vtrã collegeris, satis erit. Id commodius fiet, si maritima loca

adeas, in quib. folia, & grana colligere opor
tebit. Grana tamẽ iuniperi nõ debẽt esse fa-
barũ granis minora. At loci siccitas in cau-
sa est, cur minora fiant. Hoc addidi propter
eos, qui iuniperũ nostrum ob granorũ par-
uitatẽ, iuniperum esse inficiantur: nõ enim
grana habet ad Dioscoridis mensuram descriptã.
hoc tamẽ vbiq; necessarium non est. Nam
constat in omnib. iuniperũ esse, præterquã
in granorum magnitudine. Nos quandoq;
iuniperi grana Venetiis vidimus ad mensu-
ram fabæ: imò ferè auellanam nucẽ æqua-
bant. Erant autem ex Grẽcia Venetias alla-
ta. Iuniperum Galli vocãt geneure, Germa-
ni wecholter, Poloni ialouiecz, vel, vt alii,
ialoniez, ab Hispanis enebro dicitur. s. Quę
sunt & sabinę, & iuniperi primę qualitates?
BR. Iuniperum calidum, & siccũ ordine ter-
tio Gal. iudicat, in sexto de simpl. medi. fa-
cult. lib. addẽq; esse in media tertii ordinis
parte, eius tamẽ fructus solùm est in prima
parte siccus. Nempe & ratio dictat siccitatẽ
caliditati æqualem nõ esse: propterea cùm
sit in media tertii ordinis parte calidus, erit
in prima eiusdem ordinis parte siccus. Aui-
cenna iuniperi qualitates non videtur ex-
quisitè notasse, cùm dicat ad caliditatem, &
siccitatem declinare, & semen eius esse cali-
dum in primo, & siccum in secundo, cùm

tamen

tamen Gale. ostendat esse magis calidum, quàm siccum: ratióq; dictat iuniperum, in tertio ordine calidum esse, quoniam tenuiũ partiũ est, & in eo ignea substãtia dominatur, deinceps substãtia terrestris adusta, vnde & siccitatem habet. Sabina & ipsa easdẽ habet cũ iunipero qualitates: in tertio etenim ordine calida, & sicca est, estq; sicca in tertio remisse, & in medio calida. SE. Hepatica sequitur. BR. nusquã apud antiquos authores (quos sciuerim) alteram hepaticam inueni, quàm heupatoriũ. i. quæ per excellentiam hepar iuuaret, vnde ab hepate nomen accepit: quanuis Pli. ab Eupatore rege nuncupauerit, vt hinc deprehendi possit, si à rege denominationem habeat, absq; aspiratione scribi: si ab hepate, cum aspiratione & potius hepatorium quàm heupatorium dicendum. Tamen in presenti, cõmuni omnium sermone vtemur. Illa verò herba, quę à recentiorib. eupatoria dicitur, quæ intra puteos, & humentes lapides nascitur, terræ inhærẽs, hinc inde foramina habẽs, ac si oculi sint parui, à Dioscо. & antiquiorib. lichen vocatur, vel βρύον. i. muscus. nã supra muscum nascitur. Imò Dioscо. muscum ipsum esse tradit. Fistulosa herba est: liché verò dicitur, quoniã peculiariter impetigini succurrit. Cur verò à recentiorib. hepatoria di-

cta sit, & à nostris mulieribus figatella: ob id factum esse arbitror, quoniã Serapio ex sententia Dioscorides inquit hanc herbã ictericis succurrere. qui morbus ab hepate venit. Tamẽ per os exhibet Serapio, quod Dioscorides illinendo dixerat. idq; Pandectario ansam errandi præbuit, qui secundum Gal. & Dioscoridem ad omnes ægritudines hepatis valere fatetur. quod tamẽ apud hos authores nusquã dictum inuenitur. Errat etiã Pandectarius, quia lichenen facit apud Arabes ainet, postea hazez mulsareth: postea quũ de lichene tractat, limum terræ vocat. Quicquid sit, ostendit se nescire nomina, & minus ipsam rem. Ob id fortè hepatica dicitur, quia humida est, & frigida. At plerunq; hepar caliditate peccat. Sed q̃ hæc per excellentiã hepatica sit, nunquã fateri opus erit. Ego quãdoque muscum herbam esse arbitrabar, quia supra muscum ortã sæpe inueni: sed re vera altera herba est, quanuis à Dioscoride muscus etiam appelletur, quam & recẽtes vsnea dicunt: licet vsnea potius ea videatur, quã Dioscoridi telephion vocat. Sed hęc alias. Nũc tantùm id scito, à Germanis etiã ab hepate leberkraut, id est, hepatis herbã vocari, quanuis & eodem nomine eupatoriũ quoq; comprehendatur. Hanc herbam Ferrariæ commodius habebis, quàm aliquo altero loco,

intra

intra puteos,& per humecta,impluuia,strata,vbi solares radii parum vagantur. SE. In quo ordine frigiditatis & humiditatis est? BR. Secundum ordinem attingere arbitror. De nonnullis tamen recentibus mirandum est,qui illam in primo ordine siccã esse iudicarunt,cũ solus herbæ aspectus humiditatẽ prę se ferat. Hęc herba à Polonis dzieuiaczi ernia dicitur,Neap. figatara,& à nostris mulieribus figatella. SE. Centaurium maius,& minus accedunt. BRA. Statim à prandio de maiori centaurio verba fecimus, quid esset ostendentes,& quomodo à rhapontico differat. Minus autem centauriũ ne hic quæras, quoniam aquosa loca amat,& in Ferrarienſi agro mirificè crescit. SE. Differúntne centauria hæc? BRA. Et apprimè differunt. nónne oculis eorum differentiam percepisti? SE. De viribus loquor. BR. Arabes tui de centaurio loquẽtes,in maius & minus partiuntur: postea eorum vires exarantes adeò confundunt,vt indiscriminatim amborum vires misceant, quum tamen à Dioscoride, Plinio, Galeno, Paulo,& Aetio longè distinctæ probentur: ipsi verò Arabes, vt Mesue,ac Serapio, de his,ac si eadem vires habeant,loquũtur, quum valde distincta sint, & solo nomine quadrent. Ita verò appellantur, quia à Chirone Centauro inuenta,

quum

quum vulneratus Herculis ſagitta curaretᵉ. Latini ob ſummã amaritudinẽ, minus centauriũ ſel terræ appellarũt. In qua re Theodorus Gaza deceptus eſt, qui nono de plãtarum hiſtoria libro, Theophraſtum interpretans, vbi de maiori centaurio tractat, ſel terræ interpretatur, quod minus cẽtauriũ eſt. Et quod magis graue eſt, Theophraſtus de radice loquitur, quam per decẽ annos reſeruari tradit. At Dioſcor. & Plinius radicem minoris centaurii ſuperuacuam eſſe, & nullius vſus affirmant, ipſe verò interpretatᵉ ſel terræ, quod eſt minus cẽtauriũ. Tamen excuſari poteſt Theodorus, qui in publicis Dioſc. textibus inter alias maioris cẽtaurii appellationes ſel terræ inuenerit, ſed falſo: quoniam maioris cẽtaurii radix ſubdulcis eſt, minoris autem amariſsima: ideo, vt Plinius vir Latinus refert, ſel terræ dicitur. SE. Reperitúrne centauriũ maius in noſtris Ferrarienſibus campis? BR. Pharmacopolas herbam quandã pro maiori cẽtaurio in noſtris agris legere vidi, ſed variè. Nam quidã minus centaurium colligunt. At quia in humidiori loco natũ (humida emm ſummè amat) ideo folia latiora habet, & altiorẽ ſtipitem. Alii pro maiori cẽtaurio herbam colligunt luteos flores habentẽ: quæ maius centauriũ eſſe non poteſt, tum ob multa alia, tũ quia radic

radicem paruam habet, nec iuglandis foliis insignitur. At nec minus centaurium est, licet folia similia habeat: quoniam flores eius sunt lutei, nõ in puniceo purpurascentes. SE. Quæ ergo herba est? BR. Nondum mihi cõpertum est, sed nunc satis habeas, nec maius, aut minus centaurium esse nouisse, & Arabes simul hæc duo centauria confudisse. Fer rariæ minoris centaurii florescentes ramulos, & radices colliges. SEN. Et si Arabes harum herbarum vires confundant, describun túrne optimè ab ipsis? BR. Dioscoridem ipsis compara, & tu ipse iudex esto. Nam & in herbis, ac floribus differre cõperies. Nunc mihi animus non est aliorũ errata corrigere, qui potius in colligendis herbis tibi adiumento esse instituimus, ne herbas in montibus quę ras, quæ in plano efficaciores sint, & quę partes colligendę sint edocere. Interim alias herbas para. HER. Ne aliarũ nationũ nomina deseras. BR. Galli centaure dicunt: postea suis nominibus grande, & petite distinguunt. Sed mirabilius nomen à Germanis tribuitur, hi enim arbitrantes centaurium non à Chirone Centauro, sed à centum aureis dictum, vocant ipsum nomine à mille aureis dicto, tausendtgulden kraut, id est, herba à mille aureis dicta. SEN. Pulchra quidem nomenclatura, & ridicula. BRASA. Neapoli

cen-

centaurium minus cymino syluatico nsicupant, Poloni centurzia. SE. Quænã sunt eius primæ qualitates? BRA. Calidum, & siccum est, calidũ ordine secundo, vel in media parte, vel in tertia: & cùm sit admodum siccum, vt Galenus testatur, in tertio ordine siccum est, vt etiam eius vires in vlceribus congluti nandis ostendunt. Auicenna in tertio ordine calidum esse testatur. Quod Galeno repugnat, cùm mistam habeat in sui cõpositione substantiam terream frigidam. SEN. Pimpinella sequitur. BRA. Hanc herbam apud antiquos nunquam inueni. Hermolaus libro quarto sui corollarii in capite de saxifrago eã mirè describit, quæ incipiẽtibus hydropicis multùm valet. SE. Imò est valde similis saxifrago. Vnde cùm essem puer, carmen dicebam, cuius frequenter ab antiquo herbario recordationem fieri audiebam:

Pimpinella pilos, saxifraga non habet vllos.

BR. O pulchrum, & mirum carmen. Fuit omnino memoriæ mandandũ. Vnũ est, pimpinellam apud antiquos nõ extare, quos scierim. Tamen Theodorus Gaza in Theophrasti interpretatione, quum author dicit thryalis, ipse bibinellã interpretatur. Si aũt per bibinellam hanc intelligit, quam pimpinellam Ferrariæ vocamus in acetariis gratam, et etiam multi recentes illi attribuũt,

longè

longè errat. Nam constat thryalidem herbam pimpinellam nō esse. si quis etiam pinguis Mineruæ descriptiones legat. Nā pinpinella herba est habēs surculos ab eadē radice plurimos, ac densos, rubros cum radice, folio paruo, orbiculato, & extremitatib⁹ serrato, semina in modum mori rubri facit. Hæc est pimpinellæ forma, quæ & Pāpinula, & bipenula, & à rusticis Patauinis sangui sorba dicitur, à Gallis pimpernellę, & à Germanis bibenell, à Polonis biedrzeneez, à Cretēsiū vulgo pipinella. Huic modò thryalidē conferamus, vt Dioscō. pingit in phlomide, nullā habere cū prędicta similitudinē statim cōstabit. Verū si Theodorus hoc nomen bibinella thryalidi tribuerit, vt linguā Latinam ampliaret, encomio dignus est. At ex altera parte arguendus, qui inepta nomina sequatur, quum apud nos id nomē thryalis in vsu sit, vt apud Plinium cōstat virum Latinū: ideo nō est opus in herbis ita temerè nomina immutare. Huius herbæ folia cum ramulis, & seorsum semina seruabis: tamen Ferrariæ in hortis habetur, & in magna copia. Nam ea in acetariis vtimur, & incipien tibus ascitis proficit. SEN. Mirum est tam pulchram herbam ab antiquis non fuisse descriptam, quæ etiam pluribus morbis prodest. BRAS. Ne admiratione afficiaris,

quo

quoniam plura multò elegantiora omiserunt, vt zuccharū, mannam, casiam, senam. Ne igitur ex hac herba mouearis, quia multa post antiquos inuenta sunt, & plura inue
5 nientur. SE. Nullā habes herbā, quæ huic in Dioscoride quadret? BR. Imò aliquā: sed an ea sit ambigo. SE. Saltē te ipsum in hac re explica. BR. Dioscorides libro iij. de teucrio herba tractat, ita a Teucro Aiacis fratre no
10 minata, quā dicit esse virgatam similem trixagini, tenui folio, ciceris figura. Si autē trixaginis picturam consideres, quam nos vulgo calamandrinam, quasi chamædyn, appellamus, habet folia diuisa sicuti quercus, vt
15 manifestum videatur teucriū pimpinellam esse, si folia, & virgas cōsideramus. SE. Ego alioqui coniectari non possum, quàm teucrium esse pimpinellam. BR. At ego id non ita temere asserō, tamen suspicor, & figura
20 illi satis affinis est, imò & vires: quoniā lienosis, & venenatis succurrit. Calida est & sicca in primo ordine. SE. Te hoc silentio non præteriisse gaudeo. Ad squinantum veniamus. BRA. De herbarum foliis sermonem
25 cœperas: at nunc ad flores iterum transire videris. SEN. Nihil hoc refert, modò squinantum agnoscamus. BRAS. Incassum in hoc monte quæres, quoniam in Arabia, & Libya nascitur, ex Syria Alexandriā Aegy-

pti

pti affertur, postea Venetias. A Græcis σχοί-νῳ dicitur, quanuis omnem iunci speciem hoc nomine significēt. At absolutè positum hunc per excellentiā significant. Latini iuncum odoratum ad differētiam paluſtris, & Celſus iuncum rotundū ad differentiā quadrati vocat. Venetiis florem, radicem & culmum emere poteris, quia omniū harū partium in re medica vſus eſt. Non dubito illū eſſe, qui & nunc Venetiis venditur, modò quis odorē nouerit, & à paluſtri diſtinguere ſciat, quem cum odorato miſcēt. Noſtri autē pharmacopolæ Venetias petentes decipiuntur, & feſtucas quaſdā paluſtris iunci pro iunco odorato emunt. Naſcitur etiam in Cāpania Italiæ prouincia, quæ nunc Terra de lauoro appellatur. Galli, Germani, & Poloni, vltima ſyllaba dempta, vt nos ferè, ſquinant vocant. Ab Hiſpanis dicit Paia de mecha, & à Neapolitanis paia di Camillo. SE. Cuius eſt qualitatis? BRA. Auicenna, & ſi ex aliorū ore loqui videatur, tamē potius frigidum facit ſquinantum, quàm calidum: at de eius flore dicit eſſe parumper calidum. Tamen ſi ipſum cōſideremus, & Galenum, deinceps neceſſariò dicemus eſſe calidum & ſiccum in primo ordine. Nā habet nonnihil aromatici. Et Galenus hoc ſentire videtur octauo de ſimplicium medicamen-

torum facultatibus, vbi inquit modicè calefacere, & modicè adstringere. Tamen dici posset florem secundum caliditatis gradum attingere, & radicem secundũ siccitatis ordinem. SE. Cymbalaria sequitur. BR. Quam herbam hoc nomine intelligis? SE. Eam, quę Ferrariæ in parietibus frequenter nascitur, ab Hermolao libro quarto corollarii in cotylidone descriptam, quæ folium quodam modo angulosum habet hederaceum, florẽ paruum, purpureum. BR. Illam ergo intelligis, quæ à nostris mulieribus herba vẽti dicitur. SE. Illam inquam, quã & vmbilicum Veneris, & dinarellam nostrum vulgus nominat. BR. Nusquã apud antiquos authores hãc herbam reperi. Qui enim Dioſco. cotyledon esse fatẽtur, quoniã cotyledon cymbalium etiam dicatur, longè aberrãt. Nã cotyledon in maritimis nascitur, nec foliũ habet coxendicis figura. Qui verò ob id eã esse putarunt, quia & vmbilicus Veneris cotylidon ab antiquis dicatur, adhuc errãt: quoniam ea herba, quã quæris, Veneris vmbilicum nõ præsentat. Fuere, qui secundã fumariæ speciem hanc cymbalariã putarint, quã gallinaceũ pedem vocant, quod esse non potest, quia hederæ folia non habet. Vnde non memini hanc herbam apud antiquos me legisse. Nec mirũ, quia omnia non pertracta-

runt,

runt. Nobis autē satis est à patribus, & auis expertas vires habere, quāuis ab antiquioribus pertractata non sit. Eius ramulos cū foliis, & seminibus Ferrariæ colliges, in parietibus antiquioribus, & lapidū cumulis. Nō est etiam secunda cotyledonis species, quæ in modū sedi in montibus nascitur. A Polonis Syvonki, à Cretēsibus vulgò potirida dicitur. Frigida est in secundo ordine, & humida in primo. SE. Artemisia occurrit. BR. Nō dubito (vt nonnulli fecere) eā quæ apud nos corrupto vocabulo arcemise dicitur, ac si artemisia dictum sit, verā artemisiam esse, quæ folia absynthio similia habet, vt Dioscorid. inquit, & eius duo genera facit, monoclonō, & polyclonon, id est, vnum ramum, & plures ramos habentem. Ambas species Ferrariēse vulgus nouit, si aptè distinguere sciret, & ipsis indiscriminatim vtitur, quā nos matricariā, vel marellam vocamus. Artemisiæ species est illa, scilicet quæ malè olet. Nec obstat, quòd Ferrariæ duæ artemisiæ species sint, per vnū, & plures ramos distinctæ: quoniā & hæc in specie est, quæ plures habet ramos. SEN. Si in genere artemisiæ matricaria collocari nō posset, quam putares esse apud antiquos? BRASAVO. Hermolaus Barbarus perthenium esse putat in helxine. Nunc enim de ea herba loquimur, quæ Ferrariæ

matricaria, & marella appellatur. Est enim artemisię species. Tamē quū artemisia partheníum etiā dicatur, matricaria ipsa partheniū dici poterit. Sed nūc loquor de herba, quæ peculiari nomine à Dioscori. partheniū vocatur. Scimus enim parthenii nomine plures herbas venire. SEN. Quæ herba peculiari nomine parthenium dicta? BRA. Vt te breuibus expediam, partheniū à Dioscoride coriandri foliis cōparatur. At nos in coriandro duplex foliorum genus inuenīri nouimus, vnum perfectū inciſuris diuiſum, aliud tenue. Si matricaria vulgò dicta perfectis foliis cōparetur, parthenium dici poterit: & nos experti ſumus matricariæ ſuccum bilem educere, pituitam, & atrā bilem. SEN. Quantam exhibes huius ſucci copiam? BR. Vſque ad vncias quatuor exhibui. At ſi tenuibus foliis comparetur, herba, quæ vulgò bruſaculo dicitur, partheniū erit. Folia etenim habet coriandri, tenuia, & flores per ambitum candidos, in medio luteos, odore viroſo, guſtu amaro, quæ & bilem & pituitam trahat. Scimus tamen quoſdā noſtrum vocatum bruſaculum, qui à recētibus cotilla fœtida dicitur, matricariam appellare. Vnde apud hos partheniū erit matricaria. Et hāc ſententiam ſequitur Serapio, qui matricariam ex ſententia Dioſcoridis pingens

parthenii figurã affert, id est, brusaculi. Qui verò nostrum vocatũ brusaculum chamæmali speciem esse affirmãt, decipiũtur: quia cùm tres sint chamæmali species à florum coloribus distinctæ, albo, purpureo, & luteo, brusaculum autẽ albos flores in medio luteos habet, vt nostrũ vulgare chamæmalon, ideo cũ eo idem esse oportet. quod longè absurdũ est. SE. Quibus coriandri foliis putas partheniũ à Dioscor. cõparari? BRA. Dioscoridis verba indicare videntur ad tenuiora folia, cõparationẽ fieri: quippe inquit, Coriandro folia similia habet tenuia. Certũ est parthenii folia simpliciter tenuia esse dici nõ posse, cũ multa alia sint lõgè tenuiora, propterea ad tenuia coriandri folia comparat, & inquit illa parthenii ὁμοια κορίῳ λεπτὰ. id est, similia coriandro tenuia. SE. Quę tenuia nuncupas, minus tenuia videntur, quàm latiora. BR. Deciperis. SE. Id saltẽ habebo, brusaculũ amaritudine carere. BR. Subamarum est, & acredine quadã insignitur. SE. Cùm hæc verba valde fœtes sit, Dioscorides alio nomine vti debuit, quàm dicere ὀσμὴν ὑπόβωμον. BR. Iam nosce te esse morosum, & nõ nouisse, Galenum notare Dioscoridem in Græca lingua nõ fuisse admodum diligentem, præter id quod summi viri, vt Marcellus, & Hermolaus interpretati,

sunt sub viroso odore, & viroso odore, arbitror te potius nugari cupere, quã de re ipsa agere. Pro te melius esset negotia tua expedire, si quę habes, quàm in rebus tã tenuibus dubitare. Nos quandoq; de parthenio seorsum locuturi sumus, & ostensuri herbã hãc apud authores valde ambiguam esse, & plura herbarum genera sub hoc nomẽ venire. SE. Cùm de coriandri foliis sermo fit, latiora semper intelligẽda putabã, cũ & tenuiora in latiorũ formam veniant, cùm adoleuerint. BR. Sunt & quæ continuè tenuia perseuerant, & tenuia diuersam habent formam à latioribus, etiã cùm tota plãta cõsenuerit, & tenuitas secundũ omnẽ dimensionem intelligitur. SE. Quomodo matricaria distinctioni Dioscoridis, in artemisia per vnum ramum, & multos quadrabit? BR. Nõ ita ex sua sentẽtia Dioscorid. partitur, sed ab aliis eo modo distingui monet. Quicquid tamẽ sit, in maritimis locis efficacior est. Caulis, coma, & radices priuatim seruanda. Imò & ex foliis succũ expressum collige. Apud Galenum nostra matricaria amaracus dici videtur. Mirãdũ tamẽ, cùm animaduertat illã nõ inuenisse Romæ, cùm tamẽ in copia Romæ sit. Vnde in dubio sum, quid apud Galenum amaracus sit. Sed rem suo loco explicabimus, Galli armoise artemisiã vocãt, Hispa-

ni vt nos, Germani beifuſſz, à Polonis bilicza, à Venetis hérba della madonna, ab Hiſpanis altamiſa, matricaria verò à Germanis muter̃raut, id eſt, matricis herba, ab aliis metram, ab aliis metterẽ, à Venetis marigal, à Cretẽſibus vulgò mitrocorten, à nõnullis Polonis marzana, ab aliis bylyza dicitur. SE. Quæ ſunt artemiſiæ qualitates? BR. Gal. in VI. de ſimp. med. facul. illam in ſecundo ordine calidã eſſe dicit, quod in medio ſecundi ordinis intelligendum eſt. ſicca verò eſt aut in primo intenſe, aut in ſecũdo remiſsè. SE. De matricaria quid ſentis? BRA. Et ipſam eſſe in ſecundo ordine calidam, & ſiccã. SE. Materſylua præſentatur. BR. Nonnulli matremſyluam alteram clematidem eſſe putarunt, ſed errore ducti: quippe clematis, vt olera cibis oleo, & ſale cõditis paratur, quod matriſyluæ non conuenit: non enim edendo eſt. Si autẽ aliqua ſit apud antiquos de hac herba memoria, ea eſt, quæ à Dioſc. III. lib. Periclymenon à Romanis inuolucrum maius dicitur, quæ ſimpliciter fruticat folia per ambitum puſilla continens, ſubcandida ad ſimilitudinem hederæ, ſecũſq; ramuli adgenerãt, ſemen cacuminibus hederaceũ præferentes. Albus ei flos ſimilis fabæ ſubrotũdus, ceu folio impoſitus, ſemẽ prædurũ, & velli difficile, radix craſſa,

orbiculata. Nisi hederæ foliis scriptũ esset, & nonnulla alia modica, hanc esse matrẽsylua uam nostrã credidissem. Sunt tamen qui caprifolium à nobis vocatũ periclymenõ putent, & qui idẽ cum matresylua caprifoliũ. Errant præterea, qui matremsyluã aſplenon existimãt, vel splenon, vt Pãdectarius facit. Quippe aſplenon, vel splenon neq; caulem habet, neq; florẽ, neq; semen: at matersylua semine, flore, & caule insignitur, ideò vel ab antiquis nusquã huius herbæ recordatio facta est, vel sub periclymeno ponẽda. Multa nunc extant antiquis ignota. In locis maritimis efficaciores vires nãciscitur. Flores, semina, folia, & radices seorsum collige. Gallorũ pharmacopolæ caprifoliũ esse arbitrãtur, ideò cheurefeul appellãt. Hiſpani verò, vt nos ferè, madresylua, Germani nonnulli spekliben, alii lienẽ bloumen vocare cõtendunt. Calida est, & sicca, in secũdo prope tertium ordinẽ. SE. Ad pẽtaphyllon veniamus. BR. Plinius lib. XXV. ca. IX. pentaphyllon, qđ à Latinis quinq; folium dicitur, fraga ferre existimauit. At id potius trifolii proprium est, q̃ pẽtaphylli. Ideò quandoq; Plinii textũ corruptũ esse arbitratus sum, vt triphyllon pro pẽtaphyllo legendũ esset. At mox excellentissimũ Leonicenum animaduerti hanc sententiam reprehẽdentem, quia aliis nomi

nominibus ipsum appellat, quæ à Græcis pẽ taphyllo tribuũtur, & easdem proprietates suo pentaphyllo attribuit Plinius, quas & Græci suo: vt hinc deprehendatur nõ posse aliquo pacto trifolium legi. Cùm autẽ hu- 5 ius herbæ nomen à quinario foliorũ numero initium sumat, vulgarẽ herbã habemus prope parietes virentẽ, & locis humidis, quã vulgus nostrum pedem Paipi, & quinquefo lium vocat. quod autẽ nostra lingua paipus 10 dicitur, Latinè miluus est. Hanc esse penta phyllon antiquorum descriptio manifestè ostẽdit, hoc dempto, q radice rubra caret. Est autẽ & vulgaris herba tormẽtilla dicta, quæ septem folia habet, sed duo parua sunt, 15 vt ferè in foliorum numerum poni nõ de beant, & in multis pediculis quinq; folia tantùm habet: hanc facilè crederemus pen taphyllõ esse, si perpetuò quinquefoliis mu niretur. Imò ante nos Hermolaus idẽ sensit: 20 tamen menthæ folia nõ habet tormentilla, vt illi Dioscо. pẽtaphyllo tribuit, aut vitis, vt Theophrastus. Quicquid tamen sit, no strum vulgare pentaphyllon circa parietes, & stagna nascens, ob radicẽ antiquorũ pen 25 taphyllo nõ quadrat. Tormẽtilla verò, quã & recentes bistortam dicũt, dissimile foliũ habet à descriptione antiquorũ. SE. Ego igi tur quid colligendũ sit, ambiguus ero? BR.

Quoad meliora inueniamus, pro pētaphyl
lo circa canales, & aquosa loca, folia, radi-
ces, & seorsum foliorū, ac radicū tormētil-
læ succū colliges. Ad Plinīū reuertētes, mul
tos pentaphylli cæspites obseruare cœpi, &
tormentillam ipsam, globū quendā ferunt,
in quo semina sunt, hunc fragam Plinii esse
arbitratus sum, quoniā & nihil aliud est fra
gā trifolii, q̄ globus, in quo semina condun
tur. Non tamen nego fragā propriè in illa
specie trifolii esse, quæ fragaria, & fraga nū
cupatur. Tamen & in Veronensibus monti-
bus obseruauimus fragariam herbam pen-
taphyllam esse. quod arbitror omnibus eā
vrbem incolentibus in confesso esse: ideò nō
mirum, si Plinius Veronēsis dicat, nulli igno
tum esse quinquefolium, cùm etiā fraga gi
gnendo cōmendetur. Radices autem consi-
derans rubræ nō erant: at tormētillæ radix,
& rubra est cùm effoditur, & paululum ni-
gresc it, incipit q;, & desinit cū vite. Putarūt
verò quidam Leoniceni gloriæ inuidi sani-
culam vulgarem herbā, quam recētes in so-
lidaginū genere ponunt, pentaphyllon esse.
Verum habet quide sanicula in quinq; par
tes distincta folia, sed radices. nec rubras,
nec effatu dignas habet, nec fraga fert, vt de
suo pētaphyllo dicit Plinius, licet capitula
quædā habeat supra coliculos colorē herba

ceum

ceum habentes. Hanc herbã Germani sanc-
xel vocant, Tormentillam verò tormẽtill,
alii rotvvurtz, alii blotvvurtz dicũt. At pen
taphyllũ nostrũ vulgare, funffinger xraut ab
eisdẽ dicitur, ac si exprimere voluerint her-
bam quinq; digitorum. SE. Tormentillam
igitur pro pentaphyllo seruabo? BR. Seruabis, quoad meliora inuenire liceat. Nam &
hoc anno pentaphylli quandã speciẽ circa
parietes etiã nascentẽ radice rubra insigni-
tam obseruaui. Secundum Gal. in primo or-
dine calidũ est, in tertio siccũ absq; acredi-
ne, & morsu. SEN. Ad citrach ergo manũ da-
bimus. BR. Nónne hodie dictum est, eã her-
bam, quam citrach, vel citarach appellatis,
scolopendrion, vel asplenon esse? SE. Memo-
ria exciderat: verùm ea, quæ nunc scolopen
drium appellatur, quo loco à Dios. tracta-
tur? BR. Dictum est etiam à Dios. phyllitim
vocari. SE. In memoriã venit. Ad mezereon
transeamus. BR. Nonnulli falso, mezereon,
& laureolam confundunt, ac si vnum sint,
cùm duo, & longè diuersa esse oporteat:
quoniam laureola, quæ daphnitis est, lacte
careat, mezereon eo abundet, vt illi Arabes
imponunt. Vnde Serapio, & Mesue de meze
reon loquuntur, & non eodẽ modo, vnóq;
capite diuersas antiquorũ Græcorum her-
bas miscent. Nam Dios. & Plinius chamæ-

læam,

læam, & thymelæam duas herbas faciũt, vt verè sunt: hi autẽ Arabes vno in capite adeò perturbant & cõfundunt, vt quandoque chamælææ, quãdoq; thymelææ vires, quãdoq; descriptionem vnius, quandoq; alterius misceãt, vt re vera duas herbas vno capite coniunxerint, tamẽ in medio ferè capitis mezereon duas species habere statuũt, vt hoc manifestè colligatur, Arabũ mezereon esse chamælæam, & thymelæam Dioſco. ac Plinii. Ex his verbis in hoc mõte varia colliges, vbi loca petrosa videntur: ex chamælæa folia, ex thymelæa folia, & semina condas. Mezereõ à Polonis vilczelixo vocatur.

Ad quartũ ordinẽ pernenit, & caliditatis & siccitatis. SE. Ocymũ caryophyllatũ occurrit. BR. Hæc duóne sunt, ocymũ vnũ, caryophyllatum aliud, vel vna res, quæ toto hoc nomine claudatur? SE. Vna sola res, & etiam notissima. BRA. Ne admiratione afficiaris, quoniã pharmacopolas noui herbã colligẽtes nomine caryophyllatam: nunquã enim apud antiquos ocymum caryophyllatum inueni. Dioſc. enim ocymum, & ὠνυμοφόρε, id est, ocymastrum, & ocymum aquaticum sola tractat. dic tu quo ozymo (vel ocymo per c, aut z, scribatur ab ὄζω, quod est redolere, grãmaticis curæ sit) in officinis vtimini? SE. Quod passim mulieres supra fenestras

ſtras in fictilibus plantant nigrũ ſemen habens, caryophylli odorẽ repræſentans. BR. Ferrarienſes mulieres duas ſpecies habẽt ſupra feneſtras, alterã ſtrictiora folia, alteram latiora habentẽ. SE. Id eſt, quod latiora folia habet, baſilicum dictũ, ab odore baſilica dignum BR. Tamen Serapio ocymum caryophyllatum ex ſententia Iſaac Ebenambram folia ſtrictiora habere tradit. SEN. Ita apud nos vnus eſt. BR. Semen certè nigrũ habet, & odoratũ, ſed nõ caryophylli odore (niſi olfactus me decipiat), eſt tamen vna ſpecies, quæ citrũ mirè redolet: ne in mõtib⁹ ipſum quæras, cùm in omni ferè domo Ferrariæ ſit. Solum ferè inter herbas calidiſsimam aquam expetit, & in meridie, nobiſcũq; velut animãs moratur, edẽdo eſt, ſed viſui nocet. Folia, & ſemina habere oportet. Mira verò & adeò ingens controuerſia in Plinio, & Dioſc. eſt, vt alterũ ipſorum errare opus ſit. Dioſc. enim inquit, Si à ſcorpione vulneretur, qui ocymum comedẽre, incolumes euadere. e contrario Plinius lib. xx. cap. xii. Si qs ea die, qua ocymum comederit, à ſcorpione pungatur, nõ poſſe ſanari. niſi quis dixerit aliorum ſententias referre. SE. Eſt inexplicabilis cõtradictio, quæ fortè per varias ocymi ſpecies tolli poſſet, ſi illorũ ſententiæ inuenirãtur, qui à Plinio referũtur. BR. Aliud

eſt

est in his authoribus discrimen, quoniam Dios. lac prouocare tradit. Plinius verò eodē loco, si illinitur mămis, extinguit quoq; lactis prouentum. SE. Dioscо. fortè per os sumptum intelligit, ideò addit, Et ægrè in stomacho mutatur. Plinius verò extrinsecè apponit. Quicquid sit, miror maximè cur Dioscо. in secūdo lib. de ocymo, quarto autē de ocymastro tractauerit, cùm eius consuetudo sit cognata congeneribus miscere, vt de mētha, ac menthastro vno loco fecit. BR. Id apud Dioscor. perpetuò non reperitur: quippe qui de thymo in vno libro, de epithymo in altero scripserit. quanuis in libri præfatione eos reprehendat, qui ordinē literarum sequuntur, & cognata à suis cōgeneribus diuellunt. Tamen vitio scriptorū potius factū arbitror, vt in Dios. nonnulla suū locum euarient. Cùm verò Plinio, & Dioscor. conciliasti, ꝙ alter per os, alter extra explicuerit, nō longè à Gale. dissentis, qui in lib. de simp. med. facul. ocymum per os sumptū non digeri, imò digestioni officere tradit: si verò emplastri modo extra ponatur, digestionem procurat. Nonnulli verò hoc animaduertentes, quod vno in lib. de ocymo, in alio de ocymastro loquatur, voluere in IIII. lib. nō loqui de ocymoide Dioscо. sed corruptum esse vocabulum, & legi debere

echinoidem, quia de echio ſuprà locutus erat. Ab his autē diſſentire cogor, tum quia nulla herba eſt, quæ echinoides vocetur: tū quia ocymoidem Plinius ita pingit, & eius vires, vt Dioſc. ponit: tum quia Gale. in lib. de ſimpl. med. facul. eadem ocymoidi elargitur, quæ Dioſco. ſuo quarto libro. A Germanis Baſilica craut, ac ſi herbam baſilicam dixeris vocatur, à Polonis zolca baſilia, à Venetis baſago, à Cretenſibus vulgò baſilicon chitraton, ab Hiſpanis allahaca. Gale. VIII. de ſimpl. medica. facul. facit illud calidum in ſecundo ordine, & humiditate recrementitia humidū. SE. Bardana ſequitur. BR. Quo vocabulo vteris? ne eſt, quam ex ſimilitudine cum equorum vnguibus, vngulam caballinam appellatis? SE. Ea quidē eſt, ſed potuit etiam aſinorum vngues imitari. BR. Ideò & multi aſininā vngulam vocant. Imò Germanum nomē, quo hæc indicatur, aſino alludit. SE. Quomodo aſino? BR. Quoniam ipſam vocant eſels huff, ac ſi dixerint aſini vngulam. SE. Honeſtius tamen eſt, ab equo magis, quàm ab aſino nomen ſumere. BR. Iſtud ad rem nihil, vel ab aſino, vel ab equo nomen ducatur. Cur illam in montibus quæris, cùm Ferrariæ abundet circa aquarum ſcatebras, & aquoſis locis, adeò vt recentiores multi nymphææ ſpeciem arbitrati

trati sint, quam suo corrupto vocabulo nenufar terrestre appellarunt. SE. Sunt etiã qui farfaram, nescio an Hebræo vocabulo, vel Barbaro eam vocent. BR. Imò Latinũ est. Nam ab authoribus foliis populi comparatur: antiqui verò populum Farfarum dicebant. A Dioscoride bechion, à Romanis tussilago, quoniam vehementissimè tussi succurrit, appellatur. Hoc autem est, si per infundibulum fumus suscipiatur, & deuoretur. Propterea apud Germanos aliquos brandt lattich appellari solet, ac si dixerint lappa, quæ ad combustionem danda est, vel lappa combustioni apta. Recentes medici ea pro antiqua tussi vtuntur, cùm ab antiquis solùm fumus glutiretur, à Gallis gluterous, à Polonis lopian dicitur. Folia, & radices seruare conueniet, sed hoc Ferrariæ ages. Bardana calida, & humida in primo ordine est. Tamen Galenus sexto simpliciũ notat cùm sicca est, acriorem esse. SE. Capilli Veneris sequuntur. BR. Postea. SEN. Polytrichon, calitricon, adianton. BRASA. Siste. nam vos pharmacopolæ rem in duas species tantùm distinctam, in quatuor diuisistis: nomina solùm diuersa sunt, res minimè: ea enim herba, quæ à nobis capillus Veneris dicitur, à Dioscoride adiantum appellatur, quoniam madefieri non potest etiam

etiam aqua aſpera. Quem tamen effectum experiri volens falſum eſſe cõperi, ideo potius ex puteis, quos coronat, & propter id madida nõ eſt, vel quia nunquam attingit aquas, id nomen ſumpſiſſe arbitror. A Ro. cincinnalis, & terrę capillus dicitur. Cincinnalis quidẽ ob cincinnos ſecũdũ aliquos. i. inciſuras, ſed magis arridet ad capillorum cincinnos. Idẽ cũ polytricho, & callitricho eſt. Sunt hæc diuerſa nomina à variis effectibus impoſita. nam polytrichõ. i. multas tricas, hoc eſt, capillos faciens, callitrichon. i. pulchras tricas faciẽs. Vt aũt rẽ ipſam aptiꝰ intelligas, vna herba eſt adiãtõ, in duas partes ſeparata. Vna propriè adiãtum dicitur, de qua priuatim vno capite Dioſc. agit, folia magis alba, & coriãdro ſimilia habens, & longiora, altera pars à Dioſ. in ſequenti capite ſcribitur, & trichomanes appellatur, folia habens filici ſimilia, tenuia, nigriora primò, & breuiora. Hoc propriè callitrichõ dicitur, ex tricarũ pulchritudine, quã facit. Vos pharmacopolę hoc cõmuni nomine in his duabus herbis vtimini capillis Veneris. Vnde apud antiquos authores ſolũ adiãtũ, & trichomanes, vel callitrichon inueniũtur, vt patebit, ſi Theoſtraſtũ, Dioſc. & Pli. legeris: non autem quatuor ſunt herbæ, vt vos eas facitis ſuprà dictis nominibus appella-

tæ. nam sola voce, & non re ipsa dissentiunt. Ideo multi pharmacopolæ falsò quatuor herbas ostendunt, quum duæ tantũ sint. Tamen quãcũq; speciẽ acceperis, easdem vires habet. Ideo Ferrarię in puteis, fontib. palustribus locis, vmbrosis, ac humentib. muris eam accipito, quæ ad manus venerit, & in Bononiẽsi solo maxima copia viret, & Mutinæ, ac Regii Lepidi. Ferrariæ tamẽ tricho manes. i. ea species, quæ filici similia folia habet, copiosè inuenitur. Ramos tantũ huius herbæ seruabis. Auenea ab Hispa. dicitur, non omnib. tamen. Ita à quibusdã Germanis fravvenhat dicitur, acsi dixeris fœminæ crinis, quãuis alii Germani maurrauten (sed falsò) appellarint: quoniã hęc ruta muraria, à prædictis herbis diuersa est. Galli etiã pharmacopolę illis quatuor, ac si diuersa sint, vtũtur, ita suis nominib. appellantes capil venere, polytri, calitri, adiãtos, à Polonis malki bozci vvloski, & hoc nomine vvloski appellãt & polytrichõ, & callitrichõ, & adiantũ. Hæ omnes herbę in caliditate, & frigiditate symmetriã habẽt: in siccitate verò in primo sunt ordine. SE. Agrimoniũ ad manus venit. BRA. Corrupto vocabulo passim vtuntur. Argemone legi oportet. Suprà docuimus, eam herbã, quã pharmacolę pro argemone accipiunt, verum eupatorium esse,

esse. At vera argemone apud me incõperta est, tamẽ futurũ spero, vt illã inter alias herbas ostẽdamus: nũc ipsam dimittere quoad ab aliquo oculata fide inuẽta sit. SE. Interim quid agendum est, si aliquis medicus argemonen indiceret? BRA. Admonerem ipsum hanc herbam non haberi. SE. Clamaret ille, Vis tu me docere? hæc est, Sus Mineruã instruet? BR. Placidis verbis iterũ admonerẽ, exorans vt veritatẽ noscere tentet. SE. Tunc altiori voce instreperet, cõuicia sine ordine misceus, & denceps meam officinã desereret. BRA. O pessimum genus, ignorant, & id noscunt, tamen sua ignorantia obstinati discere cõtemnunt, & potius meris nugis consenescunt, quam ab aliis discere velint, aut saltem se ipsis veritatem noscere conẽtur. Si pharmacopola essem, & hoc mihi accideret, tales viros derelinquerẽ, iuberémq; aliam officinam quærere, & ibi quæ luberẽt indicere: quoniam pro re, rem alteram vendere non licet. SE. Id agere decreui, & potius salutis animæ tribuere, quam paruo lucello, qd ignauus, & penè inscius medicus, semel, aut bis ad summũ in anno cõdonabit. His autẽ omissis, ad spicã veniamus. BRA. Iterum ad flores transis. SE. Nihil refert, nos spica nardi, & spica Celtica vtimur. BRA. Nominum insciti, & te, & recentes ita loqui coegit.

Nardus absolutè appellatur, & nardi spica, quæ in monte Indiæ nascitur: tamen in Indicam & Syriacã ab authoribus diuiditur, quia mõs ille duas facies habet. In facie versus Indiã vergente nardus Indica crescit: in vergẽte versus Syriam, Syriaca. Indica mox sub se Gangeticã capit, quæ prope flumen Gangẽ nascitur: nardus verò Celtica in Gallia, & in Liguriæ alpibus & in Histria viret. Habetur & tertia nard⁹ ex Cilicia propriè, & Syria, quæ montana appellatur. hæc est, quã habemus pro maiori parte. Nã Venetorum nauigationes Alexandriam, & Alexandria Venetias hãc ferunt: ex Cilicia enim & Syria facilè Alexandriã, & pedestri & nauali itinere feruntur. Etiã ex Cypro insula affertur, & sunt radices illę nigriores, nõ quę luteum colorẽ habent. Ne igitur in his montibus nardũ queras, sed Venetiis spicã, caulẽ, & radicẽ emes: quanuis & ipsi adulterẽt. Iubeo autẽ radicem & caulem emere, quoniam hæc apud antiquos authores, vt Dioscoride, & Gal. magis in vsu medico sunt, quam spica: quippe folia abiicit Dioscorides. Ad nostra men spica ipsa nõ defertur, sed radix, nempe capillamenta illa, quæ Venetias afferũtur, & montanæ nardi, & Syriacæ radices sunt. Nam & ex hac regione facilis est in Alexandriam Aegypti accessus. s E. Dioscoride in-

quit

quit montanam nardum, neq; caulem, neq; florem, neq; semẽ ferre, & nigrã habere radicem. BR. Quid hoc ad rem facit? Radix ad nos affertur, nõ caulis, neq; flos, neq; semẽ, & in vsu medico radix accipitur, quæ nigra est. SE. Quum dixeris Venetiis, & Ferrariæ vtranq; nardum haberi, & Syriacã, & montanam, i. harum herbarũ radices, quomodo distinguuntur? BR. Quoniam radices montanæ nardi nigræ sunt, Syriacæ verò luteæ. SE. Id quod vendimus, spica nõ est? BR. Non quidem, sed radix, & capillamenta illa, quæ vides, radici inhærent, & per ipsa veluti per manus terræ humiditas ad radicẽ crassiorẽ trahitur, & per totam herbã defertur: aliud verò sunt spica, & flos, quæ ad nos non afferuntur. s. Tamẽ ad oculos spica videtur. B. Et hoc à Gal. notatur in primo de Antidotis libro, vbi simplicia theriacẽ ingredientia examine perpẽdit. Dicit enim: Iubet deinde Andromachus Indicã nardum imponere, quã ex eo, quia spicæ figuram imitetur, nardi spicam nominant, quanuis radix sit. nec mercatores illam portare studeant, quoniam maius lucrum ex radice, quã ex spica faciunt: cũ tamen spica in re medica, & odoramentis valeat, imò pretiosum vnguentũ ex spica antiquitus fiebat à Gal. frequenter spicatum nũcupatum, quo Magdalena Ser-

uatoris nostri Iesu pedes inunxit. Est q; error in sacris literis, vbi legitur vnguentum nardi pistici. quem errore Valla corrigere volens nardi spicati legit, quū potius spicæ nardi. i. ex spica nardi legēdum esset. Radix tamen ea est, quā cæteris partib. præferunt authores. Imò quū radix excauatur, puluerem pro lauandis manib. seruari iubet Dioscor. adeò radix odorata est: & Gal. radicem nardi Indicæ in libro de Antidotis. ex similitudine nardi spicam vocari dicit. Hæc de nardo, vel, vt vos dicitis, de spica. Nisi in mē tem veniſſet, Ligures verā Celticam nardū habere, tame loco eius, herba dicta à nobis lauandula, vti, ex qua & nardinū oleum parāt. i. id, quod apud vos de spica appellatur, tamen lauandula, à nardo lōgissimè distat, & quid sit ignoramus, nisi illam pseudonardum vocemus. SE. Cuius est temperiei nardus? BR. Gal. octauo de simpli. melica. facul. in primo ordine calidam esse iudicat, & in secundo siccam. At tāti, támq; celeberrimi viri venia dicemus, cùm absqueratione, sed sensu solo deprehendatur nardi caliditas, non possum non sentire esse in secundo ordine calidam, & in siccitate ad tertium peruenire, vel ad secūdum completum. Tu iudex esto. Nobis satis videtur hæc annotasse, & lectoribus tanquam digito ostēdisse, qui recto

recto iudicio hæc perpendant. SEN. Omnes tamen ita sentiunt, tam Arabes, quàm Græci, & Latini recentiores. BR. Quoniã omnes ex vno Galeno accepere, & rem interius nõ considerarunt. SE. Polium sequitur. BRA. In planis & montibus hæc herba reperitur. Dioſco. in vſu montanam eſſe cenſet. SEN. Imò & nos ſemper mõtanum polium quærimus, & montano vtimur. BRA. Non habet hominis cani folia, vt nõnulli putarunt, ſed in ſummo capitulum parũ habet cano hominis capillo ſimile. In Bononiẽſibus montibus egregiè creſcit, & pullulat. Sunt tamẽ pharmacopolæ Ferrariæ, qui pro polio alteram herbam ſumant, quum notiſsimum ſit apud nos polium, & vulgare. Leonicenus in epiſtolæ ad Hermolaum Barbarũ Plinii errorem oſtẽdit, tripolium cum polio confundentis. Totam herbam in his montib. ſine radice, ſed cum florib. & ſeminib. ſerua. Eius nomen fortitum eſt ex ſimilitudine, quam cum homine cano habet. Vnde herba ea multorum ſtipitũ, qua noſtri pharmacopolæ vtuntur, polium non eſt. SEN. Non omnes tamẽ illa vtuntur. nam ex Bononienſibus montib. poliũ verum habere conſueui. B. Polonis kapnyẽni poley, à vulgo Cretenſium donaida dicitur. Eſt in ſecundo ordine calefacientium, & in tertio deſiccan-

tium : hæcq; perfectè sunt in minori polio.
SE. Ad pastoris virgã accedamus. BR. Vnde hæc herba tale nomẽ sortita sit ignoro, nisi ex lõgis virgis, quibus cardui ad poliendos pannos insident, dicta sit, vt pastores fortè vnã ex his virgis sumẽtes,& aculeis nudantes ea parte, qua posit manu capi, reliqua aculeata parte gregẽ ducãt. SE. De eo nomine incertus sum. at carduũ esse non dubito: quo aũt nomine ab antiquis diceretur ignoro. BR. Apud Dioscor.& antiquos Græcos, dipsacos est: licet simpliciter apud ipsum scolimos carduus ab aliquib. credatur. Romani labrũ Veneris, aut lauacrum Veneris appellãt. Notissima herba,& Ferrarię frequẽtissima. Radices seruare oportebit seorsũ, & folia. Habet etiã echinũ, in cuius medio vermiculus nascitur ad quartanas vtilis, si Dioscor. credere fas sit. Marcellus diu vermiculum illum obseruasse, at nũquam vidisse fatetur. Ego autem certus sum nunquam à Marcello obseruatũ esse: quũ nullus errare possit, quin in autũno inueniat, quũ exiccari incipit, si per mediũ echinus aperiatur. Vermiculus albus est, qui per cauitatẽ echini dimouetur,& in caudicem ttãsit. Hyeme etiam videre licebit, antequam præ frigore moriatur. Quum verò huius pastoris virgæ duplex genus reperiatur,& eadem vires

vtrunq

vtrunq; habet, quodcunque seruabis, nihil impediet. In Ferrariensi agro id, quod breuiorē echinū habet, vberrimè nascitur, quo pilea, & pannos expoliūt. A Gallis etiā ferè nostro nomine appellatur verge à pasteur. Neapoli dicitur cardo de panno. Polonis sczotki est. Secundū Gal. vi. de simpl. medi. facul. in secūdo ordine siccus dipsacos est, & in secundo frigidus: quāuis à recētib. in tertio ordine frigidus, & siccus positus sit. SEN. Lupulus occurrit. B. Non inueni apud Dioscori. quo nomine lupulus appellaretur. Hi enim aberrant, qui corrudā dici volunt. Nā corruda folia capillamēti modo tenuia habet, quibus caret lupulus. Nec bryonia est, licet eadē foliorū forma decoretur. Verùm Pli. de eo tractare videtur, & lupum salictarium appellat, quoniā supra salices, & reliquas plantas repat: & ideo nostra materna lingua luuertice, quasi lupus verticius, vel salictarius lupus vocatur, vtpote qui circa res, quib. inhæret, vertatur. Herba est Ferrariensibus notissima, quā licet in Ferrariensi agro vbiq;, præsertim circa sepes, & foueas inuenire, & qua nos cocta, & cruda in acetariis oleo, sale, & aceto cōditis vescimur. Flores & herba seruanda: nec prætermittendæ radices, quæ calidæ, & aperitiuæ sunt. Licet nonnulli frigidum esse lupulum contendē-

rint, est calid⁹ in fine primi, vel in principio secundi, & siccus in primo. Flores in illis locis plurimū valent, in quib. vinū deest. Nam ex ipsis cōpositiones quasdam parāt potui aptas, quas suis idiomatib. ceruisias, medones, byras, zitáve appellāt, in quē etiā vsum herba seruabatur. s. Reperitúrne apud Arabes, quum Græci de ipso locuti nō sint? B R. Nō ita simpliciter dixi Græcos lupulū prę-teriisse, quoniam recētes Græci de eo verba fecere: imò & nunc vulgò in Cypro bryon vocatur, & Hermolaus in tota Græcia ita appellari tradit. Nūc etiā Aquileiēses rustici bruscandulam, quasi bryon scandilē vocant. Et ita Cremonæ dicitur. Apud Arabes etiam sub nomine volubilis inuenitur. Hispani lupares, præsertim qui Lusitaniam habitant. Galli ombelon. Germāni hopffen, Poloni chraiel appellāt. S E. Carduus benedictus occurrit. B R. Simon Genuēsis lōgè deceptus est, qui carduū benedictum sedū minus esse arbitrātur. Deceptus aūt est, me iudice, quia à Dioſc. sedū minus carduus sempertiua appellatur, ideo carduum benedictum esse hac cōiectura existimauit: sed ita carduus benedictus semperuiuū est, vt rosa est lactuca. Et quanuis passim in Dioſc. exemplaribus Græcis carduus semperuiuus loco sedi non sit, tamē Genuensis in suo con

textu

textũ ita legerat, quemadmodũ & Hermolaus in ſuo habuit. Sunt verò plures contextus, qui loco cardui ſemperuiui ἕρβα σεμπερβίβα, id eſt, herba ſemperuiua legunt, vt in pluribus Græcis textib. videre eſt. Verũ vno errore non contẽtus Genuenſis, ſedum etiam ſenecionẽ facit, & erigeron, & triſſaginis ſpeciẽ. quæ quantũ à verò diſcrepent, ſuo loco oſtendemus. Nõnulli hunc carduũ chamæleontis ſpeciem fecerunt. Ego nondũ habeo quid certi dicam. In Ferrarienſibus herbis de ipſo copioſè ſcribemus. Hîc flores, herbam, radices, & ſemina colliges, quæ omnia variis ęgritudinib. cõferũt. Galli noſtro ferè nomine chardõ benict vocãt. Neapolitani ſeneſcens, Veneti cardo ſanto, Poni oſtropeſt. Calidũ in fine ſecũdi, & ſiccum in tertio ordine iudico. ſR. Thymbra ſequitur. BR. Multæ herbæ ſunt, quarum cognitionem apud omnes authores difficilem vi deo, thymbra ſcilicet, ſatureia, cunila. Genus herbę eſt cunila, ſatureia cunilę ſpecies, quæ & thymbra. Altera verò hortenſis eſt, altera agreſtis. Si Columellam conſiderare voluerimus peculiari nomine ſylueſtrem thymbram, hortenſem ſatureiam appellat. Notiſsima herba eſt, à noſtris ſeneuezo, quaſi vice ſinapis dicta, ab aliis ſauolezo corrupto vocabulo, quaſi ſatureia. Mirus eſt

apud

apud nos in acetariis, & intinctibus huius herbæ vsus. Sunt & qui solo pane mãdãt: nã nomen fortè traxit, quia saturos reddat. Fer rariæ in tenuibus, & asperis terris crescit: vbiq; tamen ab olitoribus seminatur. Sylue stris ad omnia medicamenta efficacior est, vt de omnibus syluestribus herbis Galenus testatur. Hortensis in cibis melior: quia intensiori illa acrimonia caret. Huius herbæ, præsertim domesticæ, ad medicũ vsum ramulos serua. Hæc sunt, quæ de thymbra cõcise dicẽda erãt, spondentes oẽs cunillæ species alias ad vnã ostensuros. Apud Germanos quosdã quenel, apud alios cunel dicitur, vt à serpyllo nomen ductũ esse videatur, Cunel autẽ à cunila corruptũ sit, & satureiã saturei, & Poloni czambr dicunt. Calidam, & siccam in tertio ordine esse censent: sed addo in tertio intense, vt sinapi ferè cõparetur. SE. Bursa pastoris occurrit. RR. Hæc bursa adeò tenuis est, vt nihil habeat, quo pastores victũ ducere possint. Tali autem nomine appellatur, quia folliculũ habet, in quo semina cõduntur, bursæ figuram repræsentans. Nonnulli eã thlaspi à Dioscoride descriptã esse censent, quod à Romanis scandulaceum, vel capsellã, quasi scarsellam: vnde & nos vulgò scarselletã vocamus: re autẽ vera thlaspi pro parte huic bursæ quadrat, si Dioscoridis pictur

cturam cõsideramus: quia breuis, & exigua herba est, foliis angustis, digitali longitudine, in terram versis, in summo incisuris diuisis, & modicè pinguibus, caule tenui duorũ dodrantũ altitudine, paucis in eo adnatis, & circa caulem fructu in summo modicè lato, in quo exiguũ semen est nasturtio simile, discoi vel lenticulæ vasis effigie, & veluti infractum, vnde nomen accepit. Flos illi albus. In semitis, fossis, sepibus, & circa domos nascitur. Semen habet acerrimũ. Omnes hæ cõditiones bursæ pastoris quadrare videntur. Sume tu herbã ipsam, quæ propè est, & prædictas conditiones illi quadrare aduertas. SE. Mirũ in modũ cõuenit: tamẽ prius audiuerã, thlaspi eã herbã esse, quæ à Ferrariẽsibus vincetoxicũ dicitur. BR. Nõnunquã thlaspis effigiẽ vincetoxico cõparaui, statimq; diuersum esse percepi. Nam vincetoxico non in sunt folia digitali longitudine, nec in summo incisuris diuisa, nec in terram versa, nec pinguia, imò ariditatẽ quandã præ se ferre videntur: nec semẽ est discoi figura, & multa alia vincetoxico desunt, thlaspi tamẽ ab authoribus attributa. SE. Thlaspi igitur bursa pastoris erit. B. Inclinauit quãdoq; animus, sed magis inclinasset, si folia in summo incisuris diuisa haberet: habet aũt incisuras in medio: & si semen discoi forma insigniretur,

quod

quod rotundum est,& rubrum,& si cum nasturtio similitudinem quandam posideret, & semen acerrimum esset. Quum verò hæc omnia thlaspi insint, & desint bursæ pastoris,nõ possum induci,vt nostrã pastoris bursam thlaspim Dioscoarbitrer, & si in bursa pastoris multę notę inueniãtur,quę in thlaspi primo intuitu reperies. Cõitat autẽ herbam esse qualitate frigidiori insignitã. Ne illam hic queras,sed Ferrariæ semina,& folia colligito. Nũc quęnã sit apud antiquos, incertus sum. Aliæ ferè gẽtes nostrum vulgare nomen imitãtur. nã Galli bourse à pasteur, Germani deschelkraut, id est,marsupii herbã appellãt,à Polonis tobolki dicit. SE. Ad scabiosam igit accedam. BR. Et hæc vna est ex illis herbis,quę apud antiquos nõ reperitur. Nostri pharmacopolæ pro scabiosa herbam colligunt, qua pro verrendis domib Ferrariæ vtimur:tamẽ vbiq; in Italia non est harum scoparũ vsus, ideo apud nos notissima, quã ita Hermolaus in stœbe describit, habere folium erucæ hirsutũ, sed nõ horrẽs aculeis,floris cęrulei,qua scopę fiũt. Nõ defuere tamẽ, qui nostram scabiosam, stœben Dioscoridis esse censuerint. Verùm quia Dioscorides stœben non pingit, per ipsum an nostra scabiosa stœbe sit, noscere non possumus:propterea ad alios authores

cõfugiendũ, Theophraſtũ ſcilicet & Pliniũ. Plin. lib. xxj. ca. xv. ſtœben à quibuſdã phleõ appellari tradit, à Theophraſto primo de plantarum hiſtoria ſumẽs. Si igitur phleon à noſtra ſcabioſa differre probamus, & ſtœben ſcabioſam non eſſe probatũ erit. Theophraſtus primo de plantarũ hiſtoria ſtœben inter fruticoſa cõnumerat, & quę carnoſum foliũ habeãt, quale ſcabioſa nõ habet. Conſtat etiã apud Plutarchũ in ſecũdo problemate, phleon inter paluſtres plãtas numerari. Ex hac enim antiqui toros cõficiebãt, vnde nomẽ accepit: quia antiqui ſtœbe vtebãtur πρὸς στιβάδας cõficiẽdas, id eſt, ad toros parãdos, adeò lentorẽ habebat: noſtra autẽ ſcabioſa lẽtore caret, imò apprimè frangit. Herodotus etiam teſtis eſt, ex ea antiquitus veſtes parari. Et Theophra. ſexto de plantarũ hiſtoria, inter aculeatas numerat phleõ, inter illas præſertim, quę folia habẽt ſecundum ſpinas, vt tribulos: hæc verò noſtræ ſcabioſæ non quadrant. Imò & Pauſanias ex ea fieri retia ſcriptum reliquit, quæ noſtræ ſcabioſæ conuenire non poſſunt. Adde ſtœben adſtrictoriam vim habere, ſcabioſam verò minimè. Nam ita appellatur, quia cõtra ſcabiem valeat: ſtœbe verò cõtra ſcabiẽ valere à nullo authore ſcriptum eſt. Quam ob rem antiquorum ſtœben, & nũc vocatã

ſcab

scabiosam diuersas esse oportebit, vt vulgaris herba potius dicēda sit, quam ab antiquis pertractata, cutaneis ægritudinibus ex salsugineis humoribus apta. SE. Habétne alias vires, an tātum scabiei aduersatur? BR. Recentes, quædam inepta carmina tépore Vrbani pontificis facta adducunt, quę adeò insciti a opplentur, vt pudeat me referre. SE. Nisi ægrè tuleris eamet carmina recēsebo, vt experiar an memoria exciderint: his enim carminibus plurimùm oblector. BR. Vt lubet proferas, sed citò expedias. SE.

Vrbanus per se nescit pretium scabiosæ.
Nam purgat pectus, quod comprimit ægra senectus:
Purgat pulmonē, laterisq; simul regionem:
Rumpit apostemata, lenit virtute probata
Emplastrata foris rumpit anthracem tribus horis,
Intus potatur, & sic vnus euacuatur.

BR. Si stœbes vires considerétur, eadē nullo modo sunt, quāuis Pādectarius stœben esse contēderit. Sed miror admodū, cur in istis carminib⁹ cōtra scabiē valere scriptū nō sit: nisi dixerimus omissum esse, quoniā ex ipso herbę nomine deprehēditur. Tu autē in Ferrariensi agro hāc herbā colliges, vbi ingens copia virēt, cuius folia, & semina seruāda iubeo. Eodē nomine, & à Gallis appellatur scabioſe,

bioſe,à Cretẽſibus, vulgò à ſtabrocortho,à Polonis polna driakyevv,alii dryakachi dicunt.Calida eſt in ſecũdo ordine in medio, ſicca in principio ſecũdi. SE. Caryophyllata ſequitur.BR.Ex radicis odore hæc herba no men ſumpſit.SE. Quia caryophylli odorẽ habet(vt arbitror) ſed cuius caryophylli? BR. Nõ habet omnino noſtri caryophylli,id eſt, pulcherrimi illius floris,& ſummę odorati, quę in fictilibus frequẽtẽ habemus. SE. Niſi graue ſit tibi (licet præter intentionẽ) quo nomine ab antiquis caryophyllus noſter appelletur,edoceas.BR. Nunq̃ apud antiquos ipſum reperi,quod tamẽ admiratiõe dignũ eſt,quũ dignus ſit ille flos,vt à digno autho re pingeretur:lõgius enim decepti ſunt, qui cyanũ eſſe arbitrãtur. Nã cyan⁹ ſtatim poſt roſam ſequitur: nos batiſoſelam corrupto vocabulo, quaſi baptiſeculã dicimus, quia ſecãtibus,& metẽtibus officiat,retuſa in occurſu eius falce,vt Hermolaus in leucoio docet.Nã & ſeculã veteres dixere falcẽ. Ad rẽ noſtrã redeũtes,nõ habet etiã odorẽ caryophyllata illius fructus, quo in aromatibus pro cõdiẽdis obſoniis vtimur:at ſuauẽ odorẽ habet, vt ille ſuauis eſt, q̃ in caryophyllo flore ſentitur, vnde ob ſuaueolẽtiã illi flori cõparatur,imò & in illũ quodã modo inclinat.Plurimis, & præſertim Pandectario,eã

esse placet, quæ apud Galenũ lapagum dicitur. Hic bonus vir scribere debuit lagopũ, quasi pedẽ leporis. Nam Galenus de lagopo in simpliciũ medicamentorũ facultatib. tractat, quã facultatis adeò exiccãtis esse dicit, vt alui fluxus ꝓbè exiccet: quas virtutes illi attribuit Pandectarius ex mente Galeni, vt constet, quod Pandectarius corrupto vocabulo lapagũ dixit, scribendũ fuisse lagopũ. Quem errorem Genuensis euitauit, quippe qui nouit lagopon, id est, pedẽ leporis caryophyllatam nõ esse, vt certum est, si quis antiquorum authorũ picturas cõfideret. Dioscorides tamẽ, Galenus, & Paulus eã nõ describunt, nec etiam Plinius; sed hic tantùm in segetibus nasci dicit. Dioscor. autem φύεται ἐν πρασίοις, id est, in hortorum areis nascitur. Constat autem caryophyllatã in montibus nasci. Ad hæc herba, quæ pes leporis dicitur, à nullo descripta reperitur, præterquã à Genuẽsi, qui in antiquo Dioscoride pictã vidisse fatetur pusilla habentẽ folia in triãgularẽ figurã vergentia, per omnes ramulos vtrinq; ab ambobus laterib⁹ cõtinuata per totam humilem plantam, expãsam per terram. Nos verò in altero Dioscoride speciẽ alterã leporini pedis circumcirca incisi vidim⁹. Ea in acetariis vere vtimur. Ad nostrã autem caryophyllatam reuertẽtes, quã recent

centes ſanamundam,& auãtiam, & oculum leporis vocãt,& quam nõ eſſe lagopum certe ſcimus, nec apud Dioſcoridẽ reperiri. Si aliqua tamen ſit apud antiquos, eã eſſe ſuſpicor, quam Plinius lib.xxvi.cap.vii.geũ appellat, quãuis in aliquibus codicibus gethis legatur:hãc radices nigras,& bene olẽtes habere tradit. nõ autẽ dicit caryophylli odorẽ habere,qa apud ipſum hic flos ignotus erat,ſed bene olere:quia re vera optimꝰ odor eſt.Ad eadem etiã geum valet, ad quæ iam dicta caryophyllata, ad pectoris inquã & lateris dolores,& cruditates iocundo ſapore diſcutit, ad quæ radix caryophyllatæ valet:quãuis & ad alia multa caryophyllatę radicis ſit in re medica vſus.In his mõtibus eã colligas,vbi copia eſt,radicesque ſerua,& folia.SE.Nullus eſt apud medicos foliorum vſus.BR.Tu aũt & folia ſerua,quæ ad multa valent.SE.Deinceps ſeruabo.BRA. Galli ſalmonde,ac ſi ſanamundam dixerint,eam appellant,Germani negeles kraut,tanquam caryophyllorum herba dictum ſit, à Polonis kucklik dicitur.SE. Argumentũ id tuum parum ſalis habere videtur,quo probare niteris geũ eſſe caryophyllatã,quoniam vtrunque pectori,& lateris dolori proſunt,& quia Plinius radiculas illas boni odoris eſſe tradidit. At hæc à viribus ſumpta ratio, parui.

est momẽti,cũ multæ sint herbæ,æquali facultate præditæ,tamẽ eædem nõ sunt. BRA. Video vbi in nos cauillari potes, cauillos exerces,nec pro conscientia res,vt sunt,conside ras:non equidem diximus geũ caryophylla tam esse,& fortè nõ credimus:sed legẽtibus considerãdi ansam præbemus,& quibus cõueniant simul ostendimus,sint quæcunq; illa:propterea tu probè consulere debebas,nõ reprehendere , & cognoscere à nobis id certè nõ affirmari. Etenim non ignoramus exviribus argumẽta nõ demõstrare:aliquid tamẽ est si vires conueniant , & aliquid si in odore cõueniãt. SE. Lapatiũ syluestre sequitur. BR. Pro syuestri lapatio quam herbam seruas? SE. Eam,quę vulgo rumice appellatur. BR. Rumex Latinè dicitur, & lapathum potius,quàm lapatiũ dicere oportet,si quis Dioscoridis verbis vti voluerit. Cuius multæ species sunt , quæ sub capite acetosæ ab Auicenna ponuntur , quãuis acetosa sit vna tantùm species. Verùm deceptus est in ea voce ἰξὺ, vt multi Latini fecere , quæ acutũ significat. Acuties autẽ in aceto est,& per similitudinẽ in aliis rebus, vt ensis acutus. Vnde vna tantùm lapathi species quo ad saporẽ acuta est,quã acetosam,& herbã bruscã vocamus. Aliæ quo ad formã acuta folia habẽt.quã ob rẽ quod à Dioſc.de satiuo simile

dicitur

dicitur, propriè rumex est, & lapathũ syluestre, quod seruatis: quãuis nõ multũ differat, quãcunq; specié sumatis, qm̃ easdẽ ferè vires habẽt. Ferrariæ vberius crescũt. semina, folia, & radices seruabis. Galli parelle rouge, Lusitani labaras, Germani cletten, Poloni kobili sczaroi, alii dicũt sezovvmelky, Hispani lãpazos hãc herbã appellãt. Est frigidũ in primo ordine, siccũ in secũdo. s. Euphragia occurrit. B. Herba pulchro nomine insignita, quã tamẽ antiqui ignorarũt: nihil enim de ipsa apud Dioscoridem, Plinium, Galenum, Paulũ, aut Aetium reperi. Herbula parua est pimpinellæ similis, adhil etiã vocata, sed folia minora habet. Nec multos ramos habere putãt recẽtes, tamen in summis mõtibus tum Bononiẽsibus, tum Mutinẽsibus fruticosissima inuenitur: sed in decliuioribus locis ferè in vnũ stipitẽ crescit, flores in albũ vergũt. Hermolaus lib. IIII. corollarii, vbi de saxifrago tractat, luteolos esse dicit. Integram plantam serua ex his mõtibus collectã. Pro hac Mutinẽses, & Bononienses montes ascendunt multi pharmacopolę. In plano etiã nascitur, sed est multò efficacior in montibus. Galli eodem modo euphraize, Germani augentrost appellant, tanquam si dictũ sit, oculorũ solamẽ, propterea à multis ophthalmica, & oculuria nucupatur, à Po

lonis szvvieczki dicitur. Calida, & ſicca eſt in primo ordine. SE. Millefoliũ ſequtur. BR. Multæ herbæ apud antiquos in hoc nomen veniunt, vt quarta ſpecies ſideritis, & ſtratiotes terreſtris. Ea tamen verè millefoliũ eſt, quæ à Dioſco. myriophyllon appellatur, & à Plinio lib. XXIIII. cap. XVI. Sed noſtri pharmacopolæ quibuſdam mulieribus credẽtes alias herbas pro millefolio accipiũt, vt ſtratiotem terreſtrẽ, quartam ſpeciẽ ſideritis, & alias quaſdam. SE. Tu quam ſumere debeã, oſtende. BR. Omnibus ferè eædem vires inſunt, quia vulneribus aptæ. In his montibus nõ naſcitur, aut ineffícax eſt. Ferrariæ habetur, q i paluſtria loca amat. Ea eſt, quæ vnũ ſingularem caulem habet tenerũ, & vnã radicẽ, foliis fœniculi pluribus, ſubrubicũdũ, & denſum, tanquàm de induſtria ſit ita factũ puniceũ, & perpolitũ. Herba ipſa ſeruatur. Eodẽ ferè nomine Hiſpani, vt nos vtuntur millafolio. Eodẽ & Galli mille feulles, Germani grab dicunt, quanuis & nonnulli ſchaffripp, id eſt, ouinam coſtã, & alii relic dixerint. Tamen incertus ſum, an vero millefolio, vel aliis herbis ita appellatis hęc nomina tribui debeãt. Poloni kvvvavvnik vocant, Cretenſes vulgo phillyophyllon. Frigidum eſt, & ſiccum ordine ſecundo. Gal. in VII. de ſimp. med. facul. dicit eò deſiccatoriæ

riæ facultatis esse, vt vulnera glutinet. SEN. Pes columbinus sequitur. BRA. Apud antiquos Græcos hanc herbam multùm quæsiui, quia eius nomẽ, Græcorũ impositiones sapere videtur, quippe qui herbas, vt excellẽtiori nota cognoscerẽtur, ex notissima re, cui assimilarentur, denominarũt, vt pes leporis, pes coruinus, pes accipitrinus, pes locustæ. At nomen hoc, nec apud Dioscor. Theophrastum, Plinium, Galen. aut alterũ ex antiquioribus mihi occurrit, qui de herbis pertractarunt. Recẽtes amomum colũbini pedis speciẽ esse cõtendũt, quũ ita à Serapione existimatũ sit, tamen apud antiquos hoc nusquam repertũ est. Imò si amomi figurã cõsideremus, fruti cẽ esse pusillũ, ceu ramũ è ligno conuolutum, & sibiipsi implicitũ, statim decernemus nullã esse notam, qua cum columbino pede conueniat. Hæc enim nomina à similitudinibus cum his animalium partibus imposita sunt: quam ob rẽ nescio qua ratione & Serapio amomũ pedem columbinum esse putarit, quãuis nomina ad placitũ sint, sed & ad placitum est Barbaris credere, quũ sine ratione loquuntur. Pandectarius anagyrin, columbini pedis speciem esse fatetur. Sed Dioscor. perlecto, nullã similitudinem habere percepi. Quippe anagyris folia, & virgas viticis, id est, agni casti ha-

bet, quæ folia nihil cũ colũbino pede cõueniunt. Auerrois de columbino pede quinto Colliget tractatu, frigidũ in primo, ficcum in secũdo docens, tamẽ eius effigiẽ non describit, vt ferè opus sit colũbinũ pedem vaticinari. Quidã verò geraniũ esse putarunt: à quibus sponte discedo, quoniã geraniũ diuisuras maiores habet, quàm anemones: at nõ ita magnas pes colũbinus habet, nec etiã rotunda radix ipsi inest. Quicquid autẽ sit, nostri pharmacopolæ herbulam quandam seruãt, quæ sex, aut octo ramulos profert pusillos, subtiles, in quibus folia insidẽt, rotunda circũcirca incisa adeò, vt colũborum pedes, à nobis calceatorũ appellatos, imitari videatur: an modò illa sit, vel quæ apud antiquos hæc fuerit, incõpertũ habeo. Tamen duas herbas in Ferrariẽsi agro iam diu noui, maiorẽ vnam, alterã minorẽ, quæ earum forma columborũ pedes imitãtur. Ego potius maiorẽ colligerem, aut ambas omitterem, veluti apud antiquos ignotas. Eas autẽ in Ferrariẽsi agro quærerẽ, vbi virẽt egregiè. SE. Hæc herba omitti non potest: aliqui trochisci diacoralli, qui theriacã ingrediuntur, fieri nõ possent. BR. O ingens recentiorum ignauia, nulli sunt trochisci diacoralli, qui theriacam ingrediãtur, sed est magna hedychroon, de quo Gale. & in libro dẽ

ther

theriaca ad Pisonẽ, & in antidotis tractat, nescio quomodo vocabulũ hedychroon in diacoralli corruperiut. In hoc verò magmate nec coralli, nec pes colũbinus insunt. Hæc autẽ aliàs à nobis vbertim tractabuntur. Folia, & radices huius herbæ Ferrariæ habere studebis. A Germanis hæc herba tauben fus, id est, colũbæ pes dicitur. nam apud ipsos tauben colũba est, & fus pes. Neapoli amomũ vocãt, fortè Serapionẽ sequẽtes. A Polonis go oxbia noga dicitur. SE. Persicaria sequitur. BR. In Ferrariensi solo copiosè crescit iuxta aquas, & in humentibus locis præsertim. Recẽtes duas species faciunt: alterã, quæ in medio folio nigredinẽ quandã, veluti oculus, habeat: alterã verò, quæ non habeat. Herbã esse, quæ valde exiccet, certũ est: & quisq; qui experiri voluerit, probare poterit. Quid autẽ sit apud antiquos, incertum videtur. Putãt nõnulli esse Dios. hidropiper: & certus sum (quoad meliora inuenerim, quicquid sentiat Hermolaus) eã persicariæ speciem, quę lituris caret, hydropiper Dioscoresse, quoniam saporem piperis habet, acrisq; est. Cum Hermolao autem sentio, eã speciem, quæ lituras habet, hydropiper nõ esse. Mirum enim esset, Dioscoresse notam ita celebrem omisisse. Adde quia foliis menthæ cõparat, nos autem perfici, alii laurinis

foliis. Sed altera persicaria, cui maculæ desunt, in omnibus cum hydropipere conuenit. habet enim florē album, spiceum, acrē gustum, minutū semen, caulē nodosum, rubrum, longum, & folia menthæ cōferri possunt. Auic. piper aquæ vocat: quæ & si piperis saporem nō habeat, tamen veluti piper acrē habet. Et Auic. inquit, in gustu suo saporem piperis habere. Fortè igitur nostra persicaria hydropiper Dioscoridis est, & Auic. piper aquæ, Plinii piperitida, & siliquastrum. Hæc autē per suspicionem dicta sint: tamen quæ de hydropipere alias suspicatus sum, omittere decreui, BR. Ne quicquam præter-
mittas obsecro: tuis enim verbis plurimùm delector. BR. Erectis igitur auribus audias. Nunc in fictilibus supra fenestras Ferrariæ herba habetur, quæ sine odore est, tamen acrem saporē habet, vt piper apud nos Hispanum piper vocetur: alii piper ex Calechut. hanc herbā hydropiper esse arbitratus sum. Vnde & à Plinio ob siliquam, quam facit, siliquastruna dicitur. Vnus tamen scrupus adest, quia Dioscoridis hydropiper semen acinosum habere scribit: piper autē hoc vulgare vasculū habet, in quo semē continetur. Dicitq; folia albiora esse foliis mēthæ, at huius piperis folia, adeò viridia sunt, vt in nigrū inclinēt: in reliquis tamē optimè quadrat,

drat,vt nec pictor aptius pingere potuisset. Legi tamẽ Dioſc.in quo legebatur, ſemẽ in vaſculo.& Marcellus fatetur ſe vidiſſe antiquum Dioſc.pictum,literis antiquis Longobardis ſcriptũ,in quo erat effigies ſeminis in vaſculo.SE.Hoc ergo piper, quo religioſi Carthuſienſes in teſtaciis loco veri piperis vtuntur, Dioſc.hydropiper eſſe cenſebat?BRA.Suſpicatus quidem ſum:ſed an ſit, alii iudicẽt.Prope aquas nõ naſcitur, vt noſtra perſicaria,quæ a Gallis curage,à Polonis rdeſt nũcupatur.Calidum eſt, & ſiccum ordine tertio.SE.Id mihi non ſatisfacit,cùm probas perſicariam,quæ lituras habet, hydropiper non eſſe, quia Dioſc.tam celebrẽ notam non omiſiſſet.Tamen Dioſco.videmus pluribus in ſimplicibus id facere, quoniam ſuis coloribus illa non pingit,& linea mentis egregiè.BR. Video te litium amore potius capi, quàm veritatis. Quid hoc ad rem?& ſi multa omittat in ſimplicibus delineandis Dioſc.tamen non omittit tã egregia.Adde nos hac in parte per ſuſpicionem loqui,& nihil certi aſſerere.SEN. Parietaria ſequitur.BR. Hæc & à muris muralis herba,ſicut à parietibus parietaria vocatur. Noſtrum vulgus ob lucidam quandam viriditatem vitriolum appellat. Nam veluti vitrum ſplendeſcere videtur,vel quia vitrea

vaſa

vasa hac abstergunt. Vnde Auic. herbam vitri appellat: quoniam (vt inquit) ea vitrum abluitur. A Cornelio Celso muralis, & muralium dicitur. SEN. Apud antiquos quæ herba est? BR. A Dios. lib. III. helxine dicitur, quæ in parietibus nascitur, & sepibus. Caules habet leuiter rubentes, folia herbæ mercurialis, hirsuta, semine obducto circa caules, & tenaci, vt vestibus etiam hæreat. Si qs autem nostram parietariam consideret, hãc esse videbit à Dios. suprà depictam, de qua Plinius lib. XXII. cap. XVII. quam tamen ipse folia mistæ similitudinis inter plantaginem, & marrubium habere dicit, in reliquis cum Dios. conuenit. At plures aliæ herbæ helxine appellantur, hæc & parthenium dicitur. Vnde Leonicenus in epistola ad Angelum Politianum, Plinii errorem animaduertit, qui lib. XXI. cap. XXX. partheniũ à Celso perdicium, & muralium appellari cẽset, quum tamen muralium apud Celsum hæc parietaria sit: parthenium verò, de quo hîc tractat, chamęmalon est, si parthenii chamę mali proprietates cõsiderentur. Hæc autem nihil ad nos. Appellatur & helxine parthenium, quia in hoc nomẽ multæ herbæ coincidunt. Satis autem habeas helxinen parietariam esse, quam in Ferrarienſibus parietibus frequẽtissimã habemus. Nec deest nobis

bis altera helxine, quæ myosotis dicitur, quasi muris auricula. Nostrũ vulgus pauari nã vocat, quoniã pauaris, id est, iunioribus anseribus (ita enim Ferrariæ iuniores anseres vocãtur) sapit. Quanquam ab aliquibus alsine à Dios. & non helxine, dici existimetur. Nõ tamẽ ea est, quã Germani meuszœrlin, id est, muris auriculã nominãt, licet idẽ sit nomen: quia Germani lanuginosam alteram herbam ita vocant, quæ nõ est vera antiquorum muris auricula. Hæc autẽ aliâs. Potius autem esset helxines proprietates recensere, ob hoc præsertim, quia error maximorum medicorum est, qui ea pro calida & ficca vtuntur, quũ tamẽ frigida sit: quippe ex parietaria pro frigida materia, & in doloribus ex ventositate fométa parãt. Tamen Dios. frigidæ, & adstringentis naturæ esse contendit. Idem Celsus, Plinius, & Paulus, deniq; Gal. & Aetius etiam humiditatẽ habere fatentur: quæ proprietates eos manifestè errare demonstrant, qui pro aperiente herba, & resoluente, ac vrinam prouocante accipiunt. Si autem dolores sedari quandoque acciderit, id fit aut propter admistum oleum, aut actualem caliditatem. Nonnulli autem recẽtes folia quidem frigida dixere, caulem autem calidum. quod quàm verum sit, cæci iudicent. Pãdectarius quoq; tribus

versi

versibus sui ipsius obliuiscitur. Primò enim parietariam calidam & siccã in tertio gradu fatetur. Postea Dioscor. & Gal. adducit, qui frigidam esse contendunt, & ad ægritudines calidas valere inquiunt. Arbitrórq; Auicẽ. deceptum, qui ad phlegmatica apostemata valere censet: postea eiuscemodi apostemata numerans erysipelã, & calida apostemata scribit. SER. Hæc tamen consuetudo inoleuit, vt pro calida herba sumeretur. at quid in causa fuerit, libenter scire percupio. BRA. Quod sentio lubens edocebo: Hæc herba præter nomina dicta, parthenium etiã appellatur. Est autem parthenium herba, quæ vulgò brusaculo dicitur, vel etiã matricaria, si foliis coriandri latioribus cõparetur, & nõ tenuioribus, calida, & quæ pro fomẽto ad dolores valeat. Quũ scriptũ reperere partheniũ, hanc parietariã pro illa, quę verè partheniũ est, accepere: & ita apud recentes sine ratione inoleuit. Hermolaus Barbarus in helxine, parthenium matricariã esse testatur. Nos tamen re vera potius vocatũ brusaculum arbitramur, cum foliis coriandri tenuioribus cõparatur, quod apud Serapionẽ matricaria videtur. Quicquid tamẽ sit, etiã si illam sumeres, calida est, & frigidis doloribus occurrit. Deniq; parietaria in aliis locis, q̃ Ferrariæ, herba vrceolaris nũcupatur,

quo

quoniã vrceos vitriatos illa abſtergũt. Nos verò à vitro potius, q̃ à vaſe, nomen dedimus. De hac autẽ herba finẽ feciſſemus, niſi in mentẽ veniſſet, Aetium ſummũ virũ ca. XXIII. XI. libri, vbi remedra ponit ad ſuppreſſam, & ægrè prodeuntẽ vrinam, vltimo loco remediũ ponere: Perdicium herbã terito, & affuſo oleo feruefacito, atque ita veſicæ imponito. Eandẽ etiã herbam cũ oleo coquito, ipſaq; proiecta, lanã oleo imbuito, ac imponito. ſi quis autem conſideraberit, quid perdiciũ ſit, apud Aetiũ ipſum, Gale. & antiquos, videbit parietariã eſſe, qua tamẽ Aetius vtitur, vt calida, quia ad prouocãdã ſuppreſſam vrinam. Nec opus eſt eò fugere, q̃ id ex accidenti faciat, caloré naturalem reuocando: quoniam plura alia magis apta ſunt, quàm helxine: nec tãta frigiditate imbuta eſt, præſertim oleo iam dicto iũcta, vt naturalem caloré reuocare debeat. SE. Errauit ergo Aetius? BR. Quid in hac re ſentio, edocere ſtatui. Aetius cap. XXI. de iſchuria, id eſt, vrinæ ſuppreſsiõe, tractat omnes modos, quibus fieri poteſt, & curandi rationem oſtendens: capite autẽ XXII. non ſolùm ſcabiem veſicæ, ſed & cõpoſita medicamenta ad ſuppreſsionẽ vrinæ ſcribit. at XXIII. cap. ſimplicia remedia ad ſuppreſſam vrinã edocet, & præſertim ſi aut multitudo materiæ,

aut

aut crasities in causa sit. Supra autē ca. xxi. inter alias causas suppressionis vrinæ vnam dicit, quoties aliquis ob negotiorū importunitatem, aut contionem, aut quia in loco sit vbi mingere nō possit, & vesica impleatur, tunc enim os eius magis cōstringitur, docétq; modū curandi, qui fit per cōpressionē manus supra imū ventrē, vt vrina lentè exprimatur. Capite verò xxiii. vbi simplicia remedia ponit ad cōpressionē propter multitudinē, & crasitiē, remediū perdicii scribit, quod valet ad cōpressionē propter multitudinē: nā perdiciū, id est, helxine, vel parietaria, est frigidæ & adstringentis naturæ. Adstringēs autē est tāquam manus, quæ exprimat, & paulatim vrinam exire faciat. Itaq; arbitror Aetii cōtradictionē soluēdā esse, & demōstrandū his, quæ dicta sunt, nō contradicere. Hispani ferè vt nos paritariā remoto e, Galli paritoire dicūt: quidā verò Germani Santpeters kraut, id est sancti Petri herba. alii verò tag vnd nacht, id est, die noctúq; appellāt: vtū túrq; eo nomine in sophismatibus, & cauillis amatoriis. Is enim qui amat, die noctúq; amat: tamen si apud ipsos tag vnd nacht herba, flores habeat partim luteos, partim purpureos, & propterea sit ita appellata, qa purpureus color nocte, & luteus die significet, tunc certus sum nostram

ſtram parietariam, non eſſe tag: vnd nacht Germanorũ: & ideo malè eo nomine in helxine vtuntur. Quum verò ſint, qui eam eſſe contẽdant, quã nos vitriolum appellamus, & eſt iam dicta helxine, digladiari in hac re nolumus, ſed omnes ſuo modo propriis nominibus vti ſinemus. A Polonis noczydzin dicitur, à Venetis veriol, à Cretenſib. vulgò perdiculi, à Cydoniẽſib. colizaui, ab Hiſpanis paritaria, à Romanis polatora, à Neapolitanis herba de muro nũcupatur. SE. Ratio tua mihi non ſatisfacit, qua Aetiũ à calumnia tueri ſtudes: nẽpe adeò vehemens in helxine adſtrictio non eſt, vt manus vice ſupra imum ventrẽ poſita adeo comprimere poſſit, vt paulatim vrina exeat. BR. Cur dubites id fieri poſſe ignoro, imò tanta adeſt adſtrictio, quãtulacuq; ſit, quæ id efficere poteſt: tũq; meliorẽ anſam tuendi à calumnia Aetium porrigere debebas. Nos enim ſolutionem illam propoſuimus, quę cęteris aptior videretur pro Aetii defenſione: at tu ſtudio ſolùm cõtradicendi cauillaris. SE. Cuius eſt qualitatis? BR. De recentioribus mirandũ eſt, qui illam in tertio ordine calidã, & ſiccam fateantur, quum & Dioſco. & Gal. & experientia frigidam, & ſiccam eſſe oſtendant: propterea in primo ordine frigidam eſſe dicimus, & in ſecundo ſiccam, quanquam

& nonnihil habeat humiditatis, quare partium diuersarũ est. s. Ideo ad arboream hederam veniamus. B. Hedera absolutè dicendum erat. Nã & si in specieb. differẽtiæ sint, quoniam aliqua alba, alia nigra, & aliqui in marẽ, & fœminã partiũtur, mas helix dicitur, quoniã fructum nõ gignit, vulgus tamen arboreã dixit ad differentiam sue terrestris. de qua aliàs agemus: quũ tamen absolutè hedera dicentes, arboream solã antiquiores indicẽt. Notissima est apud nos hedera, & in Ferrarien si agro abundans, circa arbores, & parietes repens, quos per tẽpus exedit. Si plura scire cupis, Dioscо. lege, & Pli. libro xvj. cap. xxxv. Cuiuslibet generis folia, semina, corymbos, succũ & lacrymã, quam vulgus gummi hederæ appellat, seruat: at succum nigræ ab alba, & corymbos segrega. SE. Differtne ea, quæ circa parietes repit, ab ea, quę circa arbores? BR. Non quidem specie: at hæc magis arida est, quæ parietibus inhæret. SE. Fortè magis humida, si puteo aliquo, aut cisternæ inhæreat. B R. In eo certus sum. A Gallis lierre, quasi hedere, à Germanis verò ephevv, ab Hisp. ẽdera, à Cretensib. vulgò chison, à Polonis bluszcz nuncupatur, tamen Poloni terrestrem hederam bluszcz polny vocant, arboream verò bluszcz dzreuni. SE. Cuius est qualitatis hedera?

dera? BR. Gal. illam miſtæ facultatis eſſe dicit, calidæ inquiunt, frigidæ, humidæ, & ſiccæ: tamen ſimpliciter in primo ordine frigida dici debet, ſicca in ſecundo, licet diuerſæ ſint de ipſa diſſertationes. S E. Branca vrſina occurrit. BR. Ex ſimilitudine, quam eius folium cum anterioribus vrſorum pedib. habet, vulgus brancam vrſinam appellauit. Pulcherrima herba eſt, & quã architecti in columnarum baſib. ornandis, aut epiſtyliis poſuere. Quænã ſit hæc apud antiquos, frequenter dubitaui: denique antiqua vaſa, & columnæ in eius ſuſpicionem me adduxere, vt acanthum eſſe iudicarem. Nam antiqui molli acantho pateras pingebant, & in columnarum baſibus acanthi folia ſculpebant. Vnde ſuſpicatus ſum, quã acanthum Dioſco. & Pli. ac alii appellant, noſtrã brancam vrſinam eſſe. Nec moueor, quòd acantha ſpinam ſignificet: quoniam hæc herba ſpinoſa quidem eſt, ſed mollibus ſpinis. Ideò à Vergilio mollis acanthus dicitur in Menalcæ, & Damœtæ concertatione, Eclo-ga tertia, cùm inquit Damœta:

Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum eſt anſas amplexus acantho.

Et in quarto Georgicorum libro, vbi de Sene Corycio agit, mollis acãthi mentionem facit, cùm inquit:

Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,

SEN. In acantho ambigo, an branca vrsina sit, cùm à Vergilio acanthus semper virescere dicatur. Nam in secundo Georgicorum libro, vbi de his loquitur, quę quacunque terra feruntur, inquit:

Quid tibi odorato referam sudantia nigro,
Balsamáque, & baccas semper frondentis acanthi?

BRA. Semper viret acanthus, & baccas fert, quæ & in branca vrsina requiruntur: nam & hyeme viret, & baccas fert. SE. Non possum & ab hoc abstinere, eundem authorem voluisse croceum esse acanthi florem, cùm tamen croceus nō sit. Quòd aūt id velit, manifestè apparet lib. Aenei. primo, cùm Ascanius munera fert, vt Didoni præsentet, hæc quæ sequuntur enumerantur:

Ferre iubet pallam signis, auróque rigentem,
Et circuntextum croceo velamen acantho.

Adde ꝙ deinceps in eodē libro, hæc munera à Cupidine referūtur, & non ab Ascanio, qui à Venere sublatus erat, à Vergilióque subscripta carmina succesiuè adduntur:

Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iulum,
Flagrantésque Dei vultus, simulatáque verba,
Pallámque, & pictum croceo velamē acantho.

BR. Ex his colligi nō potest poetam voluisse acanthi florem esse croceum: quoniam re

vera

vera croceus dici non potest, sed inquit velamen illud esse pictum croceo acantho. Is enim, qui acu pinxerat, croceo colore vsus erat. Vel ob id dictū est, quia acanthi folia, cùm veterascūt, crocea efficiūtur, aut in croceum quēdam colorē tendunt: propterea à Vergilio dici poterit, Acanthū. i. brancam vrsinam, croceam quodam modo esse. Eius folium plerisq; locis in columnarū capitulis visitur, quæ Corinthiacæ dicūtur, ob ornatum in morē Corinthiorū. Vnde non deterreor, q; præduras spinas nō habeat: satis enim est, vbi flores exeunt veluti spinas habere. In maximo honore apud antiquos fuit, & in hortis pro tegēda terra eius foliis vtebantur. In omnib. autem, Dioscō. Acanthi descriptio brancæ vrsinę conuenit. nam folia multò, quàm lactucæ, latiora, longiorāque habet, erucæ modo incisuris diuisa, nigrescentia, & cum molli læuore pinguia, idem & in caule læuor, quē altitudine duorum cubitorū erigit, crassitudine digitali, per interualla sub ipsum vsq; verticē foliis quibusdam oblongis veluti nucamentis aculeatis vestitū, ex quib. candidus prodit flos. Semen illi est oblongum, & luteū, capitulum thyrsi figura, radices lentore molles, mucosæ, longæ, rubentesq;. Si brancā vrsinam spectare volueris, huic descriptioni

adeò quadrare cernes, vt nullus vel cæcus eam esse ambigere possit. In hortis etiã, & humentibus locis nascitur. Nec te moueat Dioscorides qui eam herpacanthũ vocari doceat, quoniã serpit: hoc enim serpere in foliis tantum, quæ prope radices sunt, intelligo. nam hæ per terram extẽduntur. Galli, vt nos, appellant: quidã verò Germani eugelvvurtz, Poloni barscz dicũt. SE. In tuam sententiam descendo. Sisymbrium ad manus venit. BR. Ne diu verbis immoremur, ea herba, quam nos menthã Florentinam appellamus apud Dioscori. & antiquos sisymbrium est. folia enim habet menthæ similia, & magis odoratum est, & nisi excolatur, in nepetã aspectu degenerat, sed in mentham odore. & id plerunq; expertus sum, Florentinã menthã terræ absq; cultura derelictã in nepetæ aspectũ transiuisse. SE. Multi sunt, qui pro sisymbrio serpillũ accipiũt. B. Hi summè aberrãt, quia sci pillũ altera species est: tamẽ sisymbriũ ab antiquis serpillum vocatur. Et hoc fuit ansa plurib. errãdi, qui sisymbriũ apud authores inuenientes, serpillum exponũt. In Apennino mõte prope Florẽtiã egregiè nascitur, propterea methã Florẽtinã appellauimus, quanuis alii ob odorẽ, gentile mentham. i. nobilem dicere maluerint. Hi denique fallũtur, qui centonicum, & qui absynthium

thium Ponticū esse arbitrantur. Germani & hoc mintz nomine menthæ cōprehendunt, Poloni liebrotka vocant. Calidū est, & siccū ordine tertio. SE. Ad hæc ceruina lingua se offert. BR. De hac suprà mentionē fecimus, tamen nōnulla alia referre nō gr uabimur. Multas herbas nouim⁹ hoc nomine lingua ceruina insignitas: abs te scire cupio quam colligere statueris. SE. Quā scolopendrium appellamus. B. Apud antiquos phyllitis est, no scolopēdriū. De quo vnū animaduertas obsecro: Dioſc. inquit modò sex, modò septem folia habere. At in vna planta nōnunquam centum folia inuenies. Verū si extirpabis, varias plantas esse percipies, & nunquam septenariū numerum excedere. quod Serapio in suo scolopēdrio animaduertens inquit, Et eius cōpositio est tredecim pedū. Quo loco pinguiusculè errauit interpres: nā interpretari debuit, & eius cōpositionē, i. quancunq; plantā habere sex aut septem folia: interpres verò sex, & septē simul colligēs tredecim interpretatus est. Quā ob rem antiquorū lingua ceruina phyllitis est, licet excellēs Leonicenus in epistola ad Hermolaū linguā ceruinā apud antiquos hęmioni tidem esse dixerit, non aūt scolopendrium: A quo dissentire (licet prȩceptore optimo) sponte volumus, quum res ipsa alioqui de-

monſtret,& ſi modica ſit in forma differentia. Conſtat aũt Theodorũ Gazã in Theophraſto pro ſcolopẽdrio linguã ceruinã interpretari, ideo apud ipſum lingua ceruina non eſt,nũc vocatũ ſcolopẽdriũ,quod antiquorũ phyllitis eſt,ſed eſt verũ ſcolopẽdriũ, à nobis paſsim Arabes imitantibus citrach appellatũ. Quam ob rem alia res eſt lingua ceruina tua,quæ antiquorũ phyllitis eſt, & vulgare ſcolopẽdriũ,à lingua ceruina Theodori,quæ eſt verum ſcolopẽdrium.SE. Rem optimè accepi.duę sũt linguę ceruinę,phyllitis,& verum ſcolopẽdrium.BR. Ita eſt,ſed phyllitis eſt pharmacopolarum lingua ceruina,& cum re ſimilitudinẽ habet.Scolopẽdrium verò Theodori eſt ſolùm lingua ceruina. Quippe nullus author,prẽter Theodorum, verum ſcolopendriũ linguam ceruinã interpretatus eſt.Id fortè fecit, vt Latinam linguam ampliaret: ineptè tamen, quoniã verum ſcolopendrium à nobis citrach vocatum nullam cum cerui lingua ſimilitudinem habet.Hãc herbã Germani ſua lingua hirſzung,i.cerui linguam & ipſi vocãt. Poloni pſzic caziczki.Frigida & ſicca eſt in ſecundo ordine. Nonnulla à Ruellio experimenta tam vana de hac herba referũtur, vt referre nõ ſit opus.SE. Omnia ad libellã accepi.ſed primula veris occurrit.BR. Florentini

tini hac herba in acetariis vtuntur, & apud nos inchoante vere, quum omnes herbæ tenellæ sunt, edendo est. Verùm tanta herbarũ copia Ferrariense solum exuberat, vt in despectu sit. Herba est paruula, cuius folia supra terram extenduntur, & florem paruum fert, album, chamæmeli flori similẽ. Florũ verò extremitates phœniceum colorem. & valde floridum imitantur. De qua Pli. libro xxj. ca. xj. inquit, Florũ prima ver nunciantium viola alba, tepidioribus verò locis etiã hyeme emicat. Nos in Ferrariẽsi solo, quum mitiores hyemes sunt, per totũ annũ vidimus. Hęc est, quam vos pharmacopolę pro primula veris accipitis, à nostris mulierib. petrella dicta, ab aliis herba sancti Petri. Recentes etiam herbã paralysis, & alii Margaritam vocant, adeò nomina secundum placitum imponuntur: sed hi, qui illam passarellã dicũt, in altera herba decepti summopere aberrant: quũ aũt breui purpurea viola post albã sequatur, nõnulli purpureã primulam veris esse falsò cõtenderũt. Nam, vt præcitato loco inquit Pli. post albam ea sequitur, quæ appellatur purpurea, proximè flammea, quę phlox vocatur, & primula veris alba est. Nos hoc obseruãtes eodem ferè tempore & albam, & purpuream florescere percepimus, fortè temporis breuitate dece-

pti, quã vna alteram sequitur. Quicquid tamen sit, calidam & siccã ordine secũdo herbam esse cõstat: quapropter iliacis dolorib. & vterinis mirè succurrit. A Gallis coucou, à Germanis schlusselplũ vocatur. nescio vnde hoc nomen sumpserit: sua enim lingua flores clauiũ significat, fortè ob similitudinem, quam flos ille cũ bulla claui habet, nomẽ accepit. à Polonis biala lebyoka, à Neapolitanis primo fiore vocatur. SE. Foliũ Indum sequitur. BR. Nõnulli quidẽ nunc sicuti ante Dioſc. tempora hoc folium, Nardi Indici foliũ esse arbitrantur, sed falsò, quoniã foliũ est de se, quod ab antiquis in summo honore habebatur, malabathrũ dictũ, à quo & vnguentum foliatũ apud mulieres Romanas in summo honore fuit. Nõnulli etiã lenticulam paludũ Indiæ putarũt: sed decepti, quoniã Dioſco. foliũ esse tradit, quod paludibus innatat, sicut lenticula. i. res ea, quam vulgò zen appellamus: tamẽ nõ dicit esse lẽticulã, sed foliũ sine radice, vt lẽticula innatãs: dicitúrq; foliũ per excellẽtiã, quia nullũ folium odore, & perfectionẽ (dempto nardi folio, qđ tamẽ paruũ est) ipsum excedit. SE. Nos malabathri folia habemus, & Venetiis passim vẽduntur. BR. Dicísne illa oblonga, odorata, gustu acria, feruidáq;, veluti caryophyllonis. Illa inquam. BR. Caryophylli folia

lia sunt, nō malabathri, quæ cum nuce simi
litudinem habent. Venetiis aliud folium ha
betur, eodem nomine appellatū, quod Ale
xandria Aegypti aduehunt foliis lauri, ar
butive simile. Arabes tēbul appellāt, & Her
molaus ita etiā à Mauritanis appellari cen
set. SE. Optarē summopere, vt verū malaba
thrū mihi pingeres. B. Nullus author est, qui
illū verè pingat: Plin. tamē lib. xij. ca. xxvij.
de simplici malabathro verba facit. Vnū est
cuiusdam arboris folium in Syria, folium, in
quam, conuolutum, & aridum colorem ha
bens, ex quo oleum ad vngueta exprimitur.
Est aliud foliū, de quo Dioscorides, & eodē
loco Plinius, quod in Indiæ paludibus mo
do lēticulæ innatat, sine radice. Hæc duo ma
labathri genera. Venetiis mihi ostensa fuere
sed an illa essent ambigebam, quoniā nul
lus author est (quem nouerim) qui malaba
thrum verè pingat. Dioscorides dicit esse in
albo nigricās, & contumax frangi, solidum,
integrumque, odore qui nares feriat, & qui
summoto quoq; co persistat. Sapor eius sub
lingua nardo similis esse debet, scaberq;, ne
que vllo salis gustu. Plinius verò in aliqui
bus à Dioscoride dissentit. nā absolutè nigri
cans, non aūt in albo nigricans, vt Dioscori
des dicit: quippe candidū minus probatur.
Oribasius aūt dicit, subalbidū in ipsa nigre

dine

dine,quod etiam Dioscorides,nec vllo salis gustu inquit: Plinius econtrario,quodã salis gustu scribit. Itaque in Dioscoride legendũ censeo, quoniam hæc particula absque ratione posita esset: quia nullus gustum salis habere dubitat,nisi ex eo ambigi posse dicas,quia in paludibus nascatur. Tamen Oribasius & ipse in gustu salsedine carere dicit. Nos autẽ potius probamus aliquo salis gustu legendũ. Additq; Plinius esse croco odoratius, & eius odorem sufferuefacti in vino omnes antecellere.s. Eius effigiem potius videre optabam. BR. Id exprimere nõ possum, quod nec legi,nec oculis vidi. SE. Cuius facultatis est malabatri folium? BR. Galenus vij. de simp. medicamẽtorũ facultatibus libro, cum spica nardi simillimam facultatem habere dicit. SE. Ergo in primo ordine calefaciet,& in secundo exiccabit iam completo. BR. Ita esse constat,à Polonis list indivski vocatur. SE. De herbis ergo expeditũ est. BR. Tamen infinitæ aliæ herbæ ab authoribus scriptæ sunt. SE. Eas tantũ exaraui, quibus in officinis vtimur. BR. Tam paucis vtiminiàs E. His solùm,nisi aliqua mẽte exciderit BRA. Res medica breuis est,si hę tantũ in vsu sint, & nunquam medici aliis vtantur, quæ à summis viris Dioscoride,Plinio,Galeno, Paulo, Aetioque pictæ sunt: imo nonnullæ priuatim

tim magis aliquibus ægritudinibus succurrunt, quàm prædictæ. Dic aũt aliáne reliquisti, quę collecturus sis? SE. Plurima. BR. Quę? SE. Semina, fructus, radices. B. Nonne ista in herbis collegisti? SENEX. Non omnia, plura enim reliquimus. BRAS. Quid sequitur in tua charta? SEN. Semina statim describũtur. BR. Habéntne cum herbis eundem ordinẽ? SE. Fortè inordinatiori ordine digeruntur, sed colligentibus nihil refert. BR. Nihil quidem refert, tamen pulchrum est ordine quodam incedere. SEN. At inordinatio ipsa ordo quidam videtur, quia inordinationem penitus seruat. BR. Quicquid sit, tua semina, aut cum ordine, aut sine ordine digesta enumerare incipias. SE. Vt lubet agam: tamẽ oportunius erit cœnare, quoniam maiores cadũt altis de montibus vmbræ, & iam rustici à labore cessarunt, & nunc summa procul villarum culmina fumant, vbiq; enim cœnæ parantur. Post cœnam quiescemus, hodiernũ laborem remittentes, vt crástino mane tempestiuius huic negotio acrius operam dare possimus. HER. Et mihi iam renes adeò calẽt, vt vix interulam pati liceat, omniaq; mẽbra, præter dẽtes & palatũ, quietẽ expoſcũt. BRASA. Quis posset à tantis viris dissentire? omnia omittantur, & refocillandis viribus vacemus. Quisq; enim nostrûm hac re-

sum

summè indiget. Tugurium hoc virentibus herbis circunseptum ingrediamur. En rusticus mappam strauit, apud ipsum cœnabimus. SEN. In hoc quidem loco cœnabimus, sed nostris dapibus, quæ adhuc in hippopera superſunt. HER. Iam tempus est dare mébra quieti: ego supra hunc cumulum foliorum castanearum hanc noctem transire decreui. SE. Commodius erit, gratiusq; corpori lintea supra folia extendere. BR. Vt lubet: hoc vnum scio, nobis opus non esse cunabulo ad dormiendum. SEN. Non indigebimus equidem: & hæc aura, quæ spirat, culices abiget. BRASA. In montibus non sunt adeò frequentes, vt in conuallibus, & locis aquosis: hîc tamen non desunt. HER. Solares radii tecti rimas iam subeunt, nos autem dormimus? BRA. Miror, quum iunior sis, & magis defatigatus, primus omnium experrectus sis. HER. A cunis vsque assuetus sum tempestiuè surgere: imò diu vos dulci sopore pressos inspectabam, &, ne euigilarem, quiescebam. SEN. Eia, surgentes operi nostro incumbamus, vbi est mea charta, in qua semina scripta sunt? BRASAVO. Linteis heri vesperi tectam vidi, quippe sinu deciderat, quum tuum hoc colobium recingebas. HERBAR. En sub capite erat.

DE

DE SEMINIBVS, QVAE APVD Ferrarienſes pharmacopolas in vſu ſunt.

SEN. Latum hunc campum ingrediamur, in quo magnam herbarum copiam vireſcere ſ intueor, & ferè omnes ad ſemina peruenisſe.
BR. Nunc ſemina exarare incipias, vt diligẽtia tarditatem cõpenſemus. SEN EX. Iuſquiami ſemen primum locum inter ſemina occupat. BRA. Tres hyoſcyami ſpecies a Dioſcoride numerantur: vna flore purpureo, ſemine nigro: altera flore luteo, ſemine flauo: tertia flore, & ſemine albis. Duæ primæ ſpecies inſaniam faciunt, tertia in vſu medico habetur: & Ferrariæ inter ruinas, & rudera creſcit: eius tamẽ maiorem copiã habemus, quæ florem luteũ habet: verùm & florẽ albũ habens ibi viret. Harum duarum ſpecierum ſemina cõdas: quia vbi illa deeſt, cui flos albus inſidet, florem luteum habentem accipimus magis, quàm quæ purpureũ. At cur ſemina tantùm ſeruatis? SE. Quia ſola in vſu ſunt. BR. Cur non immutandus vſus, ſi ab authoribus aliæ partes ſeruantur? SEN. Mutemus. BRA. Tu igitur præter ſemina, folia, & radices ſerua, & ex trimeſtris tritici farina, ac foliis paſtillos facito, recentiumque ſemi num ſuccum, & foliorum parato: quãuis & ex ſuis ſeminibus calida aqua infuſa ſuccus

etiam

etiam exprimatur, folia etiam polentæ admista in pastillos conformantur. SE. Hæc omnia Ferrariæ ex habente flores albos parabo: quæ si defecerint, luteos habentē sumā.

BR. Facilè vtranq; speciē habebis, quamuis copiosius in maritimis nascatur. Notissima est apud nos herba, quā nostrū vulgus dentē caballinum vocat. Galli Latinū nomē imitantur. Germani bylsam kraut, vel bilsensomē, quod semen hyoscyami significare videtur. At si kraut, id est, herbam præponēt, ita dicent, kraut bilsensomē, id est, herba seminis hyoscyami, à Polonis bielō, à Cretēsibus vulgò dischiamo, à Neapolitanis canechiara, à Suessanis cāchelera, ab Hispanis veleno nūcupatur. In tertio ordine frigidus est hyoscyamus, qui in vsu est in tertii ordinis principio. Niger verò in tertii ordinis fine, in secūdo ordine siccus est, licet Auicēna & in tertio siccū faciat: veruntamē & aliquā humiditatē habere nō dubitamus. SE. Rutæ semē alterū locū habēt. BR. De ruta in herbis tractauimus. SE. Mente exciderat. Althææ semina sequūtur, de quibus tamē suprà dictū est, &, vt satis erat, collegimus. Semina maiora frigida sequūtur. BR. Quod, & quæ sint numera. SE. Quatuor, melonis, cucurbitę, cucumeris, citruli. B. Quī hæc maiora nuncupētur, respectu minorum dici oportet. SENEX. Imò

sunt

sunt quatuor semina minora frigida ad differentiam maiorum. BR. Numera & hæc. SE. Portulacæ, scariolæ, lactucæ, endiuiæ. BRAS. Cur hæc minora, illa maiora appellãtur? SE. Nescio alteram causam, quã quòd illa sint magis frigida. BRA. Imò portulacæ semen, endiuia, ac lactucæ magis frigida sunt. SEN. Cur ergo ita vocantur? BRA. Id non fit ex viribus, quæ maiores in minoribus sunt, sed ex mole, & seminũ magnitudine, & fortè ex magnitudine rerum vnde semina sumũtur: itaque à mole corporis recentes, & non virtutis hæc semina maiora, & minora nuncuparunt. Imò si in recentiorum libris semina frigida absolutè scriptũ reperies, maiora intelligere oportet. A primis aũt exordiamur, id est, à melonum seminibus (vt tuo verbo vtar) Dioscorides & Græci omnes nomẽ habent σίκυος. quod nostri Latini vertentes cucumerem dicunt: sub quo nomine nõ tantũ cucumerem fructum, quem vulgò cucumerem appellamus, intelligunt, sed omnia melonũ genera, cucumeres, citrulos, & angurias cõprehendũt. SE. Apud Græcos igitur maxima debet esse confusio. BR. Quietè habeas, & rem noueris mirè distinctam: quum fructum illum, quem nos vulgò melonem dicimus, significare volunt, non σίκυος, id est, cucumis absolutè dicunt, sed σίκυος πέπων, id est, cu-

cumis pepo, vel absolutè πέπων dicunt, nos autem absolutè pepon. Melopepon verò, pepo est & in formam mali cotonei forte fortuna (vt Plinius inquit capite quinto decimononi libri) factus. Absolutè igitur cũ cucumis dicitur, anguriã intelligere oportet: quum pepo, melonem nostrum: cùm melopepo, nostrũ melonem in cotonei mali formã digesti, cuius pars prope semina comeditur, quoniã densior est, & nõ adeò aquosa vt in pepone: propterea à Gal. in secũdo de simplicũ medicamentorũ facultatibus, egregiè notatur, parte intimã peponis, quæ semen tangit, cùm in peponibus edendo non sit, in melopeponibus passim ab hominibus comeditur: & quãuis nostro tẽpore aliqui etiã abiiciãt: tamen Galeni tẽpore omnes comedebant, ablatis solùm seminibus: quoniam satis densa est in melopepone prope semina caro. SE. Noster cucumis quo nomine vocatur? BR. Et ipse cucumis dicitur cum hac adiectione citrinus: propterea multi citrulũ quasi citrinum à colore, quem habet cũ maturuerit, appellãt. Is est, de quo Plinius libro decimonono, capite quinto, qui in varias formas à Columella cõponitur. A quã amat, refugit oleum: & si in cannam flos ponatur, longissimi fiunt. SEN. Anguriam ergo, cucumin dici sentis, & nostrum cucumerem, & melo

melonem peponem. BR. Ita est. Cucurbitam verò ab aliquibus anguriam cõprehendere creditur: quia vnum cucurbitæ genus rotundum est. Sed Columella id falsum esse demõstrat, qui ex eiusdẽ cucurbitæ seminibus rotũdas fieri manifestè docet, & oblõgas: quippe ex collo semina oblongas, ex ventre rotũdas faciunt. Ideo aliud est anguria, aliud cucurbita: sed anguria sub cucumeris gñe intelligitur. Vnde à Vergil. in Georg. dicitur: *Cresceret in ventrem cucumis.* quod anguriæ proprium est. Horũ omnium semina in Ferrariẽsi agro vbertim inuenies & multò efficaciora, quàm in montibus. At ex his cur tãtùm semina colligis? BR. Ita vsus est. BRA. Succus seruari non debet, nec folia, nec cortex: tamen peponum radicem in officina, præter semina habere cõueniet. Germani nomen habẽt pfeben, quo melones significãt: sed eodẽ fere nomine, & citrulos, ac cucumeres intelligũt. Galli melones melons, & Hispani, vt nos, dicunt. Cucumeres verò à Gallis concombres, & ab Hispanorum parte pepines vocantur: & Galli etiam citrulos, citrules appellant. At cucurbitę à Gallis courges, ab Hispanis calabacas generali vocabulo, à Lusitanis aboberas, a Germanis kurbs appellãtur. Non desunt tamẽ in Italia multi, præsertim Neapolitani, qui anguriã

melon d'aqua nuncupãt. Melones à Polonis malõ, cucumeres ogurek, citruli anguris, cucurbitæ ganya dicuntur. Cretenſes aũt vulgò melones peponi, cucumeres, & citrulos anguria, cucurbita colochita vocant. A Romanis verò, & Neapolitanis cucurbita cucuza nuncupatur. Sed hæc alias: quoniam opus non eſt omnium nomina recenſere. SENEX. Summopere optarim melonum qualitates, cucurbitarum, cucumerum, & citrulorum cognoſcere. BRASAVO. Melones, qui & pepones, & melopepones à Galeno vocantur, frigidi ſunt, & humidi ordine ſecũdo: at cùm melopepones minus humidi ſint, quã pepones, propterea in primo ſolũ ordine, ſed intenſo humidi erũt: verũ & aliquid habẽt pepones caliditatis, propterea abſtergẽdi vim habere dicuntur, & dulces ſunt. Cucumer, & cucurbita in ſecundo ordine à recẽtibus frigida & humida iudicãtur, quod in ſecundo ordine completo intelligere oportet, & cucumeres in tertio frigidos, & humidos: quoniã cucurbitarum & cucumerũ frigiditas, & humiditas ſatis intenſæ ſunt, eorumq; humiditas craſſa eſt: verùm & eadem eſt citrulorum qualitas. Nunc ad minora ſeminũ frigida tranſeamus. Portulacam aliubi non quæras, quàm Ferrariæ, & non modo ſemina, ſed, vt ſuprà docuimus, folia etiam ſerua

seruabis. Notissima herba est. De lactuca idem iudiciũ sit. De endiuia prius dictũ est. Scariolã tantũ docere oportet. Quũ de intubo sermo habebatur, sub eo cichoreũ, & endiuiam comprehendi ostendimus, & quod vocabulũ Intubus endiuiæ applicatũ est, Cichoreum verò illi herbæ, quam vulgò radechio appellamus, & vtrunque in satiuum, & agreste diuidi monuimus. Herba, quam recẽtiores scariolam dicunt, intubi species est sed sylvestris. Græci serin, nostri recẽtes corrupto vocabulo scariolam vocant. Nam diminutiuum seris seriola est: ipsi verò corrũpentes, vt pleraque alia, scariolam pronuntiant, seriolam dicere volentes, aut debẽtes. Eodem modo à Gallis appellatur. Lactucã verò, vt nos vocant Hispani, Galli laictues, Germani lactue. At endiuia, à Germanis, & Hispanis Latinè profertur, à Gallis endiuę. Poloni verò lactucam salatam vocant, postulacã kurza noga, endiuiam melecz aut volecz, scariolam szfinymilicz. Venetiis portulaca porcioli, in Creta glistrida, quasi cõglutinatiua, in Hispania verdolagas, Romæ porcachia, Neapoli porchiacha nucupatur. Pro scariola Venetiis vtuntur cõmuni endiuia, & scariolam sylvestrem esse arbitrãtur, quæ apud vulgus Cretensium mozocoo, & Neapoli scarola vocatur. Lactucam Cretenses

vulgò marcoli, Hiſpani lachiugas vocant, & idemmet Cretenſium vulgus endiuiá endiui nuncupat. SE. Cuius ſunt qualitatis hęc ſemina, & ipſæ, quæ ſemina producunt, her bæ? BR. Lactucã Auerrois quinto collectionum libro frigidam in primo ordine eſſe dicit, & in paſsiuis tẽperatam, & Auicẽ. frigidam, in ſecundo ordine lactucã eſſe fatetur. Gale. verò in VI. de ſimpli. medi. facul. frigidam, & humidam eſſe dicit. Humida quidẽ eſt ordine ſecundo: de frigiditate verò ordinem nõ exprimit Gal. At inquit nõ eſſe extremè frigidam, quod intelligo non eſſe in quarto ordine frigidam, ſed habere (vt inquit) aquæ fontanæ frigiditatem. Vnde in tertio ordine frigidam eſſe arbitramur. Nec me mouent Auicen. verba, quibus inquit, eum, qui dixit eſſe frigidam in tertio, iudicauit illam eſſe mali nutrimẽti: verùm cùm cõficitur nõ eſt mali nutrimẽti, putamúſq; in tertio ordine frigidam eſſe: & hoc nõ ſolùm ex illa Gal. præcitata ſententia, qua illam fontanæ aquæ comparat, ſed & ex tertio de ſimp. med. facul. cap. XVII. vbi inquit: Sed eſt quale lactucis accidit, quippe quæ moderato eſu hominem nutriant: at ſi quis expreſſum earum ſuccũ largiter hauſerit, non ſecus profectò morietur, quàm qui aut cicutam, aut papauer ſumpſerit. Sic lactu-

ca, ſi

ca,si cor refrigerauit, interimit:sin coquatur,alimentum animali efficitur.Ex quibus Gale.verbis coniectura assequor, esse in tertio ordine frigidam:quoniã si in primo solum, vel secundo esset frigida, eius succus necare nõ posset:si in quarto esset ordine, nullum corpori alimentum præstaret.SE.In quo ordine erit endiuia? BR.Sub vocabulo seris dictum est,& cichoreũ,& endiuiam, & scariolam quasi seriolam comprehendi.De omnibus simul id dicemus, quod Gal.VIII. de simpl.med.facul.fatetur esse siccæ,& frigidæ temperaturæ ordine secundo:& seris domestica,quæ endiuia est, magis refrigerat,quoniam est in secundo ordine intenso, tamen & humiditatem habet siccitati admistã:propterea cùm humidæ sint hæ herbæ,& semina minus sicca sint, magis sicca esse existimare oportet. Recentes illi decipiuntur,qui illam in primo ordine frigidã & humidam iudicarunt,cùm tamen amare scat.Neq; ex Auic.sententia cõmoueor,qui illam in primo solùm ordine frigidam facit,cui quinto collectionum libro cõsentit Auerrois.In hoc verò Gal.potius credendũ est,imò & sensui,qui statim has herbas absque ratione vlla frigidas esse percipit.SEN. Ad portulacam ergo descendamus.BR.Gale.in tertio de alimen.facul. portulacam in

tertio ordine frigidam esse dicit, in secūdo humidam, & adde in fine secundi. quod non ab re ab Auic. notatur. SE. Albi & nigri papaueris semina occurrunt. BR. Multa de papauere dicenda essent, & ostendēdum, quod recentes rosellam, vel papauer rubrū vocāt, aliud ab anemone esse. Duo papaueris genera in segetibus nascuntur, id est, duæ herbæ, quæ in vasculis papaueris modo semina condunt. Vna est anemone, de qua suprà: altera erraticū papauer, vel papaueralis. Anemone plures colores habet, erraticum papauer duos tantùm, rufum, & candidū. His autem omissis ad tua semina accedamus. Semina, quæ colligitis, ex satiuo papauere sunt: at in re medica potiora sunt ex syluestribus semina, quippe & satiuum mandi-
tur: imò Florentiæ mulieres tēpore æstatis in deliciis habent, quippe post prandium, & post cœnam vasculum satiui papaueris deglubentes paulatim semina comedunt. Ex syluestribus autem id magis aptum est medicamentis, quod tertio loco a Dioſc. ponitur oblongum vasculum habēs. Ideo nostri pharmacopolæ aberrāt, qui ea vascula quærunt, quæ bene rotunda sint, cùm longa efficacius medeantur. Hàbent eiusmodi papauera alba semina, & in Ferrariensi agro copiosè crescunt, magis etiam, quàm in montibus

tibus efficacia. Nec nobis deest nigrum papauer, Thebanũ tamen apprimè laudatur, è quo fit opium. Duo è nigro papauere fiũt, succus cùm exprimitur crassus, qui meconiũ dicitur, & lacryma, vel lac cùm inciditur caulis, & emanat lac, vel lacryma, quæ opiũ nuncupatur: hæc autẽ præter semina ad rei medicæ cõmodum seruanda. Verùm etsi apud nos nigrum papauer sit, nõ tamen in tanta copia, & tale, vt ex eo opiũ fieri possit: ideo & opiũ, & eius semina ex Thebano agro poscere, quanuis nos ex aliis pluribus Italiæ locis habeamus. At albi papaueris semina ex Ferrariensi agro colligere. A Gallis pauot dicitur: addúntq; blanc, & noir. Ita à Germanis mon, prædictas differentias addentibus ab Hispanis autẽ dermideras vocatur. Poloni mac vocant, & cùm album significare volunt biali addunt. A Cretẽsium vulgo albũ papauer hypnon aspron, nigrũ verò hypnõ mauro, à Neapolitanis papagno dicitur. SE. De papaueris qualitate dissẽramus obsecro. BR. Ex Gal. in VII. de simp. medica. facul. colligitur, satiuum esse adeò frigidum, vt somnũ inducat. Et hoc est nostrum vocatum album: propterea in tertio ordine frigidum erit, quanuis recentiores, & Auicen. in secũdo solùm ordine frigidum faciant, tamen Auerrois in tertio frigidum

esse fatetur album papauer. quod ex Gale. colligi posse arbitror. Ab vno tamen abstinendum non est, Auicen. siccum ordine secundo feciisse papauer, quem recentes secuti sunt. Auerrois autem humidum esse fatetur, quem potius imitari volumus, illud in secundo ordine humidum facientes. De nigro autem papauere id dicemus, nõ quidẽ in tertio esse ordine, sed in quarto refrigerantium, vt à Gal. notatur, qui inquit mortem plerunq; inducere. Et hoc humidũ est ordine tertio: quódq; humidum esse oporteat, ex hoc probari potest, quia in somnũ dilationẽ facit: nempe frigiditas somnum quidem inducit, sed humiditas cataphorá, id est, in somnũ dilationẽ. Cùm verò nõ tantùm somnus à papaueribus, sed & dilatio inducatur, propterea humida esse oportet.

SE. Quibus indiciis opium ab authoribus probatur?

BR. Oribasius grauis author, qui Gal. sequitur, secũdo de virtute simplicium libro in hunc modũ scribit, Papaueris succus, id est, opium, optimus est spissus, & grauis odore, somnũ faciens, amarus in gustu, facilè soluitur in aqua, nitidus, albus, non asper, neq; thromboidis, id est, neq; conglomeratus in resolutione, neq; indurescit in sole positus, incensus, & ad lucernã accensus terreitre flammã mittit: adulterant autẽ eũ,

glau

glauciũ miſcẽtes, aut gũmi, aut lactucæ agreſtis ſuccũ. Si glauciũ admiſtũ habet, crocizat in reſolutione. Si autẽ lactucę agreſtis ſuccus miſcetur, odorẽ non habet ſimilem, & aſper eſt. Quòd ſi gũmi miſtũ eſt, ſine vir tute imbecillis eſt, & perlucidus. SE. Noſcò in noſtro opio adulteriũ eſſe, quia plures ex ſuprà dictis cõditionibus illi deſunt. At ad roſatũ ſemen veniamus. BR. Nihil aliud de hoc ſemine dicemus, q̃ quod præcedẽti die tractatũ eſt. SE. Ad amomũ igitur tranſeamus. BR. Vos ſemen quoddã paruũ, & nigrũ pro amomo venditis, cùm tamen nõ ſit. SE. Quid ergo erit amomũ? BR. Nũquã in Italia plantatũ amomũ vidi: habet enim racemos ſemine plenos aurũ colore imitantes, vulnerat nares odore, & origani habet acrimoniã. Eſt autẽ ex frutice paruo flores paruos, vt violæ albæ habẽte: & folia bryoniæ, id eſt, vitis ſylueſtris ſunt. In Armeniã mittere oportet, in Mediã, vel in Pontũ, ſi verũ, & probum amomũ habere ſtudeamus. Vnde cõſtat amomũ ſpeciem vuę habere, & nõ eſſe nigra illa ſemina, & inodora, quę à pharmacopolis publicè vẽduntur. Cùm verò ex tribus prouinciis Dioſco. ferri dixerit, Armenia, Media, & Ponto, Pãdectarius in tres ſpecies partitur, ſecundum ſpeciẽ Medicam appellans. Tu vides quãto errore ducatur,

qui

qui pro loci nomine aliud nomen posuit. Miror cur nō habeatur, cùm facillimè ex Armenia Alexandriā Aegypti feratur, mox Venetias. Nec difficile est ex Media Alexandriā ferri, aut ex Ponto in Pannoniam, & ex Pānonia in Italiā. Deinceps vt habeatur, diligēter curabo, cùm illustrissimus, & excellētissimus Ferrariæ Dux Alphōsus, sponte se curaturū, præmiserit, omnia simplicia, quæ Theriaces cōpositionē ingrediuntur, haberi: inter cætera autē amomum ingreditur. Nūc verò illustrissimus Hercules secūdus ardentius, quàm pater, theriacā cōponi exoptat, nullisq; parcit impēsis, vt omnia simplicia ex propriis locis habeātur: sed in misera incidimus tēpora, quibus tutū non est per maria nauigare, aut equis per totū orbē incedere. Non defuere tamē, qui Ierosolymitanā rosam, quā ex Ieruſalē huc portant peregrini, à nostris mulieribus rosam sanctę Marię vocatam, quāuis nullam habeat cum rosa similitudinem, amomū esse putarint, ob odorē, ob confertos ramos, & quia multi rami ab vna radice, vt colūbinos pedes imitari videatur, propterea à Serapione pes columbinus dicitur. Putat nostrū vulgus, si eiusmodi rosam domi habuerit, non posse fulmine tangi, aut aduerso infortunio perturbari, putántq; singulis annis in festo Natiui

tiuitatis ea hora, qua Christus natus est, aperiri. Verùm amomũ hãc rosam nõ esse ex hoc dubito, quia nõ vulnerat nares odore, tamẽ recentẽ satis habui, nec habet origani acrimoniã, nec folia sunt bryoniæ similia. Præterea amomũ veluti vua est. quod & Plinius etiam cap. XIII. XII. lib. testatur, quãuis inter Plinii & Dioscoridis quædam videatur esse differentia, tamen nõ spectãda. Vnũ est, vos amomo carere, quia in sapore, odore, & colore, altera res est vestrũ amomũ, & altera etiam sanctæ Mariæ rosa. Curabimus illustrissimi Principis nostri opera Ferrariam afferri. SE. Amomi qualitates edoceas. BR. Gal. in VI. de simpl. med. facul. amomum similem habere facultatem acoro ostendit: tamen acorũ siccius esse fatetur, amomum verò magis concoquit. SE. Amomũ ergo in tertio erit ordine calidũ, & siccum. BR. Cùm sit acoro minus siccũ, in secundo tantùm ordine siccum, vel in secundo intenso esse dicemus. At Auicen. calidum, & siccum in secundo esse testatur: nos verò Gale. potius credimus, & experientiæ, quæ ostendit intensam esse amomi caliditatem. Semen quoddam ex Piceno Venetiis conferunt seplasiarii, quod pro amomo vendunt. SE. Sinapis semẽ occurrit. BR. Notissimum est semen, & notissima herba. Invariis Italiæ locis nascitur,

sed

sed feruentissimum in Apulia, quod aliqui in Ferrariensi agro seminarũt, ineptiori feruore ortum est. Herba in pultariis condiendis apta, semen ad varios intinctus accõmodatur, quæ sinapia, & sinapismi dicũtur, quorum in Italia maximus vsus. Et Ferrariense sinapiũ præ cæteris collaudari cœpit, cùm prius Vercellense palmam ferret. Apud Gallos acerrimũ fit, vt lacrymas in edendo moueat. Decipiuntur, qui putarũt inter semina minimum esse istud, propterea à Sospitatore nostro Christo dictum esse, si quis tãtam fidem habuerit vt granũ sinapis, vt ostendat modicam fidẽ mira facere: sed Christus noster potius in cõparationẽ granũ illud accepit veluti omnibus notissimũ: cõstat enim plura semina multò minora esse granis sinapis. In monte, arenti illa parte colligas, vbi maioré acrimoniã semina habebunt, & magis tentabit mentẽ, quare cætera excellere Pythagoras testatur. A Gallis seneue, à Germanis senff, ab Hispanis mostazza, à Polonis gorczicza, ab aliis gorczuza, à Venetis senauro, à Romanis sinapa nũcupatur. Adeò notum est, vt alia declaratione nõ indigeat.

SE. De eius qualitate differere ne pigeat. BR. Mirã video in recentioribus fatuitatẽ, inter quos nonnulli absq; gustu, & olfactu sinapi calidum in primo ordine, & siccũ in secũdo esse

esse putant,ac si primo statim sensu nõ cognoscatur esse intense calidum,imò & mordicare,& exurere.Sed mirum est, cùm Auicen.sequantur,illum non viderint in secundo libro,qui vsq; ad quartũ ordiné calidũ esse dicit,itaq; esse constat,quoniã exulcerat sinapi humanę carni applicatum,in sinapismo vocato emplastro cõfectum.At cùm nonnulli ceruicosi dixerint esse acetũ,quod in sinapismo mistum est,propterea hi masticent(si possunt)sinapi,& supra brachium, vel coxam ita masticatum per aliquod temporis spatium imponant, exulcerare experientur,& exurere:nẽpe in his rebus experimentis standũ est.vnde dicimus esse in quarto ordine calidũ,& siccum,nõ tamẽ intenso,quoniam venenũ esset.sed remisso.Hinc Gal.primo de alimen.facul.cuidam,qui circa os ventriculi multam habebat pituitam, iussit,vt cum sinapi betam,& porrum sumeret,itaq; à pituita leuatus est, quã incisam per aluum eiecit.Et in secundo libro,vbi de beta agit,in iecoris obstructione malua vtitur cum sinapi ad aperiẽdum.In sexto quoque de sanitate tuenda post dimidias libri partes illos reprehendit,qui in omni capitis dolore medicamento ex sinapi vtebantur: nempe in calidis doloribus plurimùm obest.Adde Gale.in principio tertii libri, de

tem

temperamẽtis,de his disserere,quæ actu vel potẽtia calida sunt,& inter calida in tertio, & quarto ordine sinapi enumerat. At sinapi exulcerare in eodẽ libro testatur,vbi quærit cur sinapi exulceret extrinsecè impositum, intrinsecè verò nõ exulceret: quæ verò exulcerare apta sunt,in quarto sunt ordine calefacientiũ:& deinceps sinapi calidum esse testatur vt cibus,& vt medicamẽtũ. SE. In summa calidum est & siccũ ordine quarto. BR. Ita cõstat. SE. Nasturtii semina sequuntur. BR. Cardamon,vt Græci, nõ cartamum, vt multi recentes decepti sunt,appellatur, Altera enim herba est cartamũ,à naribus,quas torquere,& ringere facit, quum manditur. Apud Latinos nomen accepit nasturtium, quasi torquens nares. Notissima herba,nos vulgò agretto ab acritudine saporis(vt arbitror) vocamus. Cùm verò comedentes ferè euigilet, propterea ad inertes dicitur. Ede nasturtium. Satiuũ,& syluestre reperitur:& satiuum duplex,albũ & nigrum. Eadem vis omnibus Dioscoride teste. Syluestre tamen,& montanum in calefaciendo efficacius. At Dioscorid. non magnifacit quo loco colligatur. Mihi autem magis placet ex montibus petendũ. In vsu medico semina tantùm sunt,folia minimè: quæ & si ad aliquid etiã valeant,tamen(vt Galenus libro de simplicium

cium medicamentorum facultatib. inquit) vires habẽt quum viridia sunt. exiccata eñ illas amittũt, licet nõ penitus. Hispani marayes aliqua Hispanię parte, Lusitani agrones, alii masturz, Germani verò broncres nasturtiũ ex proprietatib. quã habet, vocãt & Poloni rzezucha, à Romanis allegretti, à Neapolitanis nastruzo, à Suessanis torchina so nũcupatur. SE. De eius qualitatib. nonnihil differamus. BR. Auerrois in ordine quarto calidũ & siccũ esse censet, vt sinapi. Auicenna, quẽ recẽtiores omnes secuti sunt, in ordine tertio. Si Gale. consideremus VII. de simplicium medicamentorum facultatib. libro calidum esse ordine quarto dicemus: nẽpe caustica facultate insignitur, vt napi, & excalfacit sicuti napi: napi verò ordine quarto calidum est, vt VIII. de simpl. medic. faculta. testatur Gal. & in eodem ordine siccum. Herba verò in his qualitatibus remissa est, imò dũ viresci, aliquid habet aqueæ humiditatis. vnde nõnulli ea cum pane obsonii loco vescuntur. SE. Vrticæ semina post nasturtium habentur. BRA. Ab vrendo nomen accepit vrtica. Reperitur magis syluestris, & minus, mas, & fœmina, sed eædẽ vires omnibus insunt. In arentibus locis, & montanis efficacior est: sed præter semina, folia etiã seruabis, ad plures medicos vsus.

commoda. Adeò nota herba, vt à culo etiã (vulgato Ferrarię prouerbio) cognoscatur. Eius species distinguit Pli. capite decimoquinto xxi. libri, eas propriis nominib. vocans, vt cania, herculeana. Ortigas ab Hispanis, à Gallis ortie, à Germanis nessel, & nesselen, à Polonis pokrsywye, ab aliis pokrzywaa, à Cretensib. vulgò acuida vocatur. Recentes calidam & siccã esse in tertio ordine iudicant. Auicẽna verò illam in tertii ordinis principio calidã dicit, & in secundo siccam. Quod & ex Gal. colligi potest sexto de simpl. medic. facul. qui inquit, vrticam non multùm calefacere, sed esse tenuium partium: testimonio est crassorũ, viscosorúmque humorum ex pectore pulmonéq; eductio. Imò infert non habere tantum caliditatis, vt iam mordicet. SEN. Imò non solùm mordicare videtur, verũ & vrere, propterea & ab vrendo dicta est vrtica. BRA. Auerrois quinto Collectionum egregiè notat id solùm habere in superficie. Vnde & secundum Gale. sententiam satis erit illam in secundo ordine intenso calidam ponere, & in medio secundi siccam: quoniam nõnihil habet humiditatis, cùm flatuosa sit. Veruntamen, ô diligentissime lector, tu ipse probè considerato, an in tertio ordine calida sit ex ipsa rei natura, & ex his quæ agit. s. Lini semina

præ

præ manibus sunt. B R A. Omnibus notissimum est lignum, ita etiam à Græcis appellatum, quãuis nonnulli linum agestę nuncupent, nõ quia contra satiuũ distinguatur, sed quia in agris, ad ipsius differẽtiã, quãdo filari aptum est. Semina in Ferrariensi agro medicæ rei aptissima sunt, & in summa copia habẽtur: ideo nõ est opus in montibus quærere. à Gallis linũ lin, & ab Hispanis, vt nos, lino, à Germanis lein, vel lin semẽ, aut flachsz appellatur. Nõ est autẽ opus hic lini genera edocere, nec quid linũ sit à Plinio asbestinum appellatum libro XIX. Q si in ignẽ proiiciatur, non vritur, & mappæ ex eo factæ igne nõ aqua lauantur. Suspicor ego ex lapide quodã esse, qui amyãthus dicitur: hic (vt Dioscor. quinto libro inquit) in Cypro nascitur, similis alumini schisto. i. de pluma à nobis vocato. Ex eo theatris vela texũtur. Hæc autem in ignẽ coniecta, flammantur quidem omnino, sed splẽdescunt magis exempta, & nihil igni deperdunt. Nos hũc lapidem habuimus, habemúsq; nunc, & filari posse certũ est. Multi ex alumine schisto (sed incassum) conati sunt lintea in hunc finem parare. Non defuere tamẽ, qui ex salamandræ cortice similes mappas, quæ cõburi nõ possunt, factas putarent, sed falso: quoniam salamandram comburi magno meo peri-

culo vidi. ferè enim eius sanies in os prosiliit: quanquam non putamus adeò venenosum animal esse, vt vulgus, & recentes multi arbitrantur. SE. Cur iudicas tu linum asbestinum lapidē amyanthum esse, cū nusquā apud aliquē authorem fidedignū id scriptū inueniatur? BR. Cum neminem audiuerim, aut nouerim, qui id linū viderit, in suspicionem veni, ne esset ille lapis, è quo vidimus factam mappulā, & suspicatus sum à Plinio linū vocatum, quoniā filari potest. Hæc aūt suspicio nihil certi asserit, sed omnib. hoc considerandum proponit. S E. Ad linum redeuntes, cuius est qualitatis? BR. Galen. septimo de simplicium medica. facultatib. illud in primo ordine calidū, & in pasiuis qualitatib. temperatum facit, tamē humiditatem quandā habet recremētosam, qua fluosum est eius semē. Quum aūt lini mētio inciderit, de linosa herba aliquid loqui conuenit, vel linaria. ita enim appellari solet: sed frequentissimum est nomen linaria, minus frequens linosa. Notissima est apud nos herba, folia lini foliis similia adeò, vt à multis syluestre linum putetur. Nunc prætermitto quòd à recentibus esulæ comparetur, hoc dempto, quòd esula lac habet. Vnde carmen quoddam sibi finxere:

Esula lacte fecit, sine lacte linaria crescit.

Am

An verò ea sit esula, cui linariã comparant, alio loco disputare decreuimus. SE. Reperiturne apud antiquos linaria? BRA. Suspicor an illa sit, quam Dioscо. & Plin. osyrim vocant. Nam surculus niger ramulos tenues, & lentósq; fert, & iis folia terna, & quaterna, modò quina, interim & sena, ceu lini, nigra initio, dein colore mutato subrubra. Vnde & Plin. ramulos nigros, & folia nigra habere dicit: semen quoq; primò nigrum, pòst rubescens. Nõnulla tamẽ me deterruere, vt potius suspicer, quã putẽ linariã osyrim esse. à quibusdã Germanis linaria vvildflachs dicitur, ab aliis krotenflachs. SE. Fœnugræcum ergo quæramus. BR. Nec longè aberit nostris in partib. fœnugręcum, à Plinio silicia, à Varrone silicula, à Theophastro buceras appellatũ, notissima herba, & notissima semina in vsu medico quotidie frequẽtia. à Gallis senegre, ab Hispanis alfolfes, à Polo nis fengrik fœnugrecũ dicitur. Ab Auicenna ponitur calidum in fine primi, siccum in primo, ab Auerroi calidũ in secundo, siccũ in primo, qui à Gal. accepit VIII. de simpli. medic. facul. tamen non est magna differentia, quoniam in fine primi ordinis caliditas parum distat à caliditate in initio secundi, quanuis & partem aliquam humidam habeat, ac crassam. SE. Caulium semina colli-

gamus. BR. Heri satis supérq; collegisti. SE. Basiliconis caryophyllati semina habeam?. BR. Et hæc etiam acetuauit herbarius quod ocymum appellari monuimus. SE. Frumentum, hordeũ, milliúmq; seruemus. BR. Notissima semina quæris, quæ in quotidiano vsu habẽtur. Frumentũ, & far vocabula cõmunia sunt omnibus ferè spicam habentib. tamen vocabulum far vni speciei attribuitur, quã eodẽ nomine vocamus: eodẽ modo frumẽtũ tritico. Hęc sunt in nostra incly ta vrbe Ferraria adeò exuberantia, vt quãdoq; ita vili precio vendantur, vt nihil ferè valeãt, tantũ Ferrariẽsis ager triticea messe abundat. Miliũ pariter in cẽtuplo augetur, vt semel ex vno grano in Bõdonii cõuallib. sexaginta ramulos procreatos viderim. Sed in hordeo ambiguitas est: quippe nonnulli antiquorũ hordeũ alterã rem esse à nostro, nũc vocato hordeo, quod in quotidiano vsu est, putarunt. Quos hallucinatos esse arbitror: quoniã & in foliis, & in figura seminis, & in virib. nostrũ, & antiquorum hordeum conueniunt. Id tamen præmonere volo, me quãdoq; Venetiis hordeũ ex Grẽcia allatũ quæsiuisse, inueníq; grana cũ nostro eadẽ, sed maiora, & magis alba: non tamen adeò excellentia, vt diuersum esse videretur: quã ob rem nostrum hordeum seruarem, quod

ab

ab antiquo nullo modo differt. Hoc enim, esse maius, & magis albū, nō tollit quin hordeum sit. At maiora grana, quę haberi possint, & candidiora seruarem. Nam à Dioscorides, & mūditia probatur. In Ferrariēsi agro, & candidum & valde mundum habetur. Triticū verò probatur, quod in luteum colorem vergat. Galli, vt nos, triticum frōmēt, Hispani trigo, Germani v veissen, Poloni zboze, vel zitho. Cretenses vulgò stari, Romani grano appellant. A Galeno viii. de simpli. med. facul. calidum in primo ordine esse dicitur, & tēperatū in pasiuis. At hordeū à Germanis gresté, ab Hispanis zauada, à Gallis orge, à Polonis yanczmyen, à Cretensibus chrithari dicitur. Milium verò Hispani millo, Galli mil, Germani hitsz, Cretenses vulgò chechri, Poloni prosso vocāt. ss. De hordei, & milii qualitatib. quid sentis? BR. Hordeū in primo ordine calefacere, & exiccare, & Auicenna, & reliqui Arabes, ac recentiores omnes vnà consentiunt, qui à Gal. vii. de simp. med. facul. accepere. Tamen cùm eius vsus in vehementissimis fit febrib. in quib. humiditate indigemus, propterea nostris in commentariis, super primum de ratione victus in morbis acutis, Hippocratis librū sectione xviii. quoniam humidū sit, ostendimus. Miliū quoq;

frigidum, & ſiccum eſſe nemo dubitat. Et Gal. VII. de ſimp. medic. facul. in primo ordine refrigerare dicit, in ſecundo verò intenſe, vel in tertio remiſſe exiccare. At vna eſt in Gal. cõ tradictio, quippe qui in cõmẽtariis quarti libri de ratione victus in acutis, ſectione CXIII. inquit: Siccat aũt in edulio miliũ, quo refrigerat modo. Verũ ſi eodem modo ſiccat, quo refrigerat, in primo ſolũ ordine exiccabit. Nos hoc modo reſpõdẽdũ arbitramur, Gal. nõ intelligere eundẽ ordinẽ ſiccitatis habere, qualẽ habet frigiditatis: ſed quãtitatẽ ſolã ſpecificare intendit, & nõ qualitatis ordinẽ. SE. Coriãdri ſemina occurrũt. B R. Coriãdrũ adeò nota, & triuialis herba eſt, vt lõga diſſertatione nõ indigeat: quod corianũ etiã nũcupatur. Nõ modò eius ſemina, ſed etiã folia in officinis habere cõuenit. Et quũ frigiditate valeat ſecundũ Dioſc. ideo in frigidiorib. locis collectũ, efficaciores vires habebit. Hãc igitur partẽ boreę ſubiectã petamus, in qua ruſtici ſeminarũt: quãquã & Ferrariæ ꝓueniat, verùm cultu indiget, quia ſylueſtre corianꝺrũ nunquã inuenitur. SE. Alii ergo à Dioſc. coriandrum frigidum eſſe non cenſent? B R. Imò Gal. VII. de ſimp. med. facul. libro, ex oppoſitis facultatibus compoſitum eſſe fatetur, & contra Dioſc. ſentẽtiam calidũ eſſe

prob

probat. SEN. Quid tu hac in re sentis? BRA. Quomodo à Gal. dissentire possum? At partium diuersitas in causa fuit, vt diuersi essent in huius seminis qualitate authores. Nępe Auerrois quinto collectionũ suarũ ca lidũ in primo ordine esse dicit. Auicęna verò in primis illud frigidũ facit in fine primi ordinis vsq; ad secũdum, & siccũ in secũdo: deinceps fatetur siccum esse, & declinare ad paruã quandã caliditatẽ. Nonnulli imaginati sunt frigidũ esse in fine primi, & siccum in secundo: corticẽ verò extrinsecũ paruam habere caliditatẽ, propterea in acetũ infunditur, vt caliditas illa auferatur. SE. A te peto, quid sentias. BR. Vbi rationes desunt euidentes, quæ oppositum probent, nunquam à Gale. dissentiendum arbitramur. SE. Semẽ mirabile est, quod capiti, & vẽtriculo magnopere succurrit. BR. Miror ego cũ recentiores medici eo frequẽter vtantur, quũ (vt inquit Dioscor.) mentẽ tentet, præsertim si copiosius sumatur, & in frequẽti vsu sit, imò sexto libro, inter venenata connumerat, quamobrem eius vsus adeò frequens esse non debẽt. SE. Nos illud præparamus. BR. A. Abs te peto nunquid ea præparatio faciat ipsum nõ esse coriandrũ, an adhuc coriandrum sit. Si adhuc coriãdrum, proprietates coriandri habere opus est. Si coriandrum

non sit,coriandrū(vt putant)suis ægris non exhibebunt.SE. Malitia,quā habet,corrigitur,& adhuc coriādrū est.BR. Ideo & adhuc illam qualitatē participat,quam à propria natura habet, & si minus intēsa dici possit: propter hæc coriandri vsus infrequens sit, præsertim quū Dioscor. vt plurimū per exteriora eo vtatur, & eius vsum caueri iubeat. Idem Gal. & Paulus Aegineta censent. Mirū verò cur à nostris medicis pro capite vt plurimùm exhibeatur,tamē capiti infestissimum est: quū autem vires habeat quodā modo stypticas,& amarū sit, propterea ventriculo prodest.Ferrariēse etiam solum coriādrū copiosè fert,quāuis nullus sit,vel modicus seminandi vsus. Germani Latinū nomen imitantur coriāder proferentes. Nam apud ipsos nō extat. Galli coreādres.Hispani culatro,alii culādro. Poloni vt Germani coriāder,alii polskipierz.Cretēses vulgo coriandro,Romani pitartimā vocāt.SE.Lupinum sequitur.BR. Notissimū semen,nescio an inter legumina numerē. Tristes lupinos Vergilius cecinit.i.amaros, vt Seruius interpretatur.Nostræ mulieres aqua maceratum,mitius reddunt vt mandi possit.Lupinū ventriculū corroborat.At mulieres maceratū inepta hora sumūt,quia statim à cibo.SE. Quomodo ventriculum corroborat

lupin

lupinus, si non adstringit? nempe ab authoribus illa solũ ventriculum corroborare dicuntur, quæ adstringẽtia sunt. BR. Imò & lupinus parũper adstringit, & amaritudinem habet. SE. Nullus de adstrictione mẽtionem facit. BR. Optares ab omnib. omnia dici: tũc autem, aliquẽ posteritati scribere non esset opus, si omnia à præcedentib. scriptis mandata essent. SE. Gal. in primo de alimentorũ facultatibus oppositum sequi videtur. nam dicit: Proinde consentaneum est, lupinũ nec deiectioni, nec alui fluentis retentioni, vt adstringentia, appositum esse. BR. De macerato lupino verba facit, quem ἄποιον esse dicit, id est, qualitatis expertem, vel insipidũ. Tunc ratione aquæ, quam mistã habet, adstringens non videtur: sed vim illam penitus non amittit, quãuis amaritudo amittatur, & non sentiatur adstrictio. Ob quod à Gal. dicitur, neq; adstringere, neq; deiicere facere. Et quod stypticus sit lupinus, ex Auicenna sumi potest, secũdo canone, cuius authoritas spernẽda non est, vbi alii de re aliqua illo probatiores non loquũtur, vel proprietatem non exprimunt, & nulla adsit in oppositum ratio, imò potius ratio illi faueat. Adde Galenum lentes adstringentes fecisse: tamen in libro de ratione victus attenuãte, lupinos similes lentibus esse dicit,

nisi

nisi quòd minus siccant. Nec dicere opus est lentibus solùm comparare in eo quòd succum crassum generent: quoniã in omnibus intelligit, & in vno differẽtiam ponit, quòd minus siccãt lupini. Et in quarto de ratione victus in acutis, sectione XCVI. cũ dixerit omnia legumina esse flatuosa, & lenté adstringere, deinceps de lupino agens inquit: Lupinus inter hæc minimè mala habet, vt notet mala, quæ in præcedentibus sunt leguminibus, & in lẽte, adstrictio minus esse in lupino. Ex quo facilè colligitur lupinum adstringere. Verũ quoniã nõnulli intelligebãt, lupinũ nõ habere illa mala, propterea Gale. manifestè ostẽdit intelligi oportere, minus habere illa, mala tamẽ habere, quoniã inquit ἧττα, id est, minimè distingui: contra μάλιστα, id est, maximè. Adde, Dioscoridẽ tradidisse lupinũ multis diebus aqua maceratũ cibi auiditatẽ facere, stomachoque fastidiũ detrahere: quæ manifestè ostẽdũt vẽtriculũ lupino roborari. Et si quis dicat in lupino nullã esse adstrictionẽ, neq; sentiri, si mãdatur prius quã maceratũ sit, is sine sensu est. SE. Quæ sunt lupini qualitates? BR. Lupini qualitates Galenus nõ exprimit. Auicenna calidum in primo esse dicit, & in secundo siccũ. quẽ recẽtiores secuti sunt. At Auerrois quinto collectionum suarum libro, lupinũ calidum,

dum,& siccũ esse in principio tertii ordinis, vel in fine secundi facit. Nos profectò in secundo calidum affirmamus,quoniã absque ratione,sed solo sensũ calidũ esse deprehenditur.Intelligimus verò lupinum nõ maceratũ aqua,quoniã maceratum humidũ esse censemus,& in primo ordine calidũ,vel etiã temperatũ,& ἄποσον,id est, qualitatum expers.SE.Cùm lupinum non adstringere dicebam,de macerato intelligebam,&non de arido.BR.At nos de arido intelligimus quòd adstringit,& ventriculum roborat: tamẽ & maceratum nonnihil seruat huius affectus, licet modicum id sit.SE.Equidem emplasticũ est,sed nõ adstringẽs.BR.De te miror,cui nugari in promptu sit.Planè affero, & maceratum lupinum aliquid seruare ex his, quæ in arido sunt,addoq; esse emplasticum (vt ita nunc dicam)genus quoddam adstrictionis supponere.Arbitror te circa alia occupatũ non esse,qui nostra dicteria stultè perquiris.Medicos illos imitari videris,qui cũ nec ægros habeant,quos curent,nec publicis lectionibus incumbant,nihil aliud agunt,quã quærere,si quis sit,quẽ vel falso,vel verè accusare possint,& calũniari.Satiuũ & sylueſtre inuenitur,sed æqualibus viribus.Solum Ferrariense lupinum aptè producit: in montibus tamẽ,atque siccioribus locis efficacior.

Cur

Curam non expetit. Hippolytum Turcum optimæ indolis infantem, magnifici Alberti filium, ab ingenti vermiũ copia solo lupino rũ puluere liberaui. A Gallis lupins, ab Hispanis tramuzes, à Germanis feigbon appellatur. Vnde verò Germani suum nomẽ sumpserint ignoro: quippe idẽ significat, quod fabæ ficuũ. SE. Cannabis semina offeruntur. BR. Species duas habet, syluestrẽ, & satiuũ. Ex ambabus semina habere studeas: ex syluestri aũt speciatim radices. In Bononiensi agro mira cãnabis fertilitas, & præsertim in Illustrissimi Ducis nostri castro, quod Centũ appellatur, à centonibus fortè dictũ, qui etiã ex variis cannabinis partibus fiunt. Venetorũ Senatus huius castri viris immunitates plurimas cõdonauit, si Venetias cãnabin adueherent. Quippe nullum aptius ad consiciendos rudentes inuenitur. De cannabi finẽ feciſſem, quoniã opus nõ est res tã notas diu pingere, nisi in mentẽ veniſſet, Gallinas hoc semine pastas per totã hyemẽ oua parere. Quod & vrticę semen facere certum est. Ab Hiſpanis, qui Lusitaniã inhabitant, lino alcanabe, ab aliis cannamo, & eodem modò à Neapolitanis, à Cretensibus vulgo cannabari, à Polonis konopii, ab aliis cœnopia, à Germanis flanf, à Gallis chauenix appellatur. SE. Cuius est qualitatis? BR. Solus Serapio ex

sen

sententia Mesuai dicit calidum esse, & siccũ ordine tertio. Galenus notat adeò exiccare, vt genitale semen exhauriat: propterea in quarto ordine siccum erit. SE. Cicutæ semina cõsequuntur. BR. Frequentissima habetur Ferrariæ cicuta, & efficacissima, vt quæ sues plerunq;, & anseres interficiat. Non tantùm semina, sed & succum è cacuminibus, antequam semina obarescant, seruabis. Vinũ meracius sanat, si quis cicutam comederit. Ne aliubi, quã Ferrariæ, cicutã quæras, licet Dioscorides Cretẽsem magnoperè laudet, post Megaricam, & Atticam. Fistulæ ex ipsa fiunt, quę cicures reddãtur, si vino mera co macerentur. Noui ego vnigenitũ viduæ filiũ, qui ex esu cicutę obiit, eam in acetario cerefolii loco (vt dixit) comedens. Mista vino insanabile venenũ est. Excellẽtiss. Leonicenus pharmacopolarum errorem detexit, qui loco rutæ sylvestris seminis, cicutæ semen colligunt, & seruant: tamen resipiscere nolunt, sed in dies homicidia potius augere. Nostrũ vulgus cegua, & Galli etiã ceguce nominãt, Hispani cannaueras, alii ceguta: at Germani, quoniã interficit, vvieterich appellant, ac si tyrannum dixerint (ita enim apud ipsos id vocabulũ interpretatur) à Polonis szfinya vesz dicitur. SE. De cicutæ qualitatibus disseramus. BR. Video hac in re authores

res longè differentes. Nã recentiores frigidã, & ſiccam tertio ordine cenſent: Auerrois autem quinto collectionũ inquit calidã eſſe, & ſiccã ordine tertio. Et profectò cõtextum illum Auerrois corruptum eſſe credidiſſem, & legi debere frigidã, niſi proſequeretur Auerrois inquiens tumores craſſos incidere, & vrinã prouocare, atq; mẽſes, & dolori humerorũ valere, pituitamq; purgare. Hęc aũt omnia rei calidæ effectus eſſe videntur. Galenus verò expreſsiſsimè fatetur illam eſſe extremè refrigerantis facultatis, propterea in quarto ordine frigida erit, vt vnus eius effectus oſtendit, nempe infrigidando necat. Quod apud Platonẽ in Socratis morte videre licet, qui cicutæ ſuccum ex vino bibens obiit. SE. Quomodo potuit tã graui errore detineri Auerrois, cùm omnes ſummũ virũ illũ fuiſſe fateãtur? BR. Fortè per cicutã myrrhin intelligit, de qua Dioſcori. libro quarto inquit & mẽſes, & ſecundas trahere: & quam Galenus ſeptimo de ſimpliciũ medicamentorũ facultatibus libro, dicit eſſe in ſecundo ordine calefacientiũ, & in eodẽ exiccantiũ. Myrrhis verò ex ſimilitudine cicuta dicitur apud Dioſcoridem, & à Ferrarienſiũ vulgo cicutaria vocatur. Si hãc intellexit Auerrois per cicutã, non multùm à vero diſtabit, quanuis & in ordine differat, tamẽ in

qual

qualitate conuenire certum est. SE. Erucæ semina occurrunt. BR. Inter alias herbas, quibus in acetariis vtimur, hæc vna est, quę Venerem reuocat morantem, vt poeta inquit: nec lactuca apud nos edi consueuit sine eruca, vt calidæ, ac frigidæ rei temperamentum fiat. Notissima herba est, à nostris etiã mulieribus ruchela corrupto vocabulo, quasi eruca nuncupatur. Nõ modò semina, sed & herba ipsa seruãdi. Quin & ex hac herba, & lacte, vel aceto pastilli fiunt, vt diu seruẽtur in culinæ, nõ medicinæ, vsus. Quæ apud nos reperitur, satiua est. Aliud genus syluestre in Hispania potissimũ nascitur, (quãquã & in Italia etiã) quo Hispani loco sinapis vtũtur. Imò idẽ est in Italia vsus: & plures vidimus, qui eius semine vice cardamomi vescerẽtur. In Ferrariensi agro copiose prouenit, sed in montibus efficacior. A Romanis, & à Lucẽsibus ruchetta, à Polonis biala gorczicza, à Cretensibus vulgò ruca, ab Hispanis oruga, à Gallis roquetta nuncupatur. Multi putarũt illam calidã, & humidã, in secũdo ordine, propterea Venerem stimulat. Sed in hoc Auicennã potius imitandũ iubemus, qui illam in secũdo ordine calidã, in primo siccã facit, præsertim cùm sicca est. In humida, & recenti dicit inesse humiditatẽ in primo ordine, tamen siccã esse semper fatebimur. SE.

Ad mespilorum semina veniamus. BR. Si tẽ pus exigeret, mespilorum species ad vnam enumerarem, quæ a Theophrasto libro de plantarum historia tertio, & à Plinio describuntur, ostẽderemque Dioscoridis mespilum, nõ esse nunc vocatũ mespilũ: quia Dioscorides arborem aculeatã dicit, buxeæ spinæ foliis, & quod fructũ fert, in quo solũ tria grana, vel semina inueniũtur, vnde tricoccus appellatur. Talis fructus in Neapolitano agro copiose abũdat, ipsi azarolũ, nos lazarolum vocamus. Cœpit iam Ferrariæ plantari, & Hieronymus Brasauolus affinis meus miles strenuissimus suo in horto habet. De hoc aũt pomo aliàs. Nam mespilla nostratia nõ habent pauciora grana quinque. Verùm vt aliquid certi habeas, secũdũ genus mespili à Dioscoride positũ, quod epimelis appellari dicit, in Italia nascẽs, est vera mespilus nostrâs, si descriptiones cõsideremus. Nã est arbor malo similis, foliis tantũ minoribus. Rotundũ pomũ fert esui cõmodum, latiori vmbilico, leniter adstringẽs, & serò maturescit. Suspicorq; idẽ esse, quod apud Galenũ ex mẽte Hippocratis amamelides nũcupatur, genus mespili in Italia nascẽtis. Quicquid tamẽ sit, non est opus aliunde quærere mespila, quã Ferrariæ, vbi & copia habetur, & efficacia sunt semina. Hoc tãtũ addere decreui

creui,& si eius fructus adstringat,seminũ tamen puluis,lapillos vehementer ex renibus eiicit,vrinã cit,& vesicæ lapidẽ minuit. Cuius rei nuperrimè experimẽtũ sumpsi in domino Petro de Argẽta,qui plures,quã sexaginta è renibus lapides minxit solo huius pulueris auxilio. In domino aũt Andrea Rodo viro solertissimo adeò lapides renũ comminuerat, vt in puluerẽ redacti sine dolore exirẽt. SE. Cũ de epimelide mẽtio inciderit, quid sit apud Galenũ incertũ videtur. BRA. Hic opus nõ est omnia recẽsere, quæ alibi à nobis vbertim scripta sunt. Lege cùm domineris nostra in secundũ aphorismorũ Hippocratis cõmentaria, aphorismo xx. vbi de epimelide, mespilo, amamelide, comaro, vnedone, arbuto, memecylo, tricocco, azarolo, & aliis pluribus integrã habes historiam. SEN. Quæ sunt mespili qualitates? BR. Frigidũ & siccũ esse oẽs fatentur, & Gale. hoc testatur, quoniam acerbũ, & adstringentẽ hunc fructum facit, septimo de simplicium medicamentorum facultatibus libro: tamen dicendum est, in secundo ordine frigidum esse, & immaturũ in tertio ordine siccum, maturũ verò in secũdo. Decipiũtur qui humida esse volunt cũ matura sunt. semper etenim sunt ficca, sed minus cũ matura. Germani mespilum mespil, Lusitani nespelas, vt nos etiã, in.

in n,mutantes,Galli nepfles,Poloni, vt nos, mespila appellant. SE. Lens sequitur. BR. φάκος à Græcis dicitur,lentem nos,& lenticulam appellamus,semen notissimũ ita etiam vulgò dictũ lente,in Ferrariẽsi agro præcipuũ,vt quandoque grana pollicis vnguẽ latitudine æquẽt. Ibi pro vsu colliges. Lenti vltimam manũ imposuissem,nisi Dioscoridis textus occurrisset,quo aluũ cohibere cũ corticibus scribit. At Hermolaus emollire interpretatus est:nosque publicum adagium vulgò habemus,si quis lentis paterã comederit,situlã cacare. Errãt (vt puto) recentes, qui excorticatas adstringere, cũ corticibus emollire volunt. Nã cõstat apud Galenũ, & Paulũ lẽtes cõmuniter adstringere: quã ob rem apud Dioscoridem, ita etiã intelligendum censeo: quippe secundo ordine exiccãt, vt Actius testatur, qui etiã prædictæ dubitationis solutionẽ quodã modo adumbrauit. Nam experientia id manifestè ostendit,lentem comedentes solui. Verùm Actius lentẽ quidem arefacere corpus,& sistere aluũ: ius verò iritare. Vnde his aluus irritatur, qui ius, non lentem,comedũt. Accidit verò multos ius secum comedere,ideo non mirum si soluantur. Ipsi autem lenti id tribuunt,quod iuri potius condonandũ erat. Nec mirũ, quoniam & biscocta brasica adstringit: at ventrem

trem laxat prima coctura sumpta, vt Aristoteles primo problematum libro edocuit, & Galenus variis in locis. Galli lentiles, Hispani lentellas, alii lentegias, Germani linsen, Romani lentiche, Neapolitani nemicole, Cretenses phachi, Poloni soczeuicza, Lucenses lentichie appellãt. Recentes dicũt lentẽ frigidam & siccã esse ordine primo: at Gale. VIII. de simpliciũ medicamentorũ facultatibus, in caliditate & frigiditate temperatã illam facit, siccã verò ordine secũdo. SE. Amcos sequitur. BR. Plures decepti, ammi, cuminum esse arbitrantur: nõ enim legi debet ameos, quia genitiuus est, sed ammi. Verũ Dioscorides cuminũ nõ esse, manifestè ostẽdit, sed origani saporẽ habet. Nostri pharmacopolæ in hoc semine inconstantes sunt: quippe nõnulli semina parua, oblõga, & tenuia habẽt, alii simile fœniculo, sed minus, alii maius, quã cuminũ, & nigrũ habẽt. Re aũt vera nullus est, apud quẽ verũ ammi viderim. Illa enim parua semina origani saporẽ nõ habẽt, nec possunt esse calida, & sicca in tertio gradu, vt sapor ostendit. Quod verò maius est cumino, & nigrũ, ex hoc ammi esse non põt, quoniã ammi minus est cumino. Serapio cum Dioscoridem refert, illũ scripsisse putat esse albius cumino, cùm nusquam in Græcis Dioscoridis contextibus id scriptũ

inueniatur. In Aethiopia vbertim nascitur, & prope Alexandriã Aegypti. Græci in panibus suis semẽ hoc ponũt, vt de fœniculis apud nos vsus est, quògustu gratior sit. Hoc semen facilè haberi poterit, quoniã Veneti singulis annis Alexãdriã Aegypti nauigant. Id tamẽ nõ est, quod passim à pharmacopolis venditur: imò vt recens valde portetur, curabimus, vt terræ mandari possit. s. Quæ sunt illa semina, quæ in officinis habentur? BR. Alterius herbæ semina. s E. Cuius herbæ? BR. Nunc mihi ignotæ, quamuis plures viderim, qui cere foliis seminibus vterẽtur. Aliàs aũt de hac re cõmodius tractabimus. Si autem verum ammi cupis, Alexãdriam mittito. hoc nomine ibi appellatur: imò hoc nomen semini, & herbæ per totam Græciã condonatur. Gale. amarum gustum habere fatetur, præter id quod acre sit, & in tertio ordine intẽso calefaciat, & exiccet. A Polonis polskikmia, ab Hispanis zanagria dicitur. Suum ammi ex Apulia Veneti habent. SE. Orobus sequitur. BR. Eruum à Romanis dicitur. Recẽtiores adeò decepti sunt, vt nõ nulli ex ipsis Alexandria semina quædam ferant subrufa, sub cuius cortice seminis ca 10 subflauescit, verum orobum esse asserentes, quum tamen Dioscor. orobum album esse diiudicet, & alba grana colligẽda iudicat ad

cat ad farinam pro vsu medico parandam. Alii recentes, vt Pandectarius, cicer syluestre esse arbitrantur, quum tamen Dioscorides de cicere prius per plura capita egerit, & in cicer arietinũ, & nõ arietinum distinxerit: tunc autẽ de syluestri cicere tractare debuisset. Adde seri eruum, ideo syluestre esse non potest. Auic. herbum, & herbam Iudaicam duobus capitibus cõfundit, recẽtiores idem esse iudicant. Quicquid sit, eruum non est, quod pharmacopolæ vẽdunt, sub cuius cortice flauescit: quia Dioscorides candidissima grana sumi iubet. Nec te moueat quòd ab aliis authoribus rufum ponatur: quia intus album esse debet, nõ rubrũ. Quamobrem id esse eruum suspicor, quod nos vulgò ruuione appellamus. Habet enim albissima grana, & capiti graue est, & onerosum vescentibus, cõstátq; boues saginare. Quamobrẽ si quis orobum ordinaret, nostrũ vocatum ruuione acciperẽ, quoad meliora inuenirẽ. Nam & amarũ est, & in cibis ingratũ. Decipiuntur, qui vicia sumi contendunt: tamen minus quàm alii. si illa pro orobo accipiũt, errãt. Decipiuntur & qui vulgo vocatam rubigliã. Decipiũtur & qui cicer: quoniam in citeris capite, ciceris decoctum cũ eruo miscet, ad testiũ collectiones, formicas, psoras, lichenes, vlcera capitis erumpẽtia, cancros

cacoethas, cum melle, & hordeo. quod nõ fe
ciſſet, ſi eruũ & cicer idem eſſe putaſſet. SE.
Deinceps igitur ſemen dictum ruuione pro
orobo ſumam: nec erit opus Alexandriã, &
in alium locũ mittere, cùm in noſtra vrbe
facillimè haberi poſsit. BR. Ita facere expe-
diet, ne continuè cum aliis erres. Galli eruũ
veſſe, Luſitani cezirano, Poloni vika, Cretẽ-
ſes vulgò roui, Neapolitani ripoile, vel roui
glione vocãt. Apud Gal. VIII. de ſimp. medi.
facul. in ſecundo ordine intenſo deſiccat, &
in primo calefacit, tamen amaritudiné ve-
hementẽ nõ habet. SE. Cardamomi ſemina
ſequuntur. BR. Quãtum in hoc ſemine etiã
pharmacopolæ decipiuntur, ſtatim videre
licebit. SE. Quomodo in hoc ſemine deci-
piuntur, quod valde acre, & odoratum ha-
bent? BR. Si aures præſtabis, id certè intelli-
ges, & quod exponam verum eſſe probabis.
SE. Dic ergo bonis auibus. BR. Aures præ-
ſta: Tria ſemina apud pharmacopolas inue
nio, quæ cardamomi loco ponuntur. Vnum
eſt melegettæ, ita vulgò dictæ, ab Arabibus
cobeth bagne appellatæ, vt ex Auicen. li-
quet. Aliud, quod cardamomum vocant,
ſemen triãgulare, quo noſtræ mulieres pro
condiendis rapis ſapa, quas compoſtas ap-
pellant, vtuntur. Tertium eſt nigella citri-
na, recẽtes in maius, & minus cardamomũ

diſtin

distinguũt ab Arabibus accipiẽtes. Ita enim Serapio sacolla distinguit, quæ apud ipsum cardamomum est. At re vera nullum prædictorũ trium seminum apud antiquos Græcos cardamomũ est: imò aliud maius addo, Serapionẽ de cardamomo loquẽtem, quod sacolla appellat, Dioſc. cardamomum non tractare, vnde recentes omnia confundunt. Nos autẽ, vt tibi distinctè rẽ enucleemus, in hunc modũ exordiamur, quod à Serapione, & Arabibus cardumeni, vel cordumeni dicitur, à Dioſco. cardamomum appellatur. Hoc clarum est Dioſc. Serapionem comparanti. Inquit enim Serapio: Melius ex eo est quod difficilè frãgitur, plenũ, coniunctum, durum, & graue, & extẽsæ superficiei, cuius sapor est acutus parũ, quod autem ex eo nõ est tale, est malum, Dioſco. eodem ferè modo scribit: Eligito quod frãgenti cõtumax repugnet, quod plenum, præclusúmque sit, quod enim tale nõ erit, vetustate exoleuit, & bonitatem amisit. Hinc apertè vides Serapionem, & Dioſc. conuenire, imò & in viribus præciſe etiam quadrant, vtidẽ sit apud Serapionem cordumeni, quod apud Dioſc. cardamomum. At Serapionis interpres, qui carui agreste interpretatur, aberrat, & ab hoc errore ducti recentiores omnes hallucinantur. Ad melegettas igitur redeuntes,

ipſas nõ eſſe cardamomũ ex hoc probatur, quia nõ multùm guſtum tentant, vt cardamomum facere debet, nec ſunt ſubamaræ. Idẽ iudiciũ ſit in aliis prædictis ſeminibus, quæ nullam amaritudinem habent: ideo pharmacopolæ Dioſc. cardamomo, & Serapionis cordumeni carent. SE. Tamẽ Serapio particulatim de cardamomo ſub hoc vocabulo cardamomum tractat. BR. Nuſquam Serapio de cardamomo tractauit, niſi in ſacolla. At ſacolla nõ eſt cardamomũ Dioſc. ideo Serapionis interpretem erraſſe puto, & nõ debuiſſe interpretari cardamomum, ſed aliquid aliud, quod ab eo nomine ſacolla ſignificatur: arbitrórq; ſacolla ſemen quoddã eſſe in Arabia, nobis ignotũ, & etiã Græcis: propter id eo capite Serapio Græcos nõ adducit, vt mos eius eſt, ſed ſolos Arabes. Vnde ſacolla cardamomũ interpretari non debet, quia cordumeni, vel cardumeni cardamomũ eſt. SE. Nunc verum cardamomũ doceas. BR. Scito in primis ex illis non eſſe, quæ in officinis habentur, quia amara non ſunt, nec frangẽti cõtumacia ſemina. Facilẽ ex Armenia, Boſphoro, India vel Arabia haberi poteſt: illuc mittendũ, præſertim in Boſphorũ, quia Veneti illuc ſingulis annis nauigãt, & Illuſtriſsimi ducis noſtri nauis Boſphori litora appellit. SE. Edoceas ſaltẽ quid

ſit ſac

sit sacolla Serapionis quã ille interpres cardamomũ vertit,& omnibus recentibus ansam errãdi præbuit. BR. Quod mihi incertũ est,tibi aperire non possum. Res barbaræ sunt,quæ ad nos nũquam peruenere. Cõstat autem maiorẽ sacollam melegettã nõ esse: quia nõ sunt grana magna,in quibus parua granula insint. Nec etiã minus cardamomũ est,scilicet vulgare hoc nostrum, quia cum maiori similitudine nõ habet,& cortice tegitur,minor verò sacolla cortice caret. SE. Non afferã igitur domũ cardamomũ? BRA. Non equidem,nisi ad prædictas partes miseris. SE. Non potero non mittere, cùm propter hoc,tum propter alia multa. BRA. Esto bono animo, quoniam speramus nos hæc omnia quandoq; distinctè ostensuros. SEN. Quibus nominibus ab aliis nationibus insignitur? BR. Omnes Latino & Græco nomine vtuntur. SE. Refer saltem cuius sit qualitatis. BR. Calidum est,& siccum ordine tertio: quoniam Gal. VII. de simp. medic. facul. inquit: Est admodum calidum, non tamen vsquea deò vt nasturtiũ. vnde in medio tertii ordinis calidum erit. SEN. Carui semina ad collectionẽ veniunt. BR. Arabica nomina Græcis & Latinis notiora sunt. Caruus Arabicum nomen est, in quo Pandectarius adeò errauit,vt monitore nõ indigeat.

Quip

Quippe in Serapione ita cõfundit nomina, vt caruũ cum nigella miſcuerit. quod ex nominum errore factum eſt. Quod enim Serapio xamin dicit, id eſt, nigellã, ipſe accepit, ac ſi carui dixerit. Tamẽ aliud caput Serapio de carui ſcribit, quod verũ carui eſt, vt mirandũ ſit cur Pandectarius nigellam potius, quàm carui acciperet. Nos igitur de carui, vel caruo, aut caruia (nihil enim refert quomodocũq; barbarũ nomẽ proferatur) tractaturi, id primò admonebimus, caruũ nõ eſſe nigellã, vt Pãdectarius, & plures recentiores exiſtimarũt, ſed caruum apud Serapionẽ id eſſe, quod à Dioſc. caros vocatur. Hoc manifeſtè deprehendes Serapionẽ Dioſ. cõparãdo. Inquit enim Serapio: Carui ſemen huius prouocat vrinã, habet bonum odorem, & calefacit, & eſt bonũ ſtomacho, & facit digeri cibũ, & ingreditur in confectionibus medicinarũ, quæ cõponuntur ad faciendũ deſcendere cibũ à ſtomacho, & virtus eius ſimilis eſt virtuti aniſi, & radix eius comeditur cocta, ſicut paſtinaca. Hactenus Serapio. Nunc Dioſc. mentem præſtat ita de caro dicenti: Calefacit, vrinã cit, ſtomacho accõmodatum, & in cibo gratũ eſt: concoctionem adiuuat, vtiliter antidotis, & oxyporis miſcetur, aniſo proportione reſpõdet: radix elixa paſtinacæ modo edenda eſt. Ex his

his certè deprehenditur, carui Serapionis, & caros Dioſc. idem eſſe: quoniam eadem penitus à Serapione (quamuis barbarè) in ſuo carui dicuntur, quæ à Dioſc. in careo. Fortè ſi fidum interpretē habuiſſet Serapio, in tot errores nō incidiſſet. Semen autē, quod pro carui à pharmacopolis ſumitur, carui, aut caros eſſe nō poteſt: quia, vt inquit Serapio ex ſententia etiam Aben Meſuai, eſt ſemen craſsius, quàm cyminū. Quod aūt pharmacopolæ vendunt, multò minus eſt cymino. Putaui quandoq; daucum eſſe, id eſt, quod vulgò apud nos pro dauco ſumitur, quod eſt paſtinacæ genus, ſed magis odoratū eſſe caruum, poſtea ſemina non correſpondere aduerti, quanuis noſter vulgaris daucus paſtinacæ genus ſit, & caros inter paſtinacas numerari poſsit. Vnde Paulus Aeg. 1. lib. vbi radices numerat, quæ edendo ſunt, tres iſtas coniunxit paſtinacā, paſtinacā ſylueſtrem, & radices cari, ac ſi & caros inter paſtinacas numerādus ſit. Quod ſi potius Dioſ. quàm Serapioni, credamus, vt dignum eſt, qui in aliquibus Græcis codicibus exiguū ſemen habere dicit, fortè vna ex noſtratibus dauci ſpeciebus erit. Eius herba à Dioſc. non pingitur. Plinius monet vbiq; ſerēdū careum. Caros verò dictus eſt, qa in Caria laudatiſſimus inuenitur. Si quis certus fieri cuperet,

in

in Cariã mittere oporteret, quod graue nõ erit illustrissimo Alphõso principi nostro. Quum eius semina habebimus, terræ mandabimus, vt quicquid nascatur, videre possimus. Ab Hispanis alcarouea, à Polonis pol nykmyn nũcupatur, à Gallis nostro vulgari nomine. Ex campis Patauinis, & Vicentinis semen quoddã affertur pro caro. Auic. calidum, & siccum in ordine secundo illud facit. Auerrois autẽ quinto collectionũ, in tertio ordine calidũ, & siccum facit. Gal. VII. de simp. med. facul. secutus, qui in tertio quodam modo ordine calefacere, & exiccare dicit. Tamẽ videtur Gal. ex suis verbis id facere, vel in principio tertii, vel in fine secũdi calidum, & siccum. SE. Nigellæ nigræ semina post caruum locũ habent. BR. Cur nigræ addidisti? SE. Ad differentiam subcitrinæ. BR. O ingens recentiorũ error, idem est dicere nigella subcitrina, ac si dicatur nigrũ subcitrinũ. Vna tãtùm nigellæ species apud probatos authores reperitur, quæ xamin à Serapione dicitur, non carui vt Pandectarius putauit. Idem verò est xamin Serapionis, & melanthion Dioscor. vel nigella. Serapio enim inquit plantam esse paruam circa duos palmos, & habet folia parua, minuta, & mollia, similia foliis plãtæ ranahaon, nisi quia sunt minora satis, & habet capitella

tella subtilia, similia capitibus papaueris, oblonga, & in medio eius sunt parietes separantes semina. quod quidē semen est nigrū, acutū, boni odoris, si Dioscoridē met legeris in capite περὶ μελανθίου, id est, de melāthio, & eadem ferè ad verbū scribit, vt de xamin Serapio edocuit. Nam inquit esse breuē fruticē, pedali, & aliquādo maiori, altitudine, cōparátq; folia melanthii senecioni, & Serapio ranahaon, quod senecion est: ambo tamē folia minora cē sent. postea sequitur: Et habet in summo cacumine exiguū vasculū papaueris figura oblongū, interiore sui parte discurrentibus veluti cācellis dissēptum, inter quos nigrū semē, acre, odoratūq; claditur, vt nullus ex his ambigere possit, melanthion Dioscoridis. quod nigrum significat, & Romanorum nigellam, cum xamin Serapionis idē esse: id magis ostēdunt proprietates, quæ eædē penitus sunt, vt quod in pane ponitur, & frōti illitū capitis dolores discutit. Vt autē nigellam cognoscas, in segetibus herba quædā nascitur, cuius florē mulieres Ferrariēses, a cruſtici githone appellant, quo in coronis vtuntur, æstiuo tēpore, gith alio nomine dicitur, vnde vocabulum deductum est githone. Semen huius plantę nigrū est, & est odoratū, atq; pseudomelanthion dici potest, ex cuius similitudine verū

melan

melanthiũ cognoſcere poteris: vnde melanthion, nigella, xamin idẽ eſſe cõſtat. Cõſtat etiã ſemen id, quod pro nigella vẽdũt pharmacopolæ ſubſtituũ, nigellã nõ eſſe. Recentes autẽ, qui duplicẽ nigellam oſtẽdunt, ſine ratione loquũtur: quoniam apud antiquos vna ſolùm nigellæ ſpecies reperitur, quę nigra eſt. Imò & vocabulum nigellæ nigrũ ſignificat. Et Romani præterea nigellã papauer nigrum appellant, & hoc nomẽ in vſum nõ ceſsit propter aliud papauer nigrum, & verum, ex quo opiũ, & meconiũ fiunt. Nunc autem in variis hortis Ferrariæ melãthion verũ habetur folio ſenecionis inciſo in morem foliorũ erucæ. Galli Latinũ nomẽ ferè imitãtur, nielle noire dicẽtes, Germani verò ratthen: quãuis nõnulli apud ipſos diſputent eſſe potius bervvurtz, quę eſt dauci ſpecies. Nos tamẽ potius Germanorũ ratthen eſſe cẽſemus, à Polonis czurnucha, à Cretẽſibus vulgò melathi, ab Hiſpanis nigella vocatur. Noſtrũ igitur githone, qã in triticea meſſe naſcitur, gith nũcupatũ pſeudonigella dici poteſt, tamẽ in omnibus cũ vero melãthio cõuenit, præterquã in folio. Verũ autẽ melanthiũ, quod nũc in nõnullis hortis Ferrariæ viret, vulgò nigella nuncupatur, flore pulcherrimo in cyaneo albicãte, & foliis quibuſdam pediculis intercurrẽtibus diſtincti.

Omnes

Omnes ferè cum Galeno ſeptimo de ſimpl. medic. faculta. melanthium, & nigellam in tertio ordine calidam & ſiccam iudicant. At recentiores nonnulli in ſecundo ſolùm ordine ſiccum eſſe dicunt. Scito tamen verùm melãthium in medio tertii ordinis calidũ eſſe, & in principio tertii ſiccũ, verùm pſeudomelanthium, quod & giotone vocamus, in ſecundo ſolùm ordine calidũ & ſiccum erit. §. 8

Atriplicis ſemen occurrit. B R. 10

Plures decepti ſunt, qui atriplicẽ id olus eſſe putarunt, quòd vulgò ſpinachia dicitur. Quòd autẽ aberrent, hinc manifeſtum eſt, quoniam atriplex antiquũ & notum eſt, nouæ ſunt ſpinachiæ. Habet etiã atriplex aureũ floreẽ: vnde ab aliquib. chryſolachanon dictum eſt, & à Cretenſib. vulgò, nos paſsim trepeſe appellamus. Hiſpani recẽtes, prædictos ſequunt. nã ipſi ſpinazes, alii armuelles, vocant, Galli aroſſes, Neapolitani atripice, Poloni loboda, Germani grienkraut, vel grunkraut, ac ſi dixerint viridem herbã. Ipſi etiã veluti diuerſum herbã à ſpinachiis, quę ſpenet vocant, agnoſcunt. Notiſsima herba Ferrariæ, & notiſsimũ ſemẽ, quod vim refrigerandi habet ferè in tertio ordine. Pythagoras atriplicem damnabat, vtpote qui hydropicos faceret, arquatos, ac pallorem, & in hortis nihil apud ipſum naſcitur inculpa-

tum. Difficulter coquitur. Vnde si Pythago
ræ credereliceret, nostræ ætatis medici, qui
in ægritudinib. cõcedunt, longè aberrarẽt.
At Dioſc. de arquato morbo oppoſitũ ſcri-
bit, quàm Pythagoras ſentiret: quia inquit
eius ſemen cum aqua mulſa bibitũ regium
morbum ſanare, aluũq; mollire. Duplex ge
nus apud Dioſc. inuenies, & vobis in prom
ptu ſunt, ſatiuum & ſylueſtre. Sylueſtris nul
lus eſt apud nos vſus. Semina domeſtici tan
tũ habere ſtudeas, & hęc in Ferrariẽſi agro,
vbi exquiſitiora ſunt. SE. Cuius eſt qualita-
tis? BR. In ſecundo ordine frigidũ & humi-
dum eſſe cẽſemus: & ad eundẽ ordinẽ ſpina
chia referimus. SE. Quo nomine antiqui no
ſtra ſpinachia vocãt? BR. Niſi in genere ble-
tę, aut atriplicis ſint, nihil habeo certi, quod
tibi oſtẽdere poſsim. SE. Igitur ad cæpæ ſe-
men veniamus. BRA. Non eſt opus hìc im-
morari, quia notiſsimę ſunt cæpę. Crómyõ
à Græcis dicitur. Sylueſtres cæpæ nuſquam
ſunt. Rubræ acriores albis, & oblõgæ rotun
dis iudicantur, non modò ſemina, ſed & ra-
dicem ipſam, quę propriè cępa eſt, ad medi
cum vſum, & culinariũ ſeruabis. Plin. lege
de eius ſpeciebus, & alios authores. Hiſpani
cebellam, alii cębollias, Germani zvvibel,
Poloni czebula, alii cebulia, Cretẽſes vulgò
cromidi, Neapolitani cepole cæpã vocant.

Nunc

Nunc cæpæ qualitates considerentur. Gal. septimo de simplic. medic. facult. in quarto ordine calida censet, quanuis Auicenna in tertio solùm calidam dicat, sed magno errore: quoniã humano corpori admota exulcerat, tamẽ est in prima solũ parte quarti ordinis. De passiuis qualitatibus Auicenna dicit in ipsa esse humiditatem superfluã, Galenúsque illam dicit esse flatuosam. Tamen in tertio ordine exiccare manifestum est, si parti humani corporis humidę applicetur. Et vt in calce secundi libri de alimentorum facultatibus, Galenus docet, humores extenuat crassos, & glutinosos incîdit. SE. Anisi semẽ occurrit. BR. Notissimum est anisum, nec opus est in ipso ambigere, licet ex Syria comportari Dioscoridis tradiderit: non enim in Italia propter id nasci inficiatur, sed ex Syria originem habuit, aut ibi saltẽ excellentius prouenit. In Italia frequens habemus: tũ mõtanum atq; nigrum seruabis. nam viribus efficacioribus pollet. A Gallis anis, à Germanis enisz, ab Hispanis yerua buona, à Polonis anysz, à Cretensib. vulgò glichaniso nuncupatur. Auicenna in anisorum qualitatibus perperam Galenum adducit: nempe Gale. in sexto de simpl. medic. facult. anisum inquit esse in siccando tertii ordinis, sicuti & in calefaciendo. Auicenna

verò Galenum refert, ac si dixerit anisum esse calidum in secundo ordine, & in tertio siccum. At alter est in Auicenna error, qui Diosco. adducit anisum dicentem in tertio ordine calefacere, & exiccare, cũ nusquam à Dioscoride hoc dictum sit: verùm id tantùm dicit: Præcipua quidem eius natura in calefaciendo posita est. de qualitatum verò ordine nihil penitus dixit, neq; scribere consuetus est. SER. A Galeno dicitur subamarum, tamẽ in gustu nullam amaritudinem sentio. BR. Imò nonnihil amari persentitur, ea res mira, ex anisi substantia vi ignis absq; alia materia oleum elicio purissimum, & dulcissimum, quod & odorem, & saporẽ anisi habet, & hæc intẽsiora, quàm ipsum semen habet, verùm ex ætate amarissimum fit. SEN. Cymini semen sequitur. BR. Et huiusmodi semina notissima sunt: reperitur verò domesticum cyminũ, & duplex syluestre. Domesticũ in quotidiano vsu habetur, de quo nihil aliud dicã, quã nostros rusticos in peristeriorib. ipsum ponere, vt columbos remorentur, & alienos alliciant. Quod & antiquitus factum testatur Plin. Addo etiam non esse petendũ ex Galatia Asiæ, vt volunt autliores, & Cilicia, quum in Italiæ Apulia optimum habeatur, & aliis plurib. in locis. Efficacius in calidis prouenit. Omnes ferè

natio

nationes Latino nomine vtũtur, vel ſaltem parum detorquent. Nam Germani kumell, Poloni kmin, Cretẽſes vulgò chimino, Gallí commin, Hiſpani comines appellant. S E. Quæ ſunt cymini facultates? B R. A Gal. ſeptimo de ſimp. med. facul. dicitur vires habere ſimiles aniſo: & mentionẽ facit ſolùm de caliditate, quæ in tertio ordine eſt. De ſiccitate videtur ambiguum, quam tamen nos putamus tertiũ ordinẽ attingere, quanquis Auicenna in ſecundo ordine ſiccum eſſe tradiderit. S E. Petroſelini ſemẽ quęramus. B R. Adhuc in medicorũ animis inſidet noſtrum vocatum petroſelinũ antiquorũ petroſelinum eſſe, & quũ in re medica petroſelino indigemus, noſtrę herbæ ita vocatę ſemina, & radices, & neceſſarias alias partes colligunt. Sunt tamẽ, & verũ petroſelinũ, & noſtrum vocatum petroſelinũ apii genera: ſed petroſelinũ in Italia non naſcitur (quod ſciuerim) in Macedonia tantũ pręruptis locis. Semẽ habet ammi ſimile, odoratũ, acre, & aromati ſimile. Imò ſi addamus, quę Gal. in Theriace dicit, amarũ eſt. quæ noſtro petroſelino non conueniunt. Tamen difficile non erit per Venetas nauigationes in Macedoniã mittere, vt inde ſemẽ habeatur, quod mox noſtris regionib. locis prærupti ſeminetur. Noſtri Latini, vt Palladius, non di-

cunt in Macedonia nasci petroselinum, sed locis asperis. Vnde nihil impediret apud nos etiã gigni, præsertim si locis asperis semine tur. SE. Ergo petroselini semen non habebimus? BR. Non, nisi credamus id esse, de quo recentes, & quod vulgo petroselinum. i. saxatile apium appellamus. Tamẽ breui spero me hęc semina acceprurum illustrisimi Alphõsi Ducis Ferrarię cura, & Herculis Illustrisimi Ducis post patris obitũ maiori diligentia. SE. Nostrũ igitur vocatũ petroselinũ quid erit? BR. Animus inclinat satiuũ apium, siue hortense esse, de quo Diosc. inquit omnib. accommodatum esse, quib. & coriandrum σέλινον κηπαῖον, id est, apiũ satiuum, à Dioscori. simpliciter nuncupatur. Pliniús q; lib. xx. in iure mãdi hoc apiũ censet, & esse peculiare in cõdimẽtis. quod manifestum est, nostro petroselino conuenire. Apud omnes ferè nobis notas gẽtes à petra nomen habet. quippe Galli persin, Hispani perrexil, Germani peterſilgen, Romani petrosendolo, Cretẽses vulgò cudumedo, alii persibulo, Poloni piotruszka vocant. In tertio est ordine calefacientiũ, & exiccãtium: quãuis Auic. de petroselino agẽs a d apii caput se referat, idq; in primo ordine calidum facit, & in secũdo siccum, cum nulla sit apii species, quę primum caliditatis ordinẽ non exced

excedat. SE. Oleris atri semina accedunt. BR. Olus atrũ à Romanis dicitur, quod Dioſc. vocat hippoſelinon, non quidem ab equis, quib. conferat, vt nõnulli voluere, ſed à magnitudine ſua: quia equus in cõpoſitiõe earum rerum, quib. nihil peculiare habet, magnitudinem ſolã ſignificat, vt hippomarathron, quia in ſuo genere multùm excedit, hippolappatõ à Theodoro Gaza in Theoſtraſtro equapiũ interpretatũ. Ad noſtrum olus atrũ redeuntes, radicem extra nigram, intus albam habet, propter id olus atrum à Romanis vocatur, maius apii genus, qđ in hortis, & riguis naſcitur, adeò creſcens, vt arboreſcere videatur. Notiſsimũ eſt, apud nos ob ſuã magnitudinẽ hippoſelini nomẽ acquiſiuit. i. (vt Theodorũ imitemur) equapii. Nos vulgò Ferrariẽ apiũ Macedonicum nũcupamus. Omnes cõditiones habet, quas illi Dioſc. attribuit. Ne aliubi quæras olus atrum, quã Ferrariẽ, radixq; aliquib. in cibis grata. Decipiũtur verò, qui archangelicã, vel angelicã à nobis vocatã, olus atrũ eſſe fatẽtur, quoniã radicẽ albã habet, nec in tã altã magnitudinẽ creſcit, vt apiũ Macedoni eũ vocatũ. A Polonis gier, à Venetis herba Alexãdrina, à Cretẽſib. vulgò Macedonico, à Lucẽſib. maceroni, à Neapolitanis Alexãdro nuncupatur. Et hoc cum Gal. calidum,

& siccum tertio ordine censemus. SE. Apii semina occurrũt. BR. Quum absolutè apiũ dicitur, hortẽse intelligi oportet, quod σιλινον κηπαῖον, à Dioſc. nuncupatur, à noſtris vulgaribus petroſelinum dicitur: quam ob rem pro ſeminibus apii abſolutè, non ſunt breuioris illius apii, quod in hortis naſcitur, ſemina ſumenda. Dico breuioris, quàm Macedonicum, ſed maioris, quàm noſtrum vulgare petroſelinũ. At potius ſemina hortenſis apii, id eſt, noſtri vulgaris petroſelini ſeruarem. Vnde per ſemina apii abſolutè, hortẽſis apii ſemina intelligẽda ſunt, quod eſt noſtrum vocatũ petroſelinũ. Semina verò, quę à pharmacopolis paſsim colligũtur eleoſelini ſunt. i. paluſtris apii. Decipiuntur enim, qui apiũ paluſtre, eam herbã putant, quam vulgò apiũ raninũ dicimus: quippe apium paluſtre ſatiuo maius eſt. Apiũ verò raninũ multò minus eſt. Et quãuis Dioſco. in aquoſis locis naſci, nõ tamen in aquis dicit. Solum autem Ferrarienſe inter aquoſa loca numerandum, præſertim vbi apiũ naſcitur: nam vmbroſa loca, & aquoſa amat. De noſtris autẽ apii generibus loquor, quia petroſelinũ verũ in ſaxoſis, & aſperis naſcitur. Tamen quum & apium ſatiuum. i. noſtrum petroſelinũ, & eleoſelinõ eaſdẽ vires habeant, vt Dioſc. fatetur, ideo nõ multùm refert,

refert, vtrum eorũ ſumatur. Pro his autem colligẽdis ne patrium ſolum deſeras. Radices etiam, & folia ſeruato. Germani eppich, Hiſpani, vt nos, apio, Galli ache, Neapolitani achio, Veneti epo, Poloni opich apium vocãt. Et hoc calidũ eſt & ſiccũ ordine tertio. SE. Leuiſtici ſemina poſt apiũ ſequũtur. BR. Liguſtici potius dicere oportet. Plures decipiũtur, qui apii ſpeciẽ eſſe crediderunt, quum de ipſo in altera parte egerit Dioſco. quàm in apii generibus. Pharmacopolæ & Ferrariẽ, & Venetiis, Bononiẽ etiam, ac Patauii altero ſemine vtuntur, quod libiſtici ſemen arbitrãtur, tamen inconſtantes ſunt, quoniã nonnulli apii ſeminib. pro eo vtuntur, alii dauci. Tamẽ facilè eſt in Liguriam mittere, imò in dies illuc mercatores accelerãt, ſemẽ petẽdum eſt, & terræ mãdandũ. In Liguriæ mõtib. naſcitur, vmbroſis, aſperis, & altiſsimis. Mirãtur Genuẽſes pharmacopolẽ nobis hoc ſemẽ deeſſe. Tamẽ in mõtibus efficacius eſt, quã ſi in plano ſeminetur. Pro pipere eo vſa eſt antiquitas: imò & nunc ruſtici Ligures pro pipere in cõdimẽtis vtũtur: & ego cõditum ferculum libiſtico ſatis gratum comedi Genuæ in ædib. Illuſtriſsimi Sinibaldi Fliſci, quum Illuſtriſsimus Hercules Ducis Ferrariẽ primogenitus Galliam peteret: nec etiam magnificis Co-

mitibus Bonifacio Beuilaquæ,& Vgocione Rangono viris integerrimis diſplicuit.Sed illud animaduertere oportet, Ligures fœniculum miſcẽtes libiſticũ adulterãt.Quin & Dioſc.tẽpore ſeſelis ſeminib.adulterabant, & altero quodã ſemine,ſed ſubamaro,quo ſapore deprehẽdebatur.Vnum eſt,vos libiſtici ſeminib. carere, cuius etiam radices in officina deinceps habere curabis. Galli, vt nos ferè,& Hiſpani, Ger.verò liebſtœckel, Poloni lubſzczek,Veneti leuiſtrego appellãt. Eſt in tertio ordine calidũ, & in eodẽ exiccat.SE. Fœniculi ſemẽ occurrit.BR.Notiſſima herba eſt,cuius ſemine in placẽtis cibariis diuerſis aceto,viridi,& arido per totum annũ veſcimur.Ferrariæ maxima copia habetur.A Græcis μάραθρον dicitur.Sed nõ ſolùm ſemina, verùm folia,& radices ſeruare commodũ erit. Sed quũ in aruis erraticum fœniculũ,aut ſylueſtre inueniatur,quod rei medicæ proficit, ideo huius ſemẽ in Ferrariẽſi agro collectũ ſeruabis. Adeò nota ſunt hæc,vt nihil aliud dicẽdum videatur,quàm Hiſpanos ymozo, aliis hinoio, Germanos fenchel,Gallos feneul, Neapolitanos fenochio,Creteſes vulgò maratha,Polonos vvloſki kopr fœniculũ vocare. In tertio ordine calidum eſſe Gal.cenſet VII. de ſimpl.medi. facul.& in primo ſiccũ,quanuis in hoc aliòs

refer

referat. Auicenna censet sylueſtre fœniculum calidius esse, domesticum verò in secundo ordine calidum esse. Nos eius siccitatem in secũdo esse putamus. quod etiã censuit Auerrois quinto collectionũ. Imò illorum ratio, qui in primo tantũ ordine siccũ esse dicebãt, quoniam lac procreat, ad rem nihil facit, nẽq; impedit, quin sit in secũdo, nempe lac nõ procreat eò, q; in lac cõuertatur, sed alia cõuertit, vt sanguinẽ in lac conuertit, & ad mammas ducit, vel id solum facit, quod ad mãmas ducit, quas suos calore roborans, & mammarum vim cõcoctricẽ perficiens, sanguinem in lac facilius cõuertunt. SE. Sparagi semina sequũtur. BR. Aſparagi dicẽdum est, adeò nota herba, vt nihil aliud dicendũ videatur, quàm in Ferrariensi agro colligẽda, vbi infiniti ferè sunt producentes asparagos cãpi. Radices quoq; seruãdæ. Illúdq; animaduersione dignũ, apud antiquos hoc nomẽ asparagus, siue aſpharagus, nõ solùm notissimã hanc herbã significare, quã sparsi appellamus, sed cuiuscunq; herbæ cacumẽ, quũ primum erũpit, vt ededo sit. Paulus Aegineta hoc manifestè ostẽdit, qui caput de asparagis inscribit. in ipso tñ de bleta, lactuca, atriplice, malua, & aliis similibus pertractat. Nos decoctos in iure asparagos aceto, sale, & oleo cõsperſos, magno

gno gulæ delectamento comedimus, & in principum deliciis sunt, vt etiam sine condi tura comedantur. Hispani vt nos ferè sparagos, Poloni spargus, Cretenses vulgò sphargi, Germani spargon, Galli esparge appellãt. Galenus asparagũ in caliditate & frigiditate temperatum esse iudicauit, sexto de simplicium medicamentorum facultatibus. In pasiuis autẽ qualitatibus siccũ potius esse dicit, quanquã id nõ exprimat. nam inquit, quin & dentium dolores sanat siccitatis nomine, quam vel maximè dentes requirunt. Auicenna inquit illum esse calidum, sed caliditatem increscere, quum induratur. Tamẽ considera, an sit in primo ordine calidus & siccus ob illas, quas facit operationes. Fuere qui asparagum antiquis ignotũ iudicarint, cùm tamen Dioscorides, & Galenus de illo egregiam mentionem fecerint, & ante Galenum Plinius. SE. Acetosæ semen quæramus. BR. Species lapathi est acetosa ea, quæ acidũ saporẽ habet, quã oxalida appellant, notissima apud nos herba. Arabes, præsertim Auicenna de lapatho tractans, loco huius vocabuli lapathum, hoc nomine acetosa vtitur, quia in ea particula oxy, deceptus est, quę in omni lapathi specie nõ significat acumẽ saporis, sed in aliqua acumẽ foliorũ, vt in nostro vocato rumice foliorum acumẽ, in her

ba quam vulgo herbam bruſcam vocamus, acumen ſaporis. Huius herbæ ſemina in Ferrarienſi agro colliges: verùm nec folia, nec radices, vtpote rei medicæ vtiles, prætermitto. Reperitur & trifoliũ acidũ, quod alleluia vulgus noſtrũ appellat. Sed quũ recentes acetoſam dicunt, lapathon intelligũt, nõ trifoliũ illud, quãuis eundẽ ferè ſaporẽ habeat, vt illi meritò particula ἐξὺ tribui, & ſimul cõponi poſsit. A Gallis ozeille dicitur, qua libẽter intinctus parãt. Latini azedras vocãt, Germani verò ſaurampffer, id eſt, acetoſa ampher, quippe ſaur acetoſum ſignificat, ampher aũt eſt proprium nomen Germanicum, quod nihil aliud, quàm ampher ſignifi cat. Cretenſes vulgò ſcinida, Neapolitani acetoſella. Poloni ſzczaro, alii ſczavvii nuncupant. Frigidam in primo ordine, & ſiccã in ſecundo cũ Auicenna cẽſeo, & ab illis diſſentio, qui in tertio frigidã eſſe iudicarunt. Nã in hoc ordine nõ digereret. quod tamen illi attribuit Galenus ſeptimo de ſimpliciũ medicamentorum facultatibus libro. SE. Geniſtæ ſemina legenda. BR. De geniſta in floribus tractare cœpimus, quæ à Græcis σπάρτιον, à noſtris ſpartõ, vel geniſta. Notiſsima eſt, & in aliis locis præterquam Ferrariæ in vſu ruſtico pro ligandis vitibus frequens. Quæ de ea ſuperius dicta ſunt, ſatis eſſe putam

tamus. SE. Anthera sequitur. BRA. De hac in floribus scriptum est, vbi ostendimus anthe ram non esse rosæ floté, vt quidam recentes putarunt, sed compositionem quandã apud Celsum, in qua tamen rosæ insunt. Et Galenus in quinto methodi post libri dimidiũ, ad quæ valeat anthera medicamentũ ostendit. SE. Ad sileris montani semina veniamus. BR. Si recentiorum montani sileris descriptiones, & seseleos conferamus, idem penitus esse deprehendetur. A Dioscoride tamen tria genera describuntur figura longè differentia, seseli Massilienſe, Aethiopicũ, & Peloponnesiacum. Siler montanum recẽtiorum est apud Dioscoridem seseli Massilienſe, si descriptiones conferantur. Voluntenim fœniculi folia habere, & reliqua, quæ de seseli Massilienſi à Dioscoride dicuntur. At si semina, quæ à pharmacopolis venduntur, consideremus, seseli Aethiopici semina videtur: quia semẽ est amarũ, Massilienſe verò amarũ nõ est, sed acre. Facile aũt erit ex Massilia habere. nam quotidie nonnulli ex Illustrissimæ Renatæ Ducis nostræ probissimæ, & sanctissi. mulieris familiaribus Gallias petunt: curabimus vt semina afferant, quibus terræ missis, herbã oculis intueri licebit. SE. Hoc ne prætereas, obsecro. BRA. Non modò hoc, sed plura etiã alia habere, atq; plãtare

tent

tentabimus. Corrupere vocabulũ recentes, vt ſiler pro ſeſeli dicant. Verùm quia ſiler aquoſa loca amat, in quibus etiam naſcitur, propter huius differentiam montanum addidere, vt à ſilere aquatico, de quo ruſtici baculos parant, diſtingueretur. Semina, & radices habere conueniet. A Germanis quibuſdam fel kummel, id eſt, cãpeſtre cuminũ appellatur. In guſtu enim aliqua ex parte cuminũ imitatur. Poloni Latinum nomẽ imitantur: tamen alii kmyn velki, Romani ſilio, Veneti ſiro montan, Cretẽſes vulgò platicyminon, quaſi latũ cyminũ vocãt. In tertio ordine calidũ & ſiccũ, qui Galenũ ſequũtur eſſe fatentur, quanuis recentes in ſecũdo ordine calidũ & ſiccũ illud faciant. SE. Milii Solis ſemina accedũt. BR. Si Serapionẽ cõſiderare tẽtemus, vbi de culb pertractat, quod eius interpres miliũ Solis exponit, ſtatim de prehẽditur, idẽ eſſe apud Dioſcoridẽ lithoſpermon, id eſt, lapidoſum ſemẽ, quod apud Serapionẽ culb, id eſt, miliũ ſolis. Inquit eñ Serapio culb habere folia ſimilia foliis oliuæ, niſi quia ſunt maiora, & altiora, & latiora, & quæ ſunt ex eis inferiora declinãt verſus terrã, & habet virgas eleuatas ſubtiles, ſicut lingua ſquinãti, & reliqua, in quibus cũ Dioſcoride cõuenit. Quem ſi audire lubeat, in hunc modũ ſcribit, habere folia oliuę longiora

giora tantū, latioraque ad ſummam radicē eius iacentia, ramulos verò rectos, graciles, craſsitudine acuti iunci, & reliqua, in quibus ambo cōueniunt. Idem igitur ſunt Dioſcoridis lithoſpermon, culb Serapionis, & recentiorū milium Solis. Nos herbā habemus huic ſimillimam, cuius ſemine mulieres noſtrę pro fingēdis coronis vtuntur. Appellant aūt coronas indices quoſdā, quibus Deo preces numerant, ac ſi penſa quotidie reddant. In duobus tamen differre videtur lithoſpermon, & noſtræ herbæ ſemē lapidoſum, à mulieribus lacryma vocatum. Primò noſtra lacryma folium arundinaceū habere videtur, vel ſaltem milium nigrum imitatur: deinde lithoſpermon ſerpere dicitur, quod non facit noſtra lacryma, quęveluti frutex eſt. Ego rectè Dioſcoridē conſiderās, nō vidi ipſum folia ſerpere dicentem, vt à multis creditur, ſed eleuata ſunt: folia tamen, quæ inferna ſunt, prope radicē per terrā expandūtur. Inquit enim ipſe: περὶ τὰ πρὸς τὴν ῥιζὰν ἐπὶ γῆς κείμενα. quæ verba à Marcello interpretantur, ad ſummam radicem eius iacētia. vt ſenſum faciat, oleæ folia habere ad ſummā radicem iacentia. Id verò in omni folio falſum eſt, quoniam ea tantū iacent, quæ inferiora ſunt prope radicē. Ideo Hermolaus rectius interpretatur, iuxta radicē humi iacentia,

tia,id est,folia,quæ iuxta radicē sunt,humi iacēt. Vnde si hoc modo interpretemur, exquisitior interpretatio videbitur,& ea, quæ iuxta radicē sunt in terrā inclinata. Quę verba considerans Serapio dicebat(licet barbarè)& folia inferiora declināt versus terram, facientia velut stratum super terram. Et Plinius libro XXVII. cap. vndecimo, authores reprehendit,qui serpere tradiderūt: quoniam ipse(vt inquit)non vidit hærentē. In summa igitur nostra lacryma lithospermon, id est, semen lapidosum est,quāuis in folio differre videatur ab eo Dioscoridis:quia hoc Dioscoridis oleam,nostrum miliū nigrum, aut arundinem imitatur,tamen in genere lapidosi seminis est,& renum lapides expellit,vesicæ autem minuit,vt experientia in quotidiano vsu demonstrat. Nostra igitur vocata lacryma species lithospermi dici poterit,& culb,vel milii Solis. Nec mouearis ꝙ magnitudinē erui habere dicitur:quoniā secundum loca maiora & minora sunt. Minima sunt,quibus vos vtimini,& foliū habet quale Dioscorides:nostra aūt lacryma lithospermo à Plinio ferè pingi videtur, præsertim quo ad semina. SE. Quū variæ sint lacrymæ à nobis dictæ,& lapidosa semina, quod pro lithospermate accipiēdū est? BR. Quod magis durū,& lapidiosius. Nos aūt eandem

ferè vim habere in multis experti sumus. Eo dem nomine à Gallis, quo recétes appellãt, dicitur, scilicet miliũ Solis, à Germanis qui busdã steinsomen, ab aliis meerhirsz, nuncu patur: quanuis à diuersa proprietate hæc no mina impositа videantur. A Venetis meio coruino dicitur. Denique præ cæteris milii Solis generibus, id prætermitteré, quo vos vtimini, vtpote cæteris ineptius, & id seruã rẽ, quod magis albũ nigris quibusdã macu lis insperſum est. SE. Miror cur lacrymam à nobis vocatã, lithospermi speciẽ apud Dio scoridẽ esse putes, cùm folia figurã aliã ha beãt, neq; lithospermi sint plures species. B. Video te animi morbo correptũ hæc effuti re, & nõ diseẽdi. Nónne te edocui Dioſco. li thospermõ, & nostrã vocatã lacrymã in fo liis diuersa esse? postea ex semine ipso, quod lapidosum est, lithospermatis speciẽ esse sta tuimus: quoniã ad omnia lapidosa semina li thospermon genus est: lithospermatis verò species à Dioſco descripta, à nostra diuersa est. Tamẽ negari non põt lacrymã nostram esse lapideũ semen, & eo nomine vocari pos se, & lithospermi speciẽ esse. SE. Tuis experi mentis credere non est opus, cùm inquis te expertum non esse lacrymam renum lapi des expellere, & veſicæ comminuere. Nam ſecundum Galenum, niſi longo vſu homini

prod

prodesse compertum sit, haud facilè est reci
piendum, aut laudandum medicamentum.
BR. O omnium inuidiosissime, qui nec di-
scere cupis, nec alios sinere, vt discant: male-
dicentia quadam moueris ad cauillandum.
Quin potius gratiæ mihi agẽdæ sunt ab v-
niuerso medicorũ cœtu, cũ hoc sẽmẽ, quod
lacryma dicitur, experiri cœperim, & expe-
rimẽta, quæ viderim, spõte & gratis omni-
bus propalauerim. Succedat modò alter, &
tertius, & quartus, & cẽteſimus, qui periculũ
faciat, tũc experimentũ, & cõprobatũ, & cõ
firmatũ erit. Tu verò an credas, vel non cre-
das, nihili facimus. Fortè nec vnũ habes æ-
grũ, in quo experiri possis. Nobis verò satis
est (qui ab initio mortales ea, qua possumus
opera iuuare proposuimus) illa referre, quæ
viderimus, & experimẽto cõprobauerimus.
Si alii sequẽtur, longo vsu prodesse nõ dubi
tamus. Omne etenim præsidium experiẽtia
inuentum, ab vno primo & simplici experi-
mẽto cœpit, postea paulatim à diuersis pro
batum, & confirmatũ est, quoad in publicũ
cesserit vsum. Tu igitur hæc boni consulere
debebas, & id experiri, quod nos tibi gratis
iam à nobis expertum aperuimus. At si cer-
uicosus es, & inuidus, vt alii experiãtur sini-
to, & tua cũ inuidia rũpatis. SEN. Ne succen-
seas, obsecro, sed lithospermi qualitates eo

ceas. BR. Recentiores calidum, & siccũ esse censent ordine tertio: Paulumque Aeginetã testem adducunt, qui hoc nunquam somniauit. Tamen in his qualitatibus à recentioribus non dissentimus. SE. Mirasolis semina sequuntur. BR. Hoc vocabulo mirasole, quod Latinè heliotropiũ dicitur, omnes herbæ veniunt, quæ ad solem vertuntur: & ferè nubilo die sunt rusticorũ horologia. Dic, cuius semina collecturus es: quoniã cichoreũ, scabiosa iam dicta, inter mirasolis species, ab autoribus cõputantur. SEN. Illam intelligo, quę ita vulgari nomine, & simplici apud nos mirasole, apud Thuscos girasole, apud recentes sponsa Solis, apud Arabes kerua appellatur. vnde oleũ de kerua fit, quæ folium platani habet. BR. Iam accepi quã intelligis. A Dioscoride & Græcis cici, & croton, à Romanis ricinus appellatur, ob similitudiné, quam eius semen cũ ricino animali habet. SE. Quid est hoc animal, quod ricinũ vocas? BR. Id quod boues, & equos apprimè vexat: nos vulgò cecum nuncupamus. SE. Aliquam certè similitudinẽ habet, non tamẽ omnino dam. BR. Non est opus ita ad amussim conuenire, modò in aliquibus quadret. Hãc herbam, vel arborẽ (nam arborescit, si scapus arbori responderet) nonnulli maiorem cataputiam putant: sed longè decepti, vt in

tith

tithymali ſpeciebus edocebimus. Germani vvuadelbaum vocant. Huius plantæ ſemina Ferrarię habentur frequentia. Putat noſtrũ vulgus infauſtum eſſe, hanc herbam domi habere, vt nõ poſsit eſſe ſine luctu. Folia etiã præter ſemina habere ſtudeas, & præſertim in his montibus. Calidum eſt in ſecundo, & humiditatẽ habet. Nonnulli in Ferrarienſi agro hoc anno ricini ſemina terris mandarunt, vt oleũ ex ſeminibus cõficiant lucernis aptũ, & aptãdis lanis. SE. Berberis ſemina occurrũt. BR. Berberẽ etiã colligitis, & nõ tantum ſemina. hoc vocabulũ berberis, & amaberberis, barbara ſunt. Si aũt Serapionẽ de his loquentẽ conſiderabimus, idẽ eſſe cum oxyacanthon Dioſcoridis deprehendemus. Inquit enim Serapio: Eſt arbor ſimilis arboribus pyrorum agreſtiũ, quæ dicitur habaras, niſi quia eſt minor, & habet multas ſpinas, & habet fructũ ſimilẽ grano myrti, niſi quia eſt maior, & rubidus, facilis ſeparationis, & habet interius grana, & habet radicẽ habentem multas radiculas infixas terræ. hactenus Serapio. Nunc Dioſcoridẽ eadem ferè dicentẽ in oxyacantha audias. Agreſti pyro ſimilis arbor oxyacantha eſt, minor tãtum, magisque ſpinoſa: fructum fert myrti baecis ęqualem, confertum, rubentem, fragilem, nucleos intus habentẽ, multifidam ra-

dicem,& altius descendentem. Quę si cũ Serapione conferantur, manifestè deprehẽdetur, vtrosque hos viros eandẽ picturam lineasse, nisi quia Serapionis colores ineptiores sunt, Dioscoridis autem floridi, hoc est dicẽdi phrasis. In proprietatibus etiam quo ad vsum medicũ quadrãt, vt nõ sit opus dubitare eadẽ ab his authoribus tractari. Fuere aũt qui oxyacãthã Dioscoreũ fruticẽ esse putarint, quẽ nos vulgò vuã crispinã appellamus. Hi aũt lõgè decipiũtur, quoniã crispina vua sylvestris pyri folia nõ habet, sed potius in vitẽ, aut in apii folia inclinat. Valde enim incisa sunt. Coniectura verò, qua moueantur, vt berberis sit crispina vua, adeò tenuis est, vt de se ruat: quippe ex nomine tantùm sumitur. Nam inquiunt crispinã dici, quasi acrẽ spinã, & oxyacantha quasi acuta spina. Tu ipse vides, qua cõiectura moueantur. Adde in granis multũ differre, quia in oxyacãthæ grano plures acini, in vua crispina vnũ solũ inest. Vidi ego oxyacãthã acinos quatuor habẽtẽ, sed pro maiori parte duos habet. Vnde granũ illud, quo passim vtimini, Serapionis, & Auicẽnę, ac cæterorũ Arabũ verũ berberim, & Dioscori. Galeni ac cæterorum antiquorũ verã oxyacantham esse certus sis. Longè etiã decepti sunt, qui berberim pro aspalato accepere, vt suo loco intell

telligere licebit. Galli & Poloni Arabo nomine vtuntur, Germani nonnulli saurich erbsel, Veneti crespino appellant. SE. Quo loco hos berberes colligere oportet? BR. In his montibus, quāuis in Bononiēsibus etiā, Mutinienſibus, & per totū Apēninū copiosè vireant: in noſtris etiam foueis quandoque reperitur. In omni ſolo naſcitur, ſicco, humenti, aprico, ſole patenti. Si in frigidioribus locis inuenies, ibi efficaciores fructus parit. Recētes nōnulli berberim frigidū & ſiccū in fine tertii eſſe dicunt, ſed Aben Meſuai, vt refert Serapio, frigidum & ſiccū eſſe in ordine ſecundo refert. Nobis verò placet, vt in ſecundo frigidus ſit, & in tertio ſiccus, ſi qualitates illæ ſecundæ, & tertiæ cōſiderentur quæ à Gal. VII. de ſimpl. medi. facul. ſcriptæ ſunt. SE. Rapæ ſylueſtris ſemina occurrunt. BR. De rapa dicemus, ſi prius te admonuero nō ſolùm oxyacanthæ granū, ſed & radices ſeruandas: mirórq; te hunc fructum inter ſemina numeraſſe. SE. Id factum eſt, quia ob ſemina experitur. BR. Eſto, rapas aggrediamur. nam & ipſæ in vſum medicum veniunt. Vos ſylueſtris ſemina habere curatis, cur etiam non ſatiuæ? nā & ſatiuę ſemina rei medicæ proficiunt, & caro radicis, & folia, & coliculi cùm primùm exeūt, imò & ipſa radix muria conditur, aut ſapa,

vt noſtrę mulieres, pro quadrageſimali obſonio parãt. Notiſsimæ ſunt rapæ, & fatiuę, & ſylueſtres in Ferrariẽſi ſolo craſsiſsimæ, præcipuæ, & dulciſsimę. Columella in Italia cæteris Nurſinas præfert, quod nõ feciſſet, ſi eius tẽpore Ferrarienſes extitiſſent: tẽpore enim Columellæ Ferrariẽſe ſolum valles erat. Patres autẽ noſtri culturæ aſsiduitate nunc in fertiliſsimos cãpos deduxere, natura vſq; ad hæc tempora repugnãte: ſed ars naturã vincit, modõ impenſe velit. Alii hyeme rapas in pultariis comedũt, ego etiã per æſtatem. Ne autem ligneſcant, colono cuiuſdã ruſculi mei prope Ferrariã iubeo, vt folia ad radicem vſq; omnibus rapis demat, ne ad ſemẽ peruenĩãt: hoc enim præſidio nõ ligneſcunt, ſed tenellæ, & coctibiles per vniuerſam ętatẽ habẽtur. Nec cibus eſt æſtiuo calori noxius. A Luſitanis ſaramages vocantur, ab aliis Hiſpanis napos, ſed tam rapã, quàm Napũ indifferẽter intelligunt à Germanis vvild riebẽ, id eſt, ſylueſtris rapa dicitur, à Polonis rzepalyeſzna, à Cretenſibus vulgò gogilia. Auerrois calidã, & humidam rapam eſſe cẽſet. Sed ex Gale. II. de alimen. facul. potius frigidam eſſe colligitur. Nos igitur in ſecũdo frigidam, in tertio humidam rapam eſſe iudicamus. SE. Dauci ſemina præſentantur. BRA. Multos in dauco

aber

aberrare vidimus,& omnes noſtri pharmacopolæ herbã in Ferrarienſi agro frequẽtiſſimam pro dauco accipiunt,quia ita à ruſtĩcis appellatur,cùm tamẽ alia res daucus ſit.

SE. Quæ igitur herba eſt hęc,quam nos daucum adpellamus?& vbi verum daucum habere potero?

BR. Ea herba,quam vos paſsim in Ferrarienſi agro,in tritici ſtipulis creſcẽtem colligitis,& daucũ appellatis,à Dioſc. τραφύλινον ἄγριον,id eſt,paſtinaca ſylueſtris dicitur,vt apparet,ſi quis eius deſcriptionem conſideret, præſertim vbi dicit flores in medio exiguum quid purpuræ habere, quod tamen in croci colorem variat:hoc etiam in omni vmbella nõ eſt, ſed ſecũdum loca innaſcitur.Fuere tamen qui paſtinacã illam ſylueſtrem,& daucum idem eſſe putarent:imò & vos pro dauco ea vtimini. Eos autem aberrare hoc indicium eſt,quia Dioſco.de paſtinaca erratica ſeorſum à dauco pertractat,& tertiã dauci ſpeciem ſylueſtri paſtinacæ cõparat,tãquam duo ſint,quemadmodum duo eſſe conſtat. Primam, & ſecundam dauci ſpecie nõ eſſe paſtinacã erraticam ex foliis certũ eſt, quam ob rem quẽ vos daucum putatis,daucus nõ eſt,ſed paſtinaca erratica,vt ſapor,odor,& reliqua oſtẽdunt.Qui etiam daucũ paſtinacæ ſpeciem aſſerunt,decipiuntur,quoniam à Dioſc.an-

tiquoribúsve nusquam describuntur, imò seorsum à pastinaca de dauco pertractat. Non tamen inficias eo, daucum, & pastinacam aliqua similitudine iungi. SE. Quomodo verum daucũ habere poterimus? BR. Si in Cretam mittamus, & sumpta semina terræ mandemus. quod illustrissimus Princeps Alphonsus fieri curabit, & nũc vehemẽtius id faciet Hercules illustrissimꝰ Dux noster, post Alphonsi patris obitũ. Nõ solùm autẽ huius Cretici dauci semina, sed & radices in vsum medicum veniunt: aliarum verò specierum semina tantùm. Illúdq; admonere voluerim, cùm dauci, & syluestris pastinacæ eædẽ ferè vires sint, ea pro dauco vti licebit. Satiua autẽ pastinaca, ad vsum medicũ minus valet. Serapio etiã caput dauci à capite bauciæ, id est, pastinacæ eodem modo, quo Dioscor. separauit. Sed Pandectarius, ac recentes adeò cõfundũt, vt daucũ pastinacam faciant. & apud Serapionẽ idem esse daucum, & bauciam, id est, pastinacam fateãtur, cùm tamen de dauco, & pastinaca diuersa capita faciant. Non defuere tamẽ, qui semina Meũ nuncupata Creticum daucum affirmarẽt. Quibus non dissentirem, si quodam modo pilosa essent. Nonnulli ex Germania beervvurtz appellãt, qbus alii aduersantur, hoc nomen potius nigellæ attribui affirmantes,

vt herba apud ipsos beervvurtz dicta, vera nigella sit. Nos ipsis hoc dissidiū relinquamus. A Neapolitanis pastinaca syluatica, à Polonis pasternak dicitur. Gale. vi. de simp. med. facul. libro, daucum vehementer calefacere dicit. vnde in tertio ordine calefaciētium reponetur, & in secundo exiccantium. Auic. in principio tertii siccū esse mauult.

SE. Ad psyllii semen descendamus. BR. Psyllium notissima herba est, in maritimis locis illustrissimi Ducis nostri adeò frequēs, vt ingens copia Venetias afferatur. Hoc diu latuit, opera Nicolai Nicolutii inuentū est, qui singulis annis inde Venetias magnam summā asportabat, & hoc per multos annos fecit, antequam eius loci homines rem cognoscerent, & ex semine lucrū quærerent. A Latinis herba pulicaris dicitur, vel quia pulices fugat: & hoc nomen etiam psylion pulicē significat, vel quia semina pulicibus similia habet. Nō tamē adeò in maritimis nasci dico, quin etiā in aliis incultis, & aruis nasci affirmē. Est altera cunila pulicaris, sed hęc simpliciter pulicaris vocatur. Verùm ne in re tā nota tempus cōteratur, ab Hispanis zaragatonam, ab aliis mazracaton, à Polonis psyliū appellari monebimus, eam etiā difficultatem prætermittentes, an intus calidum, extrà frigidum sit. Gal. tamē in VIII.

de simp.

de simp. medi. facul. in secundo ordine frigidum esse cēset, in humiditate verò & siccitate temperatum. SE. Agni casti semina occurrūt. BR. ἄγνος, à Græcis, & lygos dicitur, à nostris vitex, & amerina salix nuncupari videtur. In maritimis nascitur. Non dubito verum agnum castū nos habere, quanquam duo obstare videantur: primum, eius grana piperis acumine carere: aliud, quia Ferrarię in claustro religiosorum sancti Dominici vitex adest, tamen lentos ramos non habet. Scire autem oportet non dici à Diosc. acredinem piperis habere, sed saporem piperi similem. quod manifestissimum fiet, si quis eius semen masticauerit: habet enim nescio quid piperis. At semina, ex locis quibus nascitur, acriora sunt, & minus acria. Quod verò in ramorum, ac virgarum flexibilitate dubitabamus, facilè diluetur: quoniā iunioribus, & his, qui prope mare sunt, lentor ineſt, sed antiquiores vitices ob senium flexibilitatem amisere. Semina, & folia circa maritima quærātur, & circa fluenta, ac torrentes in incultis locis. Aberrant, qui ex sapore piperis, quem habet hoc semē, cubebe esse putarūt. Serapio de eo in capite de famancheſt pertractat, & arborē Abrahę appellat. Piperella etiā à sapore nuncupatur. Antiquæ matronæ, & huius arboris foliis

ſupra toros ſtratis vtebantur,& ſeminibus, in pultariis comedentes.Sed in re tam nota diu verſemur, reliqua ſecundũ ordinẽ proſequaris.SE.Quomodo ab aliis nationibus nũcuparetur prætermiſiſti?BR. Ab Hiſpanis arbol de paraiſo,à Cretenſibus vulgò lygia, Poloni Latino nomine vtuntur, agnus caſtus,tamen & alii vocant czyczecz. Germani nominãt abrahams baum, ac ſi dixerint Abrahæ arborẽ,vt illam nominauit Auerrois.SE. Cuius eſt qualitatis?BR.In viticis qualitatib⁹ authores ſatis ambiguos video. Auic.etenim in primo ordine calidum eſſe dicit,in ſecũdo ſiccũ. Auerrois in tertio ordine calidũ,& ſiccũ cenſet,nõnulli ex recentibus calidũ,& ſiccũ in ſecũdo tantùm ordine aſſerũt.SE.Quid cenſes tu?BR. Cum Gal. 6.de ſimp.med.fac.calidũ & ſiccũ eſſe ordine tertio.vnde flatus diſcutit. Hinc aduerſus Venerem valere creditur, quoniã flatu virile mẽbrũ,& mulieris pudenda excitantur.SE. Pæoniæ ſemina conſequuntur.BR. Antiquiſsima herba eſt,à Pæone dicta,marem,& fœminã habet,à Romanis caſta herba,à Græcis glycyſis,& pæonia dicitur. Serapio,ex ſententia Dioſc.arborem eſſe ſcriptum reliquit: nos autem eius interpretem fuiſſe putamus,qui ita vertit.Non enim arbitror,quod Dioſco.dicit caulem duorum

dodran-

dodrantum altitudine, arborem à Serapione dictum esse, sed is potius interpretis vitio venit. Manifestè autè deprehenditur, grana esse, multa, rubentia, parua, punicorum acinis similia, quæ sunt eius semina. Hæc in his montibus altissimis, & præsertim promontoriis. Præter semina autè radices seruabis, quæ in masculo albæ sunt, quãuis & in aliquibus nigræ videantur albæ, & nigræ seruãdæ, quæ ad diuersa peculiariter conferunt. Nos nigra abundamus, & ea pro necãdis puerorũ vermibus in aqua, decoctione, & puluere vtimur: imò & radix pueruli alligata ab atra bile, & epilepsia liberat, vt in Bellisario ingenuo comitis Camilli Tassoni filio vehemẽti experimẽto deprehendi. Cùm duo sint pæoniæ genera, mas & fœmina, alterum Germani niniuenvvurtz, alterũ Peonien vocant, quanuis & alii benedictã rosam appellant, Galli verò piuoine, Cretenses vulgò pygonia, Poloni piuonia nuncupant. SE. Cuius est qualitatis pæonia? BRA. Auic. illam dicit vehementer esse calidam, & siccam quod Gal. oppugnat VI. de simpli. medi. facul. libro, cùm dicit eius temperamentum esse exiccatorium, & subtiliũ partium, haud tamen insigniter calidũ, sed aut symmetrum, aut pauxillo calidius. Auer- ROIS quinto Collectionum Galen. proximè magis

magis accesſit, cùm illam in primo ordine calidam, in tertio ſiccam dixit, quanuis illos potius probandos cenſeamus, qui in ſecundo ordine ſiccam illam eſſe fatentur. SE. Staphis agriæ ſemina occurrunt. BR. Noſtræ mulieres ſtrafuſarium dicunt, vocabulum corrumpentes. In nullo alio vſu apud ipſas eſt, quàm ad necãdos pediculos. Vnde à Romanis herba pedicularis nũcupatur, ab vna nomen ſtaphii habet. Cornelius Celſus vuã Taminiam appellare videtur: ſed Plin. ca. 1. 23. libri, illos reprehendit, qui ita vocant, vt ſimul Celſum reprehẽdere videatur. Verùm xxvi. lib. cap. xiiii. vuæ Taminiæ vires deſcribens, ſtaphis agriæ noſtræ vires præciſe demonſtrat, vt poſtea viſus ſit vuam Taminiam idẽ cum ſtaphis agria facere. De hac autem re alias. SE. Videris aſſerere, te in Plinii libris ſtirpes confundi deprehẽdiſſe, tamen nulla eſt in Plinii verbis diſcordia, aut inconſtantia. At priuſquàm quiſquam, vel ex recentibus, vel ex antiquis ignorãtiæ condemnãdus ſit, prius etiã, atq; etiam à nobis conſiderandũ eſt. BR. Video te contradicẽdi ſtudio hæc effutire, & nõ diſcendi. Quis hic Plin. de inconſtantia reprehendit? Quis vnquam me dicentem audiuit hac in ſtirpe Plinium confuſum inueniri? Ea, quæ à Plinio dicuntur, annotaui, poſtea ad aliũ locũ,

& com

& commodum me contuli, in quo Plinium potius defensurus sum, quàm accusaturus. quem præ aliis Latinis authoribus semper in honore habui. Nam vua Taminia apud Plinii plura significat. Vnde te potius maledicẽdi animo, & gloriolę auidũ hęc dixisse deprehẽdo, q̃ veritatis indagãdæ gratia, vt deinceps aures tibi præstiturus non sim, sed quæ iam cœpimus prosequar. Serapio alberas vocat. Fuere, qui verã vuã montanã esse putarint, quia apud Serapionẽ ita scriptũ reperitur. Aberrãt verò, qa ita ob similitudinẽ appellatur. In opacis locis ipsam quæras, quãuis & in Ferrariẽsi agro nascatur. Galli stafiragreillã, Veneti herbã piochierã. Cretẽses vulgò agriostaphida, Hispani hauanrax, Neapolitani staphisania vocãt, Poloni Latino nomine vtũtur. SE. De staphisagriæ qualitatibus disseramus. BR. Oẽs vno ore cõsentiunt esse in tertio ordine calidã, & siccã. Mordicat si masticetur, & ordinem quartũ nõ attingit. SE. Cataputiæ maioris semina percurrẽda sunt. BR. Quũ multæ sint tithymali species, quæ à Serapione xeaser appellãtur, præcipua, & maior species hęc est, quę cataputia vulgò nũcupatur. Hoc fortè nomẽ sortita est, qa rustici eius seminibus in hydrope pro pilulis vtuntur. Vocãt verò antiqores pilulas catapotia, vnde pas-

de paſsim cataputio pro catapotia proferunt. Decipiuntur verò qui cataputiã mirasole à nobis vocatum putãt: quã ob rẽ Serapionis interpres aberrauit, kerua. i. cataputia interpretans, niſi & ipſe eo vocabulo ad ſignificãdum cicũ vti velit. Deridẽdi ſunt, & cũ maximo riſu, qui volunt cataputiã dici, quia catat puzã. i. fœtorẽ inuenit, nã mirè ſoluit. Sed eò vehemẽtius ridẽdum, quia nõ ſolùm verbis, ſed ſcriptis etiã mãdarunt. SE. Cũ vocata apud nos cataputia tithymali ſpecies ſit, vt dixiſti, quẽnã erit apud Dioſco. BR. Characiam eſſe, quandoq; putaui, & in multis cõuenit: at lathyrim eſſe deinceps animaduerti. Et ſemina illa ſunt, quæ me in hanc ſententiam compulere, & folia in caule oblongo amygdalæ ſimilia. Ferraríæ virent, ſed in montib. efficacior. Nõ tantùm ſemina, ſed radicem, & ramulos ſeruabis. paſtillos etiã, hac erui farina, & lacte faciasimò & ficus ſerua, in quib. lac ſtillauerit. Notiſsima herba eſt, & notiſsima ſemina. Ruſtici Ferrarienſes herbã dalle carpanede vocant. Noſtræ mulieres pro cõperto habẽt, ſi quis ſemina deorſum trahẽs euulſerit, & ea comederit, per inferna purgari. Si verò ſurſum, per ſuperna. Vt plurimùm verò accidit hæc grana comedẽtes per ſuperna, & inferna purgari. Cauſam afferũt, quia

grana sursum, alia deorsum ducta sint. Decipiuntur etiam plures Germani, qui apud ipsos catapotiã vvunderbaũ dici cõtẽdunt, quum potius eo vocabulo cicũ significent. Sed hi codẽ errore ducũtur, quo Serapionis interpres. Verè autẽ nostra cataputia, quæ apud Dioscо.lathiris est, à Germanis springkorner dicitur, acsi dixerint granum saltare faciẽs, quippe spring saltare faciẽs est, korner granum: fortè quia soluens dolores facit. Ab Hispanis cazaputia, & Cretensib. vulgò colocochia. i. cholerã purgãs, à Polonis tirlitz, vel rilczelitco, vel skazek dicitur. Huius herbæ seminib. ab ascite magnificũ Iulium Boiardum Scãdiani comitẽ optimè indolis iuuenẽ liberaui. SE. Cataputiæ qualitates enarra. BR. A Gal. nõ referũtur, tamẽ de tithimali generib. dicunt valẽter calefacere, & exiccare. vnde ordine tertio intenso calefaciunt, & exiccãt, & ad quartũ vsq; accedunt: quippe & exulcerãt, & vrunt. De cataputia idem iudicium erit, in tertio ordine intenso calida, & sicca existimabitur, & eius lac ad quartum accedit. nam carni applicatum illam statuto tempore exulcerat. SEN. Ad linguæ auis semina veniẽdum. BR. Nusquam (quod sciuerim) apud Græcos autho res auis linguam reperi, quam alio nomine recentiores linguam passarinam appellant.

At

At linguam hirci, linguam bouis, linguam canis inueni. Arabes tamen de ipsa pertractant, vt Serapio in capite de lisen hasafit. i. de lingua auis, dissidétq; in hoc semine recentes, vt nõnulli semẽ quoddã herbę mihi ignotę accepiãt, quod semẽ paruũ est. Communis tñ pharmacopolarũ vsus est fraxini semen habere. Multi verò recentes decepti sunt, Auicẽnã malè intelligẽtes. quippe Auicenna lib. III. fen xx. cap. XVIII. linguam auis inter medullas numerat. Ipsi verò ex hoc putant linguã auis medullam esse, quum ipse ibi per medullas semina intelligat, quę carnem, & pulpam (vt ita dicam) habent. Vnde & inter medullas, grana pineæ, & auellanas numerat. Adde in secundo libro manifestè animaduertisse, linguã auis folia habere, & Serapio linguam auis arborem esse fatetur: sed an Arabum lingua auis fraxini semẽ sit, vt multi accipiunt, dubito: quippe Serapio nullum ex Græcis adducit in lingua auis enucleanda, sed solùm Arabum testimonio vtitur: tamen de fraxino Dioscorides pertractauit. Præterea semen fraxini nõ est extrà rubrum, intus album, per semen medullam, & non corticem intelligendo. Tamen si alia considerentur, idem præcisè sunt, quoniam est arbor similis arbori dirdir, id est, vlmo, nisi quia folium eius est oblongum, simile

folio amygdalæ, ita autem habet fraxinus. Sequitur & fructus, qui dicitur lingua auis, sunt palmites, qui diuidũtur in cherarnub, similes foliis oliuarum, nisi quia sunt minores satis, & intra quãlibet cherarnub est medulla similis linguæ auis, exterius rubra, & interius alba, declinans paululũ ad citrinitatẽ, & sapor eius est acutus, mordicãs cum pauca amaritudine, & nõ apparet mordicatio eius post quã bene masticatur. Hactenus Serapio. Omnes has cõditiões in fraxini semine reperi. Nec moueor ꝙ extrà non fit rubrum, quia saltẽ in citrinũ (vt Serapio dicit) inclinat. Non moueor etiam ꝙ Græcos non adduxerit, de fraxino tamẽ loquentes, quia de fraxini semine nusquã tractarunt, ideo lingua auis Serapionis nostra fraxini semina esse fateri cogor. SEN. Suprà dirdar pro vlmo interpretatus es, tamẽ recẽtes fraxinum intelligunt. BR. Hi decipiuntur, qui dirdar pro fraxino intelligunt, vt Pandectarius inter alios fecit: nam dirdar apud Serapionem vlmus est, vt eum legenti patet, & Dioſco. comparanti. Inquit enim Serapio ex Dioſco. ſententia: Folium huius arboris, & ſummitates eius, & cortex ipſius ſunt ſtyptica: quãdo fit emplaſtrum cum folio eius trito, & miſto cum aceto, confert ſcabieiulceroſæ, & conglutinat vulnera, & cortex arboris.

boris conglutinat vulnera plus quàm folia, quando ligatur ſuper vulnera, ſicut ligãtur corrigiæ. & cætera, quæ ſequuntur. Audias modò Dioſco. de πτελέας, id eſt, vlmo, eadem dicẽtem: Adſtringunt vlmi folia, cortex, & rami. Medentur lepris vlmi folia con ciſa, & ex aceto illita. Vulnera eadẽ cõglutinant, multóq; magis cortex pro vinculo, & faſciola vulneri circũuolutus. In reliquis etiam Dioſco. & Serapio cõueniunt, & in fine eius folia pro obſoniis comedenda animaduertunt: cũ quib. etiam Auicẽna ſecundo canone eſt, vt erroré hinc Pãdectarii ſupinum videas dirdar pro fraxino, quum vlmus ſit, interpretãtis, dicentísq; fraxinum dirizdar à Græcis dici, quum ipſi μελίαν fraxinum vocẽt. Ex vlmo etiã vermiculi fiunt, quum folia veluti veſicę intumeſcunt: ideo arbor cimicum ab Arabib. dicitur. In ſumma igitur ſemẽ fraxini lingua auis Serapionis putãdum eſt, quã apud Græcos eſſe deſcriptam inuenire non licuit. SE. Eam igitur omittam, quia apud Græcos incomperta. BR. Imò eam colliges: alioqui nec manna, rhabarbaro, caſia, ſena, zucchará uevti oportebit, quæ nuſquã ab antiquiorib. deſcripta ſunt. SE. Cuius eſt qualitatis hoc ſemen? BR. Recentes calidum in primo ordine, & humidum cenſent: tamen Auicenna in primo

quidem ordine humidum dixit, sed in tertio calidum. Cui potius cõsentire volumus, vel saltem in secundo intense calidum esse.

S E. Sementinam legere curemus. B R. Hanc & semen Alexandrinum vocant, quoniam Alexandria Venetias ferri dicunt. Cuius autem herbę semen sit, adhuc apud me incompertum est, & sub iudice lis est. Ob suæ paruitatis excellentiã semẽtinæ nomẽ acquisiuit. Recẽtes apud Arabes semẽtinam inueniri fatẽtur, & esse ipsorum kanabel, quod ab ipsis sementina interpretatur. At re vera semẽ id à nobis semẽtina vocatum kanabel Serapionis esse non potest, aut Auicẽnę. Inquit enim Serapio kanabel, vel semẽtinam (quia hoc nomẽ ab interprete illi attribuitur) esse arenæ simile, & vehemẽter interficere vermes. Additq; ex Almãsoris sentẽtia vnã ex his rebus esse, quæ de cœlo veniunt: imò ex hac arena ollas cõsolidari tradũt, & potissimũ colligi, quãdo pluit. Serapio glaucedinem illi attribuit, Auicenna ruborem, qualem lapis in felle bouis repertus habet. Vnde Arabum semẽtina, terra est: qua autẽ nos vtimur ita vocata, semen esse constat.

Apud antiquos Græcos nõdum reperi hoc semen. Fuere qui absynthii Sãtonici semen esse putarent, & santolinam vocari. tamen seriphii absynthii semina cõtra lumbricos

Venet

Venetias afferunt: sed hęc nō sunt, quia maiori mole clauduntur. SE. Hoc argumēto vti videris, vt probes sementinam nō esse Santonici semē, quoniam seriphii absynthii semina maiora sunt, quàm sementinæ, & diuersa. Ex eo enim non colligitur, sementinā non esse absynthii Santonici semē: quoniā eadem res nō est absynthium seriphium, siue marinum cū absynthio Santonico, quod in Gallia prouenit. BR. Video te animo quodam maligno commoueri, & potius libidine gloriolę dubitare, quàm veri sciētia. Nescio an tam longeuus argumēta adhuc colligere didiceris. Quis probat sementinam non esse absynthii Sātonici semen, quoniā eadem res non est absynthium marinum cū Santonico? Ita nō colligo: at aliquos refero, qui ita putarent, semētinā, qua vtimur, esse Sātonici semē. quod nec probo, nec improbo: sed deinceps addo afferri Venetias absynthii seriphii semina, & esse in vsu pro lūbricis. At semina hęc nostram sementinam esse dici nō possunt: quoniā maiora habet semina absynthium seriphiū, quam sint nostræ semētinæ semina. Hoc ipsis oculis cernitur. Addo & nunc Santonici absynthii semina esse lōgè maiora, quàm nostræ vocatæ sementinæ semina. sensus tē ipsam ostendit. SE. Ignoro quomodo apud Serapionem

dici posſit terra, quod canabel vocat, vel canabil Auicēnæ: quoniā in herbarum, vel seminum classe scribuntur, nō terrarum. BR. Hæc puerilia sunt. Lege authorē, quē interpres mutauit, & eius verba intellige, & potiſsimùm cū dicit ollas aptari. At cū homine garrulo, & qui potius apparere vult, quā esse, nō est opus digladiari. SE. Vt lubet: igitur prosequaris. BR. Alii cum ini semen esse putarunt: non possunt autē satiui esse. ideo sylueſtre inueniunt, cuius tamē semina maiorem molē habere cōstat. Minus sunt dauci, vt nōnulli arbitrātur. Nos re vera incerti sumus cuius herbæ semen sit hoc minimū, quod semētina vocatur. Cōstat enim Arabum kanabel non esse, & apud Græcos non inueni. Neq; enim videtur alicuius absynthii semē: ideo huius rei pertractatio in aliud tempus differatur: quoniam in locū, in quo nascitur determinatè, mitti curabimus. Galli barbōtinam vocant, Hiſpani semente da lumbrices, Romani seme sancto, Neapolitani sementella, Veneti semēzina, quā ex Syria conuehi faciunt. Cretenses vulgò ormigobotanon nūcupāt. Tamē de semine opus est distinctè loqui, & de muſco, à Polonis zicleodgliſt, vel vorunkraut dicitur. SE. Cuius est qualitatis? BR. In secundo ordine intenſo calida, & ſicca. SE. Anethi semen occurrit.

currit. BR. Adeò notum est apud Ferrarienses anethum, & in cibariis frequentissimũ, vt de eo nihil aliud dicendũ videretur, nisi Marcellus occasionẽ dedisset, vt de ipso miremur. Dioscor. enim inquit anethi radices coqui, vt pastinacæ radices: hoc totum expungit, non alia de causa, quàm ꝙ ipsi videtur anethi radices pastinacarum modo coqui non posse. Tu ipse huius rei iudex esto. Paulus Aegineta ipsum vocat anemiõ, Galli anet, Lusitani endres, Germani dill. Poloni ſvvoyski kopr, alii anysz, Cretẽses vulgo agnitho, Hispani aneldo. SE. De anethi qualitatibus agamus. BR. Gal. in sexto de simp. medica. facul. dicitur adeò calefacere anethum, vt sit aut secundi ordinis intensi, aut tertii remissi: exiccans verò ordinis est, aut secundi incipientis, aut primi finiẽtis. Auerrois quinto Collectionum longè deceptus est, quoniam inquit esse calidum in primo ordine, & parum attingere de secundo: sed cùm acresit, & caliditas sensu percipiatur, propterea in ordine tertio, vel saltem in secundo esse constabit. Vnde nisi addidisset, aut parum attingere de secundo, putassem Auerrois contextum mendosum esse. Imò aliud nihil putare possum, quàm in Auerroi legi oportere calidum esse in secundo ordine, & parum attingere de tertio: quo-

niam vel erit in secundo intense, vel in tertio. Nam vt in reliquis cum Galeno conuenit Auerrois, ita & in hoc conuenire credendum est. SE. Citri & dactylorũ semina consequuntur. BR. De his in presenti nihil: quoniam paulò pòst in fructibus tractabuntur. SEN. Ergo cicutæ semina colligamus. BRA. Et cicutam in herbis edocuimus. SEN. Iam recordor. Ad lappam veniamus. BRA. Nos vulgò quoniam vestibus inhæret, grapellas vocamus. A Dioscoride aparine dicitur, & philanthropos, quia hominum vestibus inhæreat, ac si hominem amet. SENEX. Non est Dioscorides qui illam vocet philanthropõ, sed Actius. BRASA. Nondum oblitus es nugari, & verba incassum proiicere? Quis inquit Dioscoridẽ id scriptis reliquisse? Imo Galenus est, qui secundum aliquos illam ita vocat quinto de simplicium medicamentorum facultatibus. Disce, obsecro, non nugari vt videaris: nam frequenter ostendisti, te quadam inani gloriola moueri, cùm hæc reprehendere conaris. Notissimæ sunt apud nos lappæ: in Ferrariensi agro colligantur. Maior, & minor reperitur, & præter id in variis herbis lappæ sunt: sed vera lappa ea rotunda est, qua in officinis vtimini, aparine à Dioscoride vocata: de qua Plinius XXI. capite XVII. inquit

quit in ipsa nasci occultum florem, qui semen parit, vt animalia, quæ intra se pariũt. A nonnullis Germanis kliten dicitur, ab aliis kleb kraut, ac si dixerint, tenaciter inhçrens herba. à Polonis pszialoboda dicitur. A Galeno sexto de simplicium medicamentorum facultatibus, modicè extergere dicitur, & deficcare videtur. In primo ordine calida iudicatur, & in secũdo sicca. Alia tu pro sequaris. SE. Iam seminibus vltimam manũ imposui. BRA. Tam pauca semina in officinis habetis? SE. Hæc tantùm, nisi incuria omiserim. BRA. Post semina, quæ sequuntur? SE. Fructus: sed prandii hora instat, & iam sol prope meridiem inclinat, ideo laudarem, vt in vmbram illius mespili secedentes, prandaremus, mox cùm vesperascet nostro labori vehementius intendemus: interim collectis herbis ordinem dabimus. BRA. Si herbario placet, nunquam à tua sententia dissenti re potero. HER. Quid mihi gratius cõtingere potuisset, vt interulam hanc sudore madidam exuere concedatur, & adeò bibere vt hanc sitim extinguam? SEN. En quomodo natura certam vmbram parauit, qua post prandium meridiari licebit. HER. Hic riuulus summè placet, in quo membra lauare disposui. BRA. Ne laues prius quàm sudor cessauerit.

DE

DE FRVCTIBVS, QVORVM IN Ferrarienſibus pharmacopolarum officinis opus eſt.

SEN. Satis meridiati ſumus, & ſol in occaſum præceps vergit. Non erit ab re, fructus oēs neceſſarios hodie colligere, vt ſaltē hac hebdomada in patriam reuerti liceat. BRA. Enumerare incipias. SEN. Baccæ lauri primū locū inter fructus poſsident. BR. Cùm lauri folia colligebas, baccas etiā in loculū poſui ſti, & tam breui tēpore oblitus es? SE. Nunc recordor. Pineæ ſecūdo ordine incedūt. BR. Melius eſt circa mare deſcendere, nam loca ſalſa amat. Nudos nucleos nunquā ſeruare, ſed pineā ipſam: quoniā ſuę domi melius ſeruantur, quā quū exerti aēre circundantur: quippe ita nudi ex debili cauſa rancidi euadunt. SE. Curribus indigeremus. BRA. Nucleos ſaltem duriori cortice indutos habere ſtudeas. SE. Hoc fiet. BR. Nūc quatuor pineæ genera diſtinguere omitto, hoc noſtrū prædurū colligere ſuadens. A Gallis pignons, ab Hiſpanis pinhones vocātur. Cretēſes vulgò fructū cucuneriā, arboré cucunerā vocant. SEN. De pineæ qualitatibus diſſerito. BRAS. Nunc de nucleo ſolū loquamur. Recētes inquiunt eſſe calidū in ſecūdo, ſiccū in primo. At Galenus VII. de ſimpliciū medicamētorū facultatibus, id videtur in medio calidæ, &

frig

frigidæ qualitatis ponere: cũ tamẽ dici posſit, Gale. de illo loqui, qui aqua maceratus eſt. nempe nõ maceratus acrimoniã habet, ideo & calidus eſt: poſt macerationẽ tẽperatus eſt in actiuis, & humidis. & ideo medicamentũ eſt aſperitati leniendæ aptum. SEN. Auellana ſequitur. BR. Nucem auellanam è corylo naſci cõſtat, notiſsimus apud nos fructus, atque frequẽtiſsimus. A Latinis Præneſtinæ, à Græcis Ponticæ dicebantur. Aliquæ rotundum nucleum habent, quæ citius matureſcũt, & adeò præcoces ſunt, vt horarios fructus antecedãt. Aliæ oblongum, quæ tardius ad maturitatẽ veniũt, & diu ſeruantur, ad eadem valẽt. In Neapolitano regno ſunt, qui ex auellanis prouentũ maximũ habent, quorum vnus erat nobilis Belingerius Caldorus, qui adeò ingẽtem prouentũ ſingulis annis ex auellanis habet, vt me pudeat referre, ne à verò diſſentire videar. Et nunc Illuſtriſsimus Franciſcus Eſtenſis apud Auellinũ oppidũ in agro Neapolitano magnã copiam habet. Ex auellanis exteriores cortices virides, & capſam illã veluti ligneã ſub putamine poſitam, & pellem fructum tegentẽ ſeruato. Hæ & ſi in montibus naſcantur, tamen ne aliubi, quàm Ferrariæ quęras, vbi ingens copia vireſcere cœpit. Hiſpani Latinũ imitantur: auellanas dicentes, & Galli auelle

nes,

nes. Germani autem haselnus, id est, nuces le porum vocant, quoniam his animalibus sapiant. Nos Ferrariæ nizolas, alii nusellas dicunt. Romæ nocle vocantur. Neapoli nocelle, in Creta vulgo leuthocaria vocatur. Poloni orzechi nuncupãt. SE. De primis auellanarum qualitatibus disseramus. BR. Auerrois v. Collectionũ, nucibus iuglãdibus illas cõparat. Auicẽna inquit decliues esse ad calidi tatem quandam, & siccitatem paruã: & nõnulli recentes illas in secũdo ordine calidas faciunt, & siccas. Tamen Galenus VII. de simpliciũ medicamentorum facultatibus, illas potius frigidas esse cẽset, cùm de nucibus agit, prope finem illius partis, cũ de Pontica nuce tractat νατζοκάρυον à Græcis nuncupata. tũc inquit: Plus habet essentiæ terrestris, & frigidæ, itaq; etiam gustanti austerior tũ cortex, tum plãta, tũ fructus apparent: ceterum magnæ nuci similes sunt: vt videatur frigidas, & siccas facere auellanas. SEN. In quo erũt ordine? BR. Maturũ fructũ primum ordinem excedere nõ arbitror, imò antequam sit maturus, humiditatẽ habet, & crassam. SEN. Amygdalæ occurrunt. BRA. Notissimæ sunt amygdalæ, siue dulces, siue amaræ sint. Ex Apulia copia ingens affertur, non minori prouẽtu, quam auellanæ. Inter dulces meliores sunt, quas Ambrosinas à loco vulgus nost

noſtrũ appellat. Adeò facillimè degenerant, vt apud nos copia educari non poſsit. Radices amaræ colligito, & gummi arboris præter nucleos, dulcis verò ſolũ nucleos, & cum putamine ſeruato. Ab Hiſpanis almendras, à Gallis almendes, à Germanis mandel appellantur. Poloni illas vocant migdali. De amygdalarum qualitatibus hæc dicere conuenit: Dulcem ſecũdum Gale. in caliditate, & frigiditate temperatũ eſſe, & in primo humidã. Nonnulli tamẽ iudicãt in primo ordine eſſe calidas: & profectò eius oleũ caloré habet, licet temperatæ ſint amygdalæ, nã ad primum ordinem attingit: amarę verò ſunt in ſecundo ordine calidæ, & in ſiccitate eundem ordinem attingunt. SE. Carpobalſamũ ſequitur. BR. Balſamum arbuſculam eſſe in Iudæa tantùm, & Aegypto naſcentem conſtat, quãuis Pauſanias in Arabia gigni ſcribat. Authores in eius figura diſſentiũt. Dioſcorides folia rutæ habere cẽſet. Plinius lib. XII. cap. XXV. viti ſimiliorẽ eſſe dicit, quàm myrto. quanuis textus mendoſus videatur, vt rutæ legi oporteat. Pauſanias quandoque myrto, quãdoq; ſampſuco cõparat. Etiã mẽdoſus eſt Plinius, quum tuberi eius foliũ aſſimilari inuenies, tum rutæ etiam legas. De hoc quicquid ſit, odoratiſsimum prę omnibus arbuſculũ eſt, Ierichũte Iudææ oppido.

quod

quod vulgo Iericho dicitur (olim vrbs ingés nũc octo magalijs referta) potisimũ orum. Ne hic balsamum quæras, sed cùm nauis, quæ singulis annis Ierusalem petit, Venetijs soluet, aliquẽ in Iudæam mittes, vt ex balsamo tria portet: fructũ, id est, semẽ carpobalsamũ appellatũ. SE. Carpobalsamũ habeo. BR. Estne id, quod & alii pharmacopolæ pro carpobalsamo venduntˀ SE. Id inquã. BR. Ita carpobalsamum est, vt tu es musca: quippe balsami semẽ rufũ est. SEN. Et nostrũ eodẽ colore insignitur. BR. Plenũ est carpobalsamũ. SE. Nostrũ aũt vacuũ existit. BRA. Propter hoc Dioscorides semine hyperici simili adulterari tradit, quod Petra Palæstinæ oppido affertur, & inane est. Adde carpobalsamũ ponderosum esse, & feruidæ in gustu mordacitatis. SEN. Hæc à nostro absunt. BR. Imò gustũ vini habere videtur, & redolẽtiã succi balsami. SE. Nec ista nostro carpobalsamo insunt. BR. Nõ est ergo carpobalsamũ, quod à Polonis ouocz balsamori dicitur. SE. Nõ, vt videtur. BR. Verũ solo semine cõtẽtus esse nõ debes: sed liquorẽ, vel succũ, quod opobalsamũ vocãt, habere studeas. SE. Iam habeo, & valde antiquũ. BR. Est ne liquidumˀ SE. Liquidissimũ. BR. Ob hoc balsami succus non est, quia vetustate crassescit. SE. Abs te boni opobalsami notas scire percupio.

pio. BRA. Id libenter edocebo, & singulatim omnes notas exponam.

Primò, recens liquor probatur.

Secundò, habens firmum, & syncerum odorem.

Tertiò, non habeat saporem acidum.

Quartò, citissimè penetret.

Quintò, habeat læuorem.

Sextò, linguam leniter adstringat, & erodat.

Verùm quia pluribus modis adulteratur, opus est indicia præuidere, quibus deprehendi possit. Nam variis vnguentis, & oleis suo semini mistis eius odorē præsentant, vt balsami succus esse videatur. Quibus autem deprehendatur verus balsami liquor, edocebimus.

Primò, si laneæ vesti instilletur verum opobalsamum, maculam, aut maculæ vestigiū nō relinquit: adulteratum inhæret, & maculam facit.

Secundò, syncerus succus si lacti instilletur, coagulat: quod non facit adulteratus.

Tertiò, aquæ, aut lacti infusus syncerus, quā primùm diffiicitur, & lactis modo albescit: adulteratus fluitat sicut oleum, densaturq́;, & stellæ modo radiat.

Quartò, syncerus vetustate crassescit, & bonitatem suam amittit, ideo quod habes à vero balsamo distat.

Quintò, hi decipiuntur, qui putāt verū balsami liquorē esse, si proiectus in aquā descēdit, mox sparsus emergit: hic aūt adulteratus est. SE. Nondū huius succi colorē edocui sti. BR. Id statim fiet, si in primis animaduertes, sub cane, huius loci incolas plenū cortice incidere. Plenū aūt voco eā partē, qua turgere videtur. Id antiquitus ferreo cultro fiebat, vel vt authores prodidere, vnguibus ferreis: instrumēta enim erāt vnguibus similia. Sed quia visum est ferro plantā lædere, propterea ad vitrū, lapides, ossēósve cultros cōuersi sunt. Non est aūt opus corticē transire, aut pusillum disquamare. Succus tota æstate manat, quem lana, aut gossampio colligunt, & reponunt in cornu, postea in fictile. Nunc colores ex ordine audias. Primò quando mustum est, colorem candidum habet, & oleo crasiori similis est, deinde rubescit.

Postea durescit. & translucidus fit.

Optimus lacrymæ color est modicè rufus.

Secundus in bonitate candidus.

Peior viridis.

Pessimus niger.

Omnes hos colores, secundum principia, & fines, quibus exire incipit, habet, & etiā magis: ac minus molle existit. Tertiū, quod in officina habere debes, xylobalsamū est. SEN. Prius quā ad alia te conferas, huic, quod dicturus

cturus sum, mentē adhibeas. Vnū à Ruellio indiciū scribitur, quod à nonnullis potissimū esse existimatur: id verò est, si ferrū opo balsamo perūgatur, & igni apponatur, ardere: quod alia olea non faciūt: videtúrne tibi hoc esse exquisitū balsami indiciū? BRA. De his recētibus miror, qui hoc indiciū magni faciūt. Nā plurima olea parare scio, quæ supra ferrum, & lignum, & lapidē ardebunt, & quæ sub aqua, imò & aliqua, quæ supra manus ardebunt, & minimè cōburent. Sed nunc experiamur. Habeo opobalsamum ex illo, quod habetur in archiuis Illustrissimi Alphonsi Ducis Ferrariæ. culter inūgatur, lampadi appone: vidésne ardere? SE. Equidē non video, quāuis cliquetur, ac decidat, tamē flāmam visum est emittere, & fortè verum balsamum non est. BR. Cur nō verū, si altas balsami notas habeat, & à nullo, præterquàm à Ruellio, hæc inter opobalsami notas ponantur? SE. Adeò egregie adulteratur, vt Galenus primo de Antidotis exercitatissimos etiam fallere moneat. BR. Exercitatos hac in re nō arbitror posse decipi, si sapiant, & nō sint hebetioris ingenii. SEN. Sperarem nūquam decipi posse, & si parum exercitatus sim: sed vnum est, in quo valde ambigimus, quomodo supra laneam vestē imponi possit balsami liquor, & non inficiat. Nam & pura aqua

panno inſperſa inficere videtur. BR. Authores hoc modo intelligendi ſunt, poſtea quã balſami liquorẽ ſupra laneam veſtem ieceris,& illam laueris, macula non relinquitur.

SE Eodẽ pacto cuiuſcunq; generis olea, ſi ſupra laneas veſtes proiiciantur, ab his deterguntur, qui ex lotione cuiuſcunque generis maculas detergere ſciunt. BR A. Id ſimplici aqua non fit, vt Dioſcorides atque Gale. intelligunt. SE. cuius eſt qualitatis balſami liquor? BR. Galenus VI. de ſimplicium medicamentorum facultatibus, calidum, & ſiccum ordine ſecũdo eſſe docet. quẽ & Græci alii, & Arabes ſequũtur. Auicenna tamen ordinem tertium attingere putauit. S E. Cur à Dioſcoride calidiſsimus dicitur? nam calidiſsimũ quarti ordinis caliditatẽ ſignificat, vel ſaltẽ tertii intenſi: at Gale. illos decipi monet, qui illum calidiſsimum eſſe cenſent. nam partiũ tenuitate decipiuntur. BR. Si Hermolai interpretationem ſequeremur, qui inquit valdiſsima ſucco natura exulceratoria q;: diceremus ex his non intelligere Dioſco. balſami liquorẽ calidiſsimũ eſſe: ſed id tantum dicit de balſami natura, quòd validiſsima ſit,& etiam ad calefaciendum ob partium tenuitatem: at ex hoc non dicit eſſe calidiſsimam. At ſi Marcellũ ſequamur, qui hoc modo interpretatur, vires in tota balſami natu-

ra

ra efficaciſsimas habet liquor egregia ad ca lefaciendum poteſtate. non habetur φ calidiſsimus ſit ſuccus, ſed φ egregiã habet ad calefaciendũ poteſtatẽ: id verò partiũ tenuitate facit. Verùm cõtextus Græcus id magis exprimit, in quo dubitaſti, inquit verò, δύναμιν δὲ ἰσχυροτάτην ὁ ὀπὸς διὰμανῖ κώτατος ὤν. quem ſi ad verbum interpretemur, ita dicit: Vim autem habet efficaciſsimã ſuccus, calidiſsimus cũ ſit. Intelligimus verò omniũ partiũ balſami ſimul cõparationem fieri, vt fructus, ligni, & ſucci, idque dicat præ omnibus partibus ſuccũ habere vires efficaciſsimas, cũ ſit calidiſsimus omniũ ſcilicet partiũ balſami. Itaq; nõ ſimpliciter dicetur calidiſsimus ſuccus, ſed omniũ partiũ calidiſsimus. Tamẽ ſi Dioſcoridẽ ſimpliciter de calefactionis ordine interrogares, ſe cundũ ordinẽ relaturũ non dubitamus. SEN. Imò ſimpliciter dicit, διὰμαντικώτατος ὤν. id eſt, calidiſsimus exiſtẽs, & partes ſimul nõ comparat. BR. Prædicto modo Dioſcorides defendi poſſe nobis videtur, & Galeno concors reddi. Si aliam meliorem viam habes, illam in medium adducito. S E. Dici poſſet, ratione tenuitatis partium calidiſsimũ eſſe, quoniam vehementer penetrat, & nõ ratione ordinis calefaciẽtium. BR. Quomodo lubet dicito: mihi potius arridet prædicta ho-

rum authorũ cõcordia, quam recipere neminẽ cogimus, sed quisq; liber est nouã inueniẽdi. SE. Hoc habeo. BR. Redolétne balsami odoré? SE. Minimè. BR. Propter id xylobalsamũ nõ est. Tamẽ vt exqsitius noscere possis, subsequẽtib⁹ notis deprehẽdituꝝ. Primò, Balsami lignum recens sit.
Secundò, habeat sarmentum gracile:
Tertiò, rubens.
Quartò, odoratum.
Quintò, quod exiguum liquorem balsami spiret.
SE. Deinceps non decipiar. BR. Nec quartam rem ex balsamo despicias. SE. Quid hoc est? BR. Cortex. SE. Nónne ligno eædẽ vires insunt? BR. Nõ quidem, præsertim si is cortex sumitur, qui è regione incisuræ est, vbi manat liquor, & lacryma emergit. quippe excoriari cõtingit. Vnde vt liquor cæteris partibus efficacior est, ita cortex surculis, & semina corticibus. At quia cortex difficilius habetur, quoniã plantæ excorticatæ intereunt, propter id ab authoribus tria tantùm haberi curãtur, xylobalsamũ, carpobalsamum, & opobalsamũ, id est, balsami lignũ, fructus, vel semẽ balsami, succus, liquor, vel lacryma balsami. Hæc de balsamo dicenda erãt. Facilè haberetur, si, qui illuc mittũtur, doctrina pollerẽt, nec essent penitus ignari.

Hi enim

Hi enim ſtatim credũt, quũ à mercatoribus dicitur id eſſe opobalſamum, quod vẽdũt: ipſi verò ita cognoſcunt, vt qui nunquã viderẽ. Vnde opus eſſet viros doctos, atq; experientia præditos pro his rebus emendis, & qui indiciis res cognoſcerent, & mercatorũ, vel horti cuſtodũ etiã iureiurando nõ crederent. At optimi viri nuſquã inuenirẽtur, niſi magno pretio, ideo eis adamuſsim ſatisfacere voluerim: deinde res ſuo pretio vendere, id eſt, quicquid inſumpſerint, elicere, & præter id aliquid ſuper lucrari. Ego, ſi ægrotarẽ, huius ſentẽtię ſum, res veras decuplo pretio emere voluerim, quàm nõ veris donari. Etenim nõ modò non proficiũt, ſed plerunq; maximè obſunt, vt poſsint ægro mortẽ accelerare. SE. Caryophyllus ſequtur. BR. A nobis pertractanda non erant, quæ oculis nunquã vidimus, ſed tantùm legimus, & ab aliis (tamẽ fide dignis) audiuimus. In India particulari quodam loco arbuſculũ naſci tradunt flores ferentẽ, qui in hoc granum terminantur, nigrum, odoratum, ſubamarum, in longum tendens: quo antiquitus pro odore vtebantur. nunc & in ganeam tranſiuit, vt ſine caryophyllis deſpiciantur dapes. Vulgò etiã caryophyllus nũcupatur, à Gallis girofle, ab Hiſpanis clauo, ab aliis clauos deſomer, à Grrmanis negelin, à Po-

lonis guozdziki. Paulus Aegineta caryophyllũ vocat, quasi habens folia nucis, quæ odorata sunt, & optimi gustus adeò vt nostri pharmacopolæ, & etiã Veneti his foliis pro malabathri folio vtãtur. Lusitana nauigatio caryophyllorũ syluas inuenit tam ingentes, & vbertim refertas, vt apud nos salicum syluæ reperiũtur. Apud Dioscorĩ reperitur. Gal. & Paulus de eo pertractant: à Serapione carũ fel vocatur. Recẽtes vocabulum corrũpunt harnafel dicentes. Id esse cõstat, quod Auic. II. canone, safar appellat. Venetiis arbusculum in fictili plantatũ vidi, folia ad foliorũ nucum similitudinẽ lata erãt, non tamen adeò longa: propterea caryophyllus, id est, nucis folia habens ab aliquibus vocatur. At non sunt præcise similia: ob id Gal. secundũ Serapionem in translatione quadã Albacharich, animaduertit non dici caryophyllũ, quia sit foliũ nucis: sed quicquid author ille censeat, folia in nucis similitudinem vergere oculis deprehendi, & nũc domi habeo, foliũ latius tamẽ nucis folio. SE. Gal. ergo de illo verba non fecit? BR. Nõ, quod sciuerim in libris propriis, sed quandoq; est facta mentio in spuriis. SE. In quibus, nisi referre te pigeat? B. In secũdo de dinamidiis, caryophylli mentio fit, vbi de caryophyllato agitur: & bis fit eiusdem caryo

ryophylli mentio in tertio de dinamidiis. Venetiis emendum hoc granum, nec lignũ eius omittere oportet, atq; gluten, quod ex eius arbore emanat, id est, quoddã glutini simile, si haberi possent: folia etiam seruanda, vtpote fructu debiliora, & in debilioribus ægritudinibus magis quàm fructus efficacia. Probãtur caryophylli, quorum color aliquo modo in rufum inclinat. Iubẽt Arabes ex sua arbore singulos manibus sumi. Referũt Lusitani, horũ nidorem per lõgum spatiũ in mari sentiri. SR. Cuius sunt qualitatis caryophylli? BR. Recentes in secundo ordine calidos, & siccos faciũt: nos in medio tertii, & in tertio intẽso esse iudicamus. SR. Piper sequitur. BR. In pipere etiã, quod Serapio fulfel appellat, id dicã, quod de caryophyllo aperta frõte fassus sum, de his rebus nobis incognitis antiquioribus credendum esse. Quæ ab Arabibus dicuntur, omnia à Dioscoride deprõpta sunt. Nos (vt ad sensum veniamus) quatuor piperis genera habemus, longum, albũ, nigrum, sylueſtre. Tria prima genera ex vna arbore nasci Dioscorides testatur, & ita ratio dictat. Facit enim piper veluti siliquam, quę si colligatur prius, quàm parua granula, quæ in ipsa apparẽt, crescant, & arescant, longum piper appellatur: quũ verò creuerint, si aliqua grana absque matu-

ritate legãtur, album piper dicitur. Si enim longum piper fregeris, statim alba granula parua videbis, quia immaturũ est: quũ verò maturitatem acquisiuerint, nigrescũt, præsertim quum vi Solis exiccãtur. Id autẽ fabulosum est, nigrũ esse piper, quia igne aduratur. nam ob serpentũ copiã colligi nõ potest, nisi prius igne fugẽtur, qui piperis grana nigra, & rugosa efficit. Sed hæc anilia fabulamenta sunt potius, quàm vera. Cõstat vi Solis denigrari, & rugosa euadere, quæ prius viridia erant. Venetiis piperis arbuscu lum vidi albæ viti similẽ, quæ in sepibus nascitur. Lusitani, qui Indiæ partes lustrarũt, fatẽtur se multa arbuscula, nõ autẽ arbores vidisse, piper ferentia, nunquã tamẽ vel longum, aut album videre contigit, sed omnia grana viridia erant. In longo autẽ, quod ad nos affertur, grana in similitudinẽ granorũ milii esse constat, & (vt Dioscor. inquit) albicantia. Sed hanc controuersiã in aliud tempus differamus. Nunc verò Ferrariæ piperis arbuscul um in fictili apud magnificum comitem Ioannẽ Romeũ, viret: nec in horto magnifici Antonii Mariæ Nigrisoli, multis herbarũ generibus referto deest. Quicqd ferãt hæc arbuscula, sequẽti anno videre licebit. Adest quartũ genus piperis, sed syluestre, qđ piper lõgũ esse arbitror: at ex soli, & cœli

cœli varietate degenerauit: Huic rufa grana insunt, nõ alba. An decipiãtur qui hydropiper esse contendũt, nunc demonstrare non pergã. Tu tria piperis genera Venetiis emes, & radicẽ (si habere poteris) quę costo similis est. hæc enim rei medicæ proficiũt. SE. Estne radix in omnibus costo similis? BR. In omnibus, tamen Gal. in viribus solùm intelligere videtur. nam dicit: Piperis radix vires costo similes potissimùm obtinet, vt de viribus intelligere videatur. Gale. Paulus sequitur. Dioscorides quo ad figuram similem esse ostẽdit. Nam declarare conatur piperis radicem nõ esse zingiberim, sed inquit: Verius est, similem costo esse piperis radicem. Hinc colligi licet de radicis effigie loqui, & non de viribus. Auerrois & de radicis effigie loqui videtur. SA. Quid sentis de illa, quæ est inter Dioscoridem & Galenum in nigro, & albo pipere controuersia? BRA. Quam intelligis controuersiam? SE. Quoniam nigrum acrius esse dicit Dioscorides quàm candidum: econtrario Gal. candidum acrius facit, quàm nigrum. BR. Gal. equidẽ VIII. de simp. med. fac. ait: Piper album est nigro quidem acrius. Et rationem reddit: nam illud iam est quasi superassatum, & superexiccatum. Et in IX. de composi. med. secundum locos, in Philonis compositione, cùm author inquit, Viginti

& dra

& drachmas candentis coniice flammæ: Galen. per flammam albã piper exponit, quod eſt ſtomacho commodius, & acrius nigro. Auerrois in æquali gradu & album & nigrũ piper eſſe fatetur. Auic. Gal. rationẽ affert, ac ſi alii quidem illam dixerint, & eam non probent, quòd ſcilicet nigrum ob aſſationem nõ ſit adeò acre. SE. In aliquibus, quæ nimis aſſantur, caliditas profectò exhalare videtur, & frigidiora fieri cõſtat, vel minus calida, & magis ſicca: ſed an hoc in pipere contingat, ignoramus. BR. Vt contradictio inter Dioſc. & Gal. auferretur, quãdoq; dicere ſolebam, diuerſam eſſe Dioſc. acredinẽ ab illa Gale. tamen rectius deinceps cõſiderantes, vidimus idem eſſe Dioſc. & Gal. vocabulum Græca lingua. Gal. etenim inquit de albo pipere: Λευκότερον ὑπάρχον τ μέλανος, id eſt, nigro acrius eſt. & Dioſco. eodem vtitur nomine in acuitate: & de nigro loquẽs inquit: Λευκότερον τ μώκε. id eſt, acrius eſt albo. Fortè hoc modo conciliandi ſunt, cùm in albo pipere aliqua ſit humiditas, quæ ori, & linguæ inhærere facit: ob hoc album à Gale. acrius dicitur, quoniam magis inhærens acredinem etiam imprimit: at nigrum nullam habet humiditatem, pròpterea acutius penetrat, tamen nõ inhæret. ob hoc à Dioſc. nigrum acrius dicitur. Si tibi ni

bi hæc concordia placuerit,illam accipito: fin minus,potiorem inuenias:quoniã vnicuique liberum eſt,meliorem quærere, & ſequi.Sed hac in re nullus ſit tam hebes, tã vilis,qui nõ experiatur. Nũc ego experior, & do etiã vxori & aliis domeſticis experiũdum.Mihi,& omnibus nigrum acrius videtur. Tu conſidera, & guſtu experiaris. Hæc non dico vt Galen.aduerſer,ſed potius vt quicquid guſtu perſentio, enarrẽ, fortè piper albũ,quod habeo,ineptũ eſt.SE.In quo ordine primarum qualitatũ reperitur?BR. Plures in tertio ordine tam album, quàm nigrũ,calidũ,& ſiccũ eſſe cenſuerunt,& Galen.dicit valẽter calefacere,& exiccare:nos in quarto ordine,& albũ & nigrũ calefacere & exiccare probamus, ſed nigrũ ſemper ob exuſtionẽ vehementius exiccabit,quàm album.A Germanis pfeffer cõmuni nomine omne genus piperis appellatur,ab Hiſpanis pimienta,à Cretenſibus vulgò piperi,à Polonis pyerz.De quo finitum eſſet, niſi in mentem veniſſet magnificum Catharinum Zenum patritium Venetũ ſuperioribus annis,quum eſſem Venetiis cum Illuſtriſsimo Alphonſo Ferrariæ duce,piperis grana ſaccharo condita,quando recentia erant eidẽ principi oſtendiſſe:quorum vnum ego comedens ſuauiſsimum condimentũ eſſe de-

pre

prehendi,& ventriculo commodũ. SE. Pruna ſequuntur. BR. Dioſco. adeò conciſe prunorum genera tractat, vt vnũ, aut alterum vix deſcribat. Plinius & Theophraſtus longius, recentes nõnulli exactiſsimè rẽ pertractant. Dioſc. ſolùm Damaſcena proſequitur, quæ etiã noſtri pharmacopolæ exiccãt, & ſeruant. Apud nos degenerant. Quãdoq; in pectoris decoctiones pruna ingrediũtur, tunc Damaſcena intelligenda nõ eſſe arbitror, vtpote acria, & adſtringentia. Quamobrem pharmacopolis ſuaderem varia prunorum genera eligere, & ſeruare tam domeſtica, quàm ſylueſtria, & præſertim ea, quæ ex Tarraconenſi prouincia in Italiã delata ſunt: nos ea vulgò Catalonica nũcupamus, à parte Hiſpaniæ Tarraconẽſis ita appellata, è qua ad nos venere. Necdeſpicièda quę myrobalanos vocamus. hęc alio nomine ex pingui ſucco à nõnullis lardaria, à lardo appellantur. Infinita propemodũ alia genera habentur, nigra, alba, verſicoloria, hordeacea, cereola, purpurea. Sed tuę officinę ſatis erit quatuor tãtùm genera habere, Damaſcena, myrobalana, Catalonica, & ſylueſtria, quæ vulgò brugnoli, quaſi pruneola dicũtur. Galen. in Damaſcenis, prunis miratur Dioſco. adſtringere ſcriptum reliquiſſe; quum experimento videatur ipſa ſoluere. Nos autẽ de

Gal.

Gal. miramur, qui nõ animadúerterit Dioscor. de Damascenis prunis loqui, & siccis, quæ præter id quòd sicca sunt, gustum etiã acrem habẽt, & adstringentẽ: propter hoc iubeo, vt in officina sicca habeas, quæ adstringẽti gustu careant, vt Catalonica sunt, quæ ex Hispania venerunt, &, vt Aetius inquit, dulcioris succi gustantur: quãuis ipse Hiberica, ideſt, Hispana absoluto vocabulo nũcupet, eadẽ tamẽ sunt cũ his, quæ Catalonica dicimus, quę eodẽ authore vẽtré potentius ducũt. Verùm & pruni arboris folia seruãda, & gũmi vel lacryma, quæ circa trũcum scaturit, quã nos vulgò grungũ appellamus. SA. De te miror, qui nõ videris Gale. Dioſc. opinionem reprehẽdere tentasse, siue de siccis, siue de recentibus loquatur prunis, & legit, ac egregiè pensitauit Dioſc. Gale. & de recenti dixit quòd aluum magis mouet, de arido verò quòd minus mouet: tamen manifestis argumentis constat, quod ventrẽ mouent, & experiẽtia quotidiana. Et in secundo de alimen. facul. de quibusdã prunis, paruis, duris, acerbis, & in cibo molestis, dicit, mouendæ aluo idonea nõ esse: ac si velit, reliquas esse ad aluum mouẽdam aptas. Nescio præterea per acrem saporem quid intelligas. BR. Tu tam repentè maximus disputator euasisti, vt fortè putes nos tribus

verbis

verbis absorbere? En dico tibi, Galen. (meo iudicio) Dioſc. parum prudenter reprehendiſſe: quoniam pruna Damaſcena adſtringentis facultatis eſſe fatemur: & ita experiẽtia cõſtare: & ſapor manifeſtat. Tu ipſe experiaris. quid opus eſt hac in re verbis? Experiaris, experiaris. Imò & Galen. ipſe hoc oſtendit 11. de alimen. facul. vbi de Damaſcenis agens prunis, illis dat primam laudis bonitatem hominũ opinione nõ ſimpliciter, proximã iis, quæ in Hiberia, & Hiſpania naſcuntur. deinceps ſequitur: Verùm hæc nullam adſtringendi vim repræſentant, Damaſcena quædam ſanè quàm præclarã, vt videas intuliſſe Damaſcena præclarã habere adſtrictionẽ. SE. Quid eſt, ꝙ ſi quis edat, excernit? BR. Si quis copioſè ederit recentia, tum ex humiditate, tũ ex frigiditate vẽtriculus relaxatur: at ſicca idẽ faciũt copioſiſsimè, ſumpta ob frigiditatẽ: at mediocriter ſumpta adſtringunt. quanquã & dici poſſet cõprimendo educere. verùm hoc eſt adſtringere. Quod verò addis, experiẽtia quotidiana pruna educere videri: nos oppoſitũ videmus, adſtringere ſcilicet. & quod addis, cùm velit quædam parua, dura, acerba, eſſe vẽtri mouẽdo inidonea: ergo ex hoc intelligit alia eſſe apta ad vẽtrẽ mouẽdũ. Dicim⁹ loq̃ de prunis Damaſcenis, quę plures habẽt ſpecies

cies inter se differentes: quia aliqua magis, aliqua minus adstringunt: & ideò ipse magis probat illa, quæ mediocrē habēt adstrictionē, tñ adstringunt, & illa reprobat, quæ magis adstringunt, quæ sunt parua, dura, & acerba: tamē & illa etiam, quæ sunt laxa, & ampla adstringūt. Quòd verò de sapore dubitas, quinā sit acris sapor: nō intelligo acrē, qui calidus est: sed acrē, qui frigidus est, & stypticus. Scimus etenim acrē saporē à Platone, Aristot. & Theophasto calidissimum existimari: scimus & aliquē acrē esse frigidum, quoniam sapor acidus frigidus est, tamen & à Gal. acris dicitur quarto de simpl. medi. facul. cap. XVII. Verùm, vt rem melius exprimamus, sapor acris in prunis est, qui in vinis Ponticis dicitur, & adstringens est, & austerus. SE. Hęc missa faciamus, & tantū prunorum qualitates enodemus. BRAS. Et Auerrois, & Auicēna frigida, & humida esse iudicāt, Auicēna frigida in principio secundi, humida in fine tertii. Sed talē humiditatē illis inesse nō probamus: imò & pruna exiccata humiditatē aliquā habere concedimus. Pruna à Germanis pflaumē. à Gal gis prunes, ab Hispanis endrimas, ab aliis ciruellas, à Polonis szliua, à Cretēsib. vulgò amuschlia vocātur. SE. Sumachi sequuntur. BR. Latinam formam saltē imiteris, suma-

chia dicens, non ſumachi. Sed fortè melius eſt barbarũ nomẽ barbaro more enũtiare. In Bononienſib. montib. magna ſumachiorum copia habetur, & in iſtis etiam nõ mediocris. In Ferrarienſi etiã ſolo tranſportatũ naſcitur, ſed ineptius, & inefficacius: ideo hoc in loco colligere opportunum erit. S E. Non colligã prius, quàm mihi dixeris quo nomine ab antiquis appelletur. B. Racemi, aut veluti racemi, qui ex hac arbuſcula naſcuntur, ab antiquis, & noſtro etiã tempore, pro aptandis pellibus ſumebãtur, ſed & foliis hoc etiam conficiebant. In hoc genere fœmina, & mas reperiũtur: mas fructificat, fœmina non, quod in aliis arborib. ecõtrario reperitur. Vua. i. eius fructu, ad obſonia vtebantur, vt ſapidiora fierent: nos ſale, recentioſiore vtimur. Vtebãtur & ad lęuigandas, ac denſandas pelles: ad idem nunc vtimur. Apud antiquos nomẽ acquiſiuit rhus obſoniorum, vt Dioſco. teſtatur: apud nos nihil de obſoniis, ſed rhus ſutoriũ vocamus. Vnde rhus duo genera habet, ἀκυρεφικὸν, quo ad obſonia vtebantur, & βυρσοδεψικὸν, id eſt, eo, quo ad denſandas pelles vtebãtur. Vnde apud vulgus ſumachios nomẽ acquiſiuit, quia pelles nõnullæ ſunt, quę à gentib. quibuſdam ſumachię vocãtur. At quia hoc rhu aptantur, propterea rhus ipſum nomen

hoc

hoc sumachiũ, vel sumach acquisiuit, quanuis sint, qui pelles sumach appellent: & ex consequenti rhus sumathi nominare oportebit. SEN. Cuius sunt qualitatis sumachia? BR. Gal. VIII. de simpl. med. facult. in tertio ordine exiccantium esse tradit, & in secũdo refrigerantium. SE. Myrtilli occurrunt. BR. De myrti semine. i. myrto genere neutro, vel fœminino (vt Catoni placet) quum herbam ipsam colligeres, pertractauimus. Hoc tantùm addã, antiquos hoc semine pro pipere vsos esse, & in summo honore habuisse. Nunc etiam saccharo cõditur. quod nullus ante nos (quę sciuerimus) fecit, optimũ variis ægritudinibus cõdimentum, & ægris magnopere placẽs. Ab Hispanis mirtinhes, ab aliis granos de arragha, à Gallis mirtilles, à Polonis mirtilli, à Cretensibus vulgò myrta appellatur. SE. Iunipera sequuntur. BRA. De iuniperi granis eodem loco docuimus, quo etiam ostendimus Serapionẽ iuniperum, & sabinã confudisse. In maritimis potissimùm quærẽda sunt. A Gallis genevure, à Germa. vveckholder, aut kramatber, i. turdorum baccę appellãtur: his enim turdi pinguescũt, & carnẽ bene olentẽ faciunt, vt nullo tempore ganeę aptiores sint, quàm quum iuniperus maturũ fructum habet. A Polonis iadouiecz dicitur. SE. Caricę postea

accedunt. BRA. Hic locus expeteret, vt de omni ficu sermo haberetur, nisi omnia breuib. trãsigere instituissemus, quę apud Ferrarienses pharmacopolas in vsu sunt, quanquã & hoc Venetis, Patauinis, Bononiẽsib. Mediolanẽsib. & cæteris totius Italię, ac reliqui orbis inseruiet: tamẽ institutuim? apud nostros potius latere, quàm ab aliis deridẽri. Ad rem nostram accedẽtes, tot ficuũ speties sunt, locis, colore, figura, & tẽpore, quo maturantur, distinctæ, vt nullus sit modus. Aliàs rẽ probè aperiemus. Ficus aridæ cuiuscunque generis sint, caricæ appellantur, ischades à Grẽcis: quãuis & Paulus Aegineta vocabulo Cariea vtatur, & etiã nomine ischadũ recẽtes intelligũt. In Picenũ mittere oportet, quã Italiæ partẽ Marcham Anconę vocãt, vbi probatissimæ nascuntur, & ingẽs copia Ferrariã adducitur, quę pedicu lis oblõgis cannis infigũtur, & parte extrema. Liuianæ dicũtur à Liuia Põpeia. Ex ficubus caricas in officina habeas pingues, & agrestes ficus, qui caprifici nũcupãtur, & caprificorum summos caules, atq; ipsorũ lac serua. Optimas caricas ex Piceno Ferrariæ habebis. In parietib. etiã pluribus caprifici innascũtur. A Gallis figues, ab Hispanis figes, ab aliis igos passos, à Germanis feigẽ, à Polonis figii, à Cretẽsib. vulgò ficcæ pitharides.

rides nuncupantur. SE. Quę sunt caricarum qualitates? BR. Gal. VIII. de simpl. medi. facul. inquit calida esse in primi ordinis fine, vel in principio secūdi. De passiuis qualitatibus nullus loquitur: at humiditatem habere id ostendit, quoniā in morē emplastri impositæ maturāt. SE. Passulæ accedunt. BR. Vuæ passæ dicuntur quæcunq; vuæ exiccatæ, à patiendo, vt Plin. XIII. lib. cap. I. docet. Columella ratione prepārādi, vt passę fiant scriptis tradidit, quanuis Græci alio modo vtātur, quia eas sinūt exiccari in vite, vel in areis massas cōgregāt, vt passæ fiant, postea loculis stringunt. Hæc autem nihil ad rem. Vsu venit apud nos, vt tantū passam vnam, vel passulas appellemus, quæ ex Græcia afferuntur grana parua, quæ tamē & nūc Ferrariæ nascūtur: magna aūt grana, vel ex nomine vuæ, vt Illyrica zibiba, vel simpliciter siccam vuā appellamus: & hoc nō immeritò, quia vua habēs granula parua, acinis caret. Ideo aptius ea vtimur, cū in viuariis, tū in re medica. Cœpit autem haberi & Ferrariæ, sed nō adeò efficax, nec tali gustu, quali Orientalis insignitur. Nostra autem lingua passa dicitur: quia quū reponitur, nec penitus sicca est, nec recēs, sed flaccida, ex qua fit vinum passum, quod & si multiplex genus fit, & à maiori vua fiat, tamen pro ipso vo-

catam Maluasiam, quasi monẽbasiam à loco accipimus, Creticũ vinum etiã per excellentiam nuncupatũ. In tua officina albas, & nigras passulas habeas, quippe ad diuersa valẽt Dioscor. teste. Nec passum vinũ prætermittas, de quo in nostro de vinis libro egimus. Venetiis hãc vuam emes, quæ illuc ex Græcia importatur. Vnde à Gallis vua Corinthiaca appellatur: inquiũt enim suo idiomate, resins de Corinthe. ab Hispanis passas, à Germanis rosien, à Cretẽsib. vulgò staphide, à Polonis rozinki dicũtur. Sũt calidæ in secũdo ordine, & humidæ. SE. Iuiubę occurrunt. BR. Zizipha à Latinis appellãtur, quæ potius baccæ videntur, quã poma, licet authores inter poma numerẽt. Peregrina arbor, de qua nusquã Dioscor. Gal. tñ, Aetius, Paulus, Plinius ea cognouere. Duo genera reperiuntur, candidum, & vocatum sericum à colore. Rufum enim est: rufum tantũ habemus. candidũ nunquam viderã ante ætatis meæ xl. annũ: postea videre contigit. At potius viridia dici possent, cùm nostratium habeãt colorem immaturarũ. Ab antiquioribus tubẽres prima syllaba correpta dicitur, è Syria in Italiã Augusti tẽporibus delatum. Aetius & Paulus Aedesina cæteris præferunt. Sunt autem Aedesina maiora. A recentioribus medicis pro tussi exhibentur, in decoct

in decoctis pro pectore. Hoc à Gale. vitio vertitur, vtpote quæ potius incrassĕt, quàm attenuĕt. Eo igitur ziziphis vtemur, quum crassa materia reddĕda erit: sed medici passim pro attenuĕda materia ziziphis vtũtur: & hoc ab ignaris receptũ est, vt nulla sit pro thorace decoctio, quin zizipha sumat. Optimus seruãdi modus est, si acu perforĕtur, & lineæ insuãtur, vt mulierũ indices imitari videãtur, quib. numeratas preculas singulis diebus Deo pendũt. Ferrariæ hi fructus copiosè nascũtur, sed serotini sunt. Eius semen lapides frãgere dicitur, & è renib. quam citò expellere. Pellem maximè inhęretem habĕt, vt si quis zizipha comederit, à palato, auellere nõ possit. Ab Hispanis macans, à Lusitanis dana fega, ab aliis azufaifas, à Romanis gęzole, à Neapolitanis ieiome, à Suessanis iejole, à Gallis iuiubes appellãtur. Ab Auicęna frigidę in primo ordine existimãtur, & in palsius tęperatę, quãquã ad humiditatĕ inclinĕt, tñ cum dulcedinĕ habeant, videtur & ad tęperiẽ in actiuis qualitatib. accedere. SE. Oliuæ sequũtur. BRA. Lõgiori historia oliuæ percurrędę essent, quàm nostra hæc pertractatio exigere videatur, nisi esset notissimus fructus. Interim tu in Mutinensibus, ac Regiẽsibus montibus ex syluestri olea, id est, oleastro folia, & foliorum

succum parabis. Fit autē hoc modo succus, vt Dioſc. tradit: Tundūtur folia, & vino, aut cœleſti aqua aſpergūtur, poſtea exprimuntur, & ſiccatus in ſole ſuccus in paſtillos con formatur. Qui verò in oliuarum ligno ex incenſo exudat liquor, & ipſe ſeruādus, ſeruandæ & virides oliuæ, & nigræ, & per ſe, id eſt, ſine cōdimento exiccatæ, & cum muria, quæ à Græcis colymbades appellātur, quaſi muriæ innatātes, vel halmades à ſale. Seruādæ ſunt & ſanſæ. i. nuclei medii, quoniā rei medicæ proficiunt. SE. Id agam. De oleo autem nihil dictū eſt. BR. Nūc quę olea ſeruanda ſint, edocebimus. Ex immaturis oliuis oleū ſeruare oportet: & hoc ex domeſticis, & ſylueſtrib. ſeorſum, ſi haberi poterit, & ex maturis. Primum, omphacium dicūt. Nec primę expreſsionis oleū deſeras ad odorata olea pręparanda, quę herbarum, ac florum odorem ſeruet. Ex olea Aethiopica lacryma emanat, quam Dioſco. ſummè commēdat. Iudicatum eſt eſſe gummi helemi: de hac re incertus ſum. A Gallis oliues, ab Hiſpanis azeitunas, à Polonis olivvki, à Cretenſibus vulgò eles, oliuæ nūcupantur. In Germania non ſunt, tamē olbaum oder olbeer vocāt, Immaturę oliuæ frigidæ ſunt, & ſiccę: maturæ ſunt in primo ordine calidę, & in principio ſecundi ordinis humidæ, neque tamen

in immat

in immaturis oliuis humiditas aliqua neganda est. SE. Dactyli sequũtur. BR. Palmulę appellãtur, & cariotę palmulæ. Babylone vina fiunt ex palmulis, quæ in toto oriente præcipua existimãtur. Cibus etiã sunt palmulæ, & ex ipsis acetũ, ac mel fiũt, & farina. Nucleis pro carbonib vtuntur, & aqua macerati equis pabulũ præstant: nucleorũ tegumenta ad vnguẽta præparant. Nos Dactylos vocamus: quũ vna sit sola species dactylus appellata, apud antiquos tres species reperiũtur, de quibus aliàs ex instituto disseremus. Fructus è palma est. Venetiis ex Aegypto habẽt, ibi emes: quãquã & in Italia palma in regno Neapolitano nascatur. Vidimus nos Sauonæ palmã post Episcopii testudinẽ satis amplã, & Romæ ac Neapoli multas. Fabulosum arbitror palmæ lignum cõtra põdera inniti, ac recuruari, experientia etiam debile lignũ esse demõstrãte. Nucleorum cinerem combustorum etiam seruabis. Nec cortex prætermittẽdus, qui elates dicitur. Est autem palmularũ operimẽtũ, quàuis in hoc dissideãt interpretes, quippe Dioscо. corticẽ putat. Plin. aũt lib. XXIII. cap. VI. elatẽ, vel spathẽ priuatim genus palmæ censet, cuius fructus inuolucrũ sit. Vnde vel deceptus est Plinius si de elate Dioscor. loquatur, vt eædem vires, quas illi impo-

nunt, insinuare videntur. Aut rem diuersam tractat Plinius. Re vera palmulas cortici inuoluto implicatas vidimus, & extra corticẽ, & diuersarũ specierũ esse ex figura videbatur. Quãdoq; fructum illum, quem musam vocamus, Plinii elatẽ esse opinabar. Sed Venetiis musæ Illustiss. Principi Alphonso Duci Ferrariæ in similitudinem prunorum crassorũ præsentatę sunt. Arbitror Venetos, & qui ex illis partib. ad nos accedũt, vocabulum corrũpere, & nõ musas appellandos hos fructus, sed muzas: nã eorũ lingua, muza, mite significatur. sunt aũt dulcissimi fructus, vt mihi tũc gustare licuit. Imò muza est Mauritanũ nomẽ, quãuis & qui ex Arabia sunt, eo vtãtur: tamẽ inuolucrũ quoddã veluti cõiũctorũ corticum domi habemus, quod Plinii elatem esse cẽsemus. Dactyli à Gallis dãtes, ab Hispanis tamaras, à Germanis datel appellãtur. Recentes putant antiquiorẽ dactylum esse calidũ, & siccũ ordine primo, recẽtẽ verò esse calidũ & humidũ eodẽ ordine. De caliditatis ordine puto illos ab Auerroi accepisse v. Collectionum suarum. At Gal. de fructu palmæ agẽs VIII. de simpl. medi. facult. dicit, fructum palmæ maximè dulcem non paucam obtinere caliditatem. vnde erit, vel in secundo intenso, vel in tertio remisso calidus dactylus. Videtúrq;

túrque ſecundum Gale. tam recens, quàm antiquus dactylus exiccare, tamẽ in eo non negatur eſſe humiditas. SE. Ad poma veniẽdum. BR. Antiquitas hoc nomine pomum vel malum omnes fructus: præſertim tenellum corticem habentes ſignificabat. Paulatim ceſsit, vt in rotũdis tantũ & ſpecie quadam determinata vteremur. Dic tu, quibus pomis in officinis vtimini? SE. Dulcib. acribus, & muzis, id eſt (vt Auicennæ placet) ſaporem nec dulcem, nec acerbum habentib. BR. Quibus nominibus à Ferrarienſib. appellãtur poma, quæ in ſyrupis de pomis accipitis? s. Roſa, & piola dulcia ſunt: fortana, muſona acerba, media verò pupina nuncupantur. BR. Quæ roſa dicuntur, apud antiquos fortè erant melimela, à meleo ſapore, à Varrone muſtea vocata. Piola verò, quæ appia ab Appio nuncupabantur. Pupina afrotomela fortè erant. Fortana auſtera dicebantur, & muſona à nobis dicũtur: quãuis crediderim potius orthomaſticas muſonas noſtras ab antiquiorib. dici, ob ſimilitudinem, quam cum mãmis habent. Prædicta melius cõſiderans, in pomis roſis ſententiam mutaui: ea enim eſſe arbitror, quæ ab antiquis Claudiana vocabantur, & Piola ſceptiana, quæ ſunt rotũditate inſignia. Verùm hæc diſcrimina ad artẽ medicam modicè,

dicè valent, quũ in descriptionibus, quę receptę nuncupantur, poma scripta sunt, sapo rem aduertas, & gustu similia quæras. Nam in receptis dicitur, poma dulcia odorata, au stera odotata, (quanuis rarò austera sint, & odorata simul) medii saporis, tũc gustu discerne, an hoc sapore insigniantur, quæ emeris, & ad cõpositionẽ vtaris. Ex malis folia etiã in officina habeto, flores, & coliculos. In pomorum historia, omnia antiqua nomina recentibus accommodare (vt fieri poterit) tẽtabimus. Germani absoluto vocabulo apfel poma vocãt. S E. De primis pomorum qualitatibus agito. B. Pomorũ qualitas simpliciter dici nõ põt, cùm aliqua calida sint, aliqua frigida, aliqua humida, aliqua sicca, etsi in omnibus nõnulla adsit humiditas. Galeni regula hæc sit: Dulcia calida sunt, cùm in ipsis aqueũ tẽperatum abũdet. Acerba, & austera frigida sunt: in acerbis terrenũ frigidum superat: in austeris, & terrenũ frigidum & aqueum frigidũ abundãt. SE. Nec cotonea deserenda. BRA. Cotonea in duplici genere sunt, magna quædã, & pulchra ab antiquis struthea vocata, inter quæ albicant aliqua, alia colore aureo micant, & chrysomela dicuntur. de quibus fortè Vergilius:

Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Quum struthea degenerant in parua syluestria,

stria, odorata tamẽ trãseunt. Hoc Theophra-
stus secũdo de plantarũ historia animaduer-
tit: & nos experiẽtia vidimus in rusculo no-
stro suburbano. Inquit aũt Theophrastus ex
struthẽo, id est, maiore cotoneo paruũ fieri, 5
struthea serotina, mustea præcocia. Rustici
Ferrariẽses in duo genera partiuntur, in ro-
tundum, & oblongũ. Rotundum mala coto-
nea, oblongũ pyra cotonea nuncupãtes. Tu
quũ Ferrariæ eris, priuatim mala cotonea, 10
& pyra seruabis, & harum arborũ folia. Stru-
thea minus rei medicæ proficiũt, sed magis
in ganea. Vera cotonea, quæ parua sunt, ro-
tunda odoratissima efficacius ad ægritudi-
nes valere existimãtur. Vinum etiã ex coto- 15
neis parabis, quod recipit succi cotoneorũ
sextaria sexdecim, mellis vnũ. Nec melinum
vnguentũ prætermittes: denique cõpositio-
nes illas antiquis tamẽ ignotas, quas cydo-
nites, & gelatines appellamus, summo stu- 20
dio parare curabis. s. Antiqui ergo diacydo-
nitim ignorarũt? BR. Nõ quidẽ, qm̃ à Gale.
eius mẽtio fit in secũdo de alimẽtorũ facul-
tatibus, & in sexto de sanitate tuẽda: sed tot
modos ignorarũt, quot vos cõficitis, & ser- 25
uatis. Cotonea à nonnullis ita dici existimã
tur, quoniã lana quadã tegi videntur, quæ
coton dicitur. Reuerendissimus vnà & do-
ctissimus Cælius Calcagninus præceptor in

literis.

literis humanis nunquã pœnitendus, Cydonia ab vrbe Cretæ vocat. Semẽ quoq; ne despexeris, & mucilaginẽ, quæ inter grana reperitur. Hoc enim pro gũmi mulieres vtuntur, his demptis, ad quæ in re medica valẽt. Imò & lucẽ quandã, ac splendorẽ, sibi parãt eædẽ impudicæ mulieres. A Germanis cotonea kutten, ã Gallis coing, ab Hispanis mẽbrilles, à Cretẽsibus vulgò chidonia, à Polonis pygui appellãtur. In primo ordine frigida existimantur, & sicca in principio secũdi. SE. Pyra sequuntur. B R. Infinitæ sunt propemodum pyrorũ species, de quibus ita agemus, vt nomina antiqua recentibus accõmodare deprehẽdatis, in his, vbi accommodari possibile erit. Cõstat enim per variã insitionẽ plura pyrorũ genera apud nos extare, quã ab antiquis tradantur. Longus enim rerum vsus, & varia diuersarum specierum miscella varias species inuenit: & adeò creuit ars, vt audeat etiã diuersorum generum insitionem tentare, quo gustus alter fructui condonetur. Nunc ad rem tuã redeũtes, pyra crustumina seruato, quæ à nobis giaciola vocantur, & etiam sylueſtria illa obdura, quæ non nisi hyeme matureſcunt. Serua etiam folia, & ex ligno puluerẽ. Nec alias vrbes quæras, aut aliud solũ, in quo poma, pyra, atque cotonea colligas, quàm noſtrum Ferrarien-

se,

se,in quo hęc copiosę nascũtur. A Gallis poy tes,ab Hispanis peas,à Germanis piren,à Po lonis gruszki,à Cretẽsibus vulgò apidia, ab aliis Germanis ein biren pyra nuncupãtur. Nuncetiã multa ex pyris cõdita fiunt anti- quioribus ignota, & præsertim ex superbis pyris,quæ nos muscadina ab odore musca- ti,quẽ habẽt,vocamus. SE. Cuius sunt quali tatis pyra? BR. Et si Galenus de pyris simpli citer loquivideatur sexto de sim. med. facul. lib. & dicat fructũ dulcedinẽ quandã aqueã habere,vnde tẽperies adest secũdum partes inæquales,nã pars vna terrea est,alia aquea, cæterùm vtraq; frigida,tamen alia tẽpera- ta. Proinde esu pyra stomacho grata sunt,& sitim prohibent:illita aũt desiccãt, & modi- cè refrigerãt. Et Auerrois quinto collectio- num,pyra frigida,& sicca simpliciter facit. Tamẽ cùm apud nos pyrorũ variæ sint spe- cies,vt alia sint dulcia,alia austera, alia aci- da,alia acerba:propterea secundũ has quali tates secundas,primæ distinguẽdæ sunt, cũ ex secundis in primarũ cogitationem deue- niamus. Nempe adsunt & odorata pyra, & quæ odore carent. Dulcia, & odorata cali- diora esse fateor:acida,acerba,austera frigi- da. Vnde quod de pomis superius dictũ est, idem in pyris censendum arbitramur. SEN. Sorba accedunt. BRA. Notissima hæc sunt,à

Theo

Theophrasto, & Plinio diffuse perlustrata, oua Græcis dicta. Aliqua oui figuram, alia rotũdam habent: aliqua etiã domestica est, alia sylvestris. Tu domesticam seorsum, ac sylvestrem colliges, & ex vtrisque acerba, & matura seruabis. Præterea acerba mole, & in farinã redigas. Receptum est absolutè sorba adstringere. quod in maturis falsum esse videtur. Nam matura ventrẽ laxant, acerba adstringunt, vel nõ perfectè matura. SE. Arbitror ego, & Galenũ, & qui de sorbis locuti sunt, cũm adstringere dicunt, illud tã de maturis, quàm de immaturis intellexisse, tamẽ matura minus adstringunt. BR. Diximus absolutè receptũ esse, sorba adstringere in hoc sermone. & Gale, & oẽs authores cõplectentes, quoniam putabamus tam de maturis, quàm de immaturis intelligere, At quoniã egregiè maturæ, si in copia edantur, deiicere faciunt, vt experientia ostẽdit: propterea vt alios ad hoc considerandum incitaremus, id proponere nobis placuit. Nec dicendum est quòd per compressionem educant, vt multa faciunt adstringentia: quoniam talia non relinquunt aluum lubricã, vt sorba faciunt, imò potius adstringunt, & gustus ostẽdit in egregiè maturis quòd lubricæ sint, & nullã habeãt styptic itatẽ. Tu ac reliqui bene rem ipsam considerate. Ita expertus sum, tu ipse exp

experiaris pura mente,& non animo nocendi,ac reprehendendi. Lectores ergo rei veritatem considerent,authoribus posthabitis. SE. De sorborũ qualitatibus me certiorem facito. BR. Frigida sunt in secundo ordine re missso,& sicca in secundo intenso: tamen & humiditatẽ habẽt cùm matura sunt. Hispani soruas, Galli cormes appellant. An verò aput Germanos holtzapfel dicantur, disputare non ausim,præsertim in aliena lingua. Tamẽ si fructũ videamus, quod eo nomine vocant,potius sylvestre pomũ videtur, quã sorbum. At speierling sorbum vocare certũ est. SE. Granata mala sequuntur. BR. A granis ita dicta,Punica à regione, qua nascuntur. Græci ῥοὰ vocant. de quibus in balaustio egimus. Nã dulcia,& acria, & malicoriũ & cytinũ,& cicum,& grana,& folia seruare oportet. habet enim in re medica vires, in tot partibus efficaciſsimas. s. Nuces cupresi in limen veniũt. BR. Notiſsimæ sunt. Tu in his mõtibus pilulas,id est,nuces,& semina(quę difficulter colliguntur)& folia seruato: quãquam opus nõ sit,quum in multis locis Fer rariæ perpetua fronde vireãt. Ab Hispanis, præsertim ex Lusitania, noz de cypresso, à Gallis souchet dicuntur. Germani quoque, & Poloni cypariſſum cypresz vocãt. Si Galenum cõsideremus septimo de simplicium

med.facul. calida est in primo ordine intenso, sicca in secundo: nempe dicit tantam habere acrimoniam, & caliditatem, quanta satis sit ad deducendã in altum acerbitatẽ, tamen nullam efficit mordicationem, aut caliditatẽ in corporibus. SE. Nux methel, & nux vomica sequuntur. BRA. Hos duos fructus vel duo semina sint, nunquã apud antiquos, aut recentes Græcos reperi: ideo Arabibus gratiæ agendæ, qui hæc scriptis mandarũt, & nobis indicarunt. Illos aũt vehementer reprehendo, qui inclamare solent Arabibus derogantes: Pulchram rem ostendunt, nam venenum manifestãt. Sed ô fatui & ineptissimi viri, nónne & Dioscor. napellũ vel insanum, strychnon maniacũ describ sit, & infinita alia his magis venenosa? Sed hæ Arabum nuces pro conciliando somno, pro vomitu iritando, pro capiendis piscibus, & auibus, pro interficiẽdis canibus summè valẽt. Vidi ego magnificũ Alexãdrum Farasinũ, qui carnes nucis vomicæ puluere aspersas canis deuorãdas tradidit: hic spatio vnius horæ, & minore, saliẽs obiit. Corui etiã eiusmodi carnẽ comedẽtes breue spatiũ volãtes decidũt. Pisces etiã adeò sopiuntur vt fluitẽt supra aquas, manuq; capiãtur. Nos etiã miras potiones somnificas ex his nucibus parauimus. Decipitur Pandectarius, vomicã nucẽ esse

esse apud Dioscoridē secundā speciē tithymali tradens, quam cariseti (vt inquit ipse) vocat. Debuit autē scribere carietē. Hāc verò nō esse id, testimoniū esse pōt, quia in tithymalo rami sēmipedales à radice exeunt: sed nux vomica frutex est. Nam Serapionis interpres, quum debuit interpretari frutex, fructus interpretatus est. Inquit enim Serapio fruticē nucis methel esse similē frutici nucis vomicæ. de fructu aūt non loquitur: quia hi distincti sunt. SE. Nōdū, qui sint, aperuisti. BR. Ingenuè fateor, vsq; ad hoc tēpus à me hos frutices ignorari: breui autē plantas videre spero, quas nec Arabes pingunt, tantū à Serapione in vomica nuce hęc dicūtur. Coloré eius esse inter glaucedinē, & albedinē, & paulò maioré auellana esse (loquitur aūt de auellanis suæ patriæ) & sunt in ea nodi. Ex his notis nucē vomicā exquisitè cognoscimus. Nam ea verè est, quā habemus, & Venetias Alexandria Aegypti affertur. At figuram arbusculæ eā generantis nō docet, nec folia. Vnde si hanc arbusculam absque seminibus viderem, an ea esset, quę nuces vomicas parit, ignorarē. De nuce methel aliud dicit, quam fruticem esse nuci vomicæ simile, & semen esse semini citri simile. Quo in loco errorem esse arbitror, vt semen citri legi non debeat. Alter author nucē methel

mandragoræ comparat, & corticem aſperum habet, & ſapor eius eſt delectabilis, vnctuoſus. Hæc ſigna ſunt, quibus Arabes hæc indicant. quæ omnino nihil oſtendunt. quãobrem hanc nucẽ viſu potius, & experientia cognoſco, quàm vera aliqua deſcriptione. Certè aũt cõſtat hæc ſemina à Latinis, aut à Græcis nunquam fuiſſe deſcripta. A Polonis orzech methel nuncupantur. Hæ nuces in quãrto ordine frigidæ ſunt, & ſiccæ in ſecundo. SE. Mirabolani ſequuntur. BR. Myrobalani dicito à balano, & myrõ, id eſt, glãde odorata, vel vnguentaria. Antiquioribus ad vnguem perlectis, cõſtat de vocatis ab Arabibus myrobalanis nunquã locutos eſſe, tamẽ hoc nomine myrobalanus vtuntur. Dioſco. in primis vbi de palma tractat, myrobalanorum, & phœnicobalanorũ meminit, qui palmæ fructus ſunt. Phœnicobalanus immaturus adſtringit magis, minus verò maturus. Plinius quoque lib. xij. cap. xxij. myrobalani, & phœnicobalani inquit eſſe fructũ cuiuſdam palmæ in Aegypto, quæ ad ipſos vocatur quaſi ſine ſitu. Hanc Dioſcorides poma, id eſt, poculum vocauit, nempe humore plurimo abundat. Hæc ſunt, quæ apud antiquos de myrobalanis reperiũtur, quãuis & Plinius eodẽ loco fæcẽ vnguẽti myrobalanũ appellari fateatur. Quod aũt antiquorũ

myro

myrobalani, nostri nũc vocati esse non possint, ex hoc apparet, quoniã antiquorũ myrobalanus osse, id ex, semine carebat, vt Plinius testatur, sed nostrũ hoc vulgare habet. Altera quoque res apud antiquos est glãs Aegyptiaca, myrobalanon, aut myrepsicẽbalanõ appellatũ, ex qua balaninũ vnguentũ fit. Fructũ esse Dioscorid. inquit lib. IIII. ex arbore myrice simili nuci auellanæ, quã Põticã dicũt æqualẽ. Theophrastus quarto de plãtarũ historia myrto cõparat, Plinius heliotropio. Corticẽ huius glãdis vnguentarii premunt odoris gratia. Quicquid tamẽ sit, cõstat Arabũ myrobalanos hos nõ esse, nec ab antiquioribus vsquã describi. Pandectarius miro errore ducitur, qui arbitratur Pliniũ grana behen myrobalanos putasse, quũ nusquam de behen locutus sit Plinius, nec Græcum, aut Latinum nomen sit behen: ipse aũt ita id Plinio attribuit, ac si de eo sub hoc nomine behen loquatur. nõ erat aũt opus myrobalanos eos fructus, quos habemus, appellare, sed Arabũ interpres fuit, qui vbi halilig habet, ipse myrobalanus interpretatus est, vt inde multi decepti sint, antiquorum myrobalanos halilig esse putantes. Nos aũt hos Arabũ myrobalanos in prunorũ, ac pomorum genere ponendos arbitramur. In variis ęgritudinibus efficaciſsimi sunt. pro his

Arabibus debemus, qui nobis hos optimos fructus tradiderũt, & eorũ vires edocuerũt. Quinq; eius ſpecies nouiſti, citrinos, beliricos, chebulos, emblicos, indos. Venetiis emes, quoniã Alexãdria Aegypti Venetias ferũtur. SE. Ego vno carmine oẽs cõprehẽdo. BR. Tuum hoc carmen diſſeras. SEN. En: *Myrobalanorũ ſpecies ſunt quinque bonorum, Citrinus, chebulus, beliricus, emblicus, Indus,*

BR. Pulchrum certè eſt, ſed tu memoria ferua: mihi ſatis eſt abſque carmine recordari. In ſumma, apud antiquos non ſunt hi myrobalani. Vnum tamen eſt, in quo admiratus ſum excellentiſsimum quendam virum in myrobalanis, quia non habebat in quo Meſuen reprehẽderet (nam ab antiquis non tractantur) vt ſaltem vellicaret, inquit: Bene ſunt examinanda, quæ de viribus myrobalanorum à Meſue dicuntur, quoniam nullũ habuit quem ſequeretur bonũ authorem. ac ſi Serapio in rebus Arabicis ineptus ſit author, & cęteri Arabes, quos imitatur, & Auicen. & ipſemet Meſue, quos ſummos medicos fuiſſe nemo dubitat. adde quòd hæc domi habebãt. A Gallis mirobalans, ab Hiſpanis mirabelanes dicuntur. Omnes ſunt frigidi in primo ordine, & ſicci in ſecũdo: tamen variant partes, vt Auic. teſtatur, quoniam citrini ſunt nigris calidiores, & indi

ſunt

sunt minus frigidi, quàm chebuli. SE. Nux moschata sequitur. BR. A miro odore, quẽ habet nux moschata vocatur. Apud antiquos, vt Dioſc. & Theophraſtum nihil de ea reperitur. Poſteriores autẽ caryon myriſticon, id eſt, nux myriſtica appellant, & ita in Latinum ceſsit, vt hoc nomine diceretur. Ex hac fieri macin certũ eſt. Pretioſiſsimus fructus eſt, cùm odore, tum proprietatibus, quibus in re medica valet. Luſitani, qui Indiæ partes luſtrarunt, myriſticarum nucum ſyluas inuenere. Hiq; decepti ſunt, qui glandem vnguentariam eſſe putarunt, de qua in quarto libro Dioſco. & nos ſuprà nonnihil, & infrà magis. Venetiis emes, quoniam ex India Alexandriam, Alexandria Venetias feruntur. Nunc ex re medica tranſiuit in ganeam, vt pauciſsima ſint pultaria, quæ nux myriſtica nõ ingrediatur. A Germanis moſcht ſimpliciter, & cũ additione nus, moſcht nus profertur: à Gallis nois muſcades, ab Hiſpanis noien, vel nuoz moſchada, à Polonis muſkatoui orzech. SEN. Cuius ſunt qualitatis? BR. Serapio ex ſententia Aben Meſuai illam in tertio ordine calidam, & ſiccã facit: at ſecundum Meſehaben eſt calida, & ſicca in fine ſecundi ordinis. Illis potius cõſentio, qui in tertii ordinis principio illam ponunt: quanquam non multùm diſcrepãt,

qui in fine ſecundi calidam, & ſiccã voluere. SE. Tamar Indi ſequũtur. BR. Quis etiam nõ amabit Arabes in Tamar Indis, id eſt, in dactylis Indiæ? quorum nulla eſt apud Græcos mentio, vt etiam Auerrois teſtatur, ſoli Arabes hos fructus nobis tradidere, & eius vires. Errant qui Dioſc. & Plinii myrobalanum eſſe ſuſpicãtur, & qui prima facie nõ vidit myrobalanum antiquorũ oſſe, id eſt, nucleo, & ſemine carere, Tamar Indum verò nucleum habere. Hoc loco video celebré quendam virum ſine ratione Meſuen reprehendere. Inquit enim: Si Tamar Indus ſit phœnicobalanum Dioſco. Meſue dicit ſoluere, quod Dioſc. adſtringere fatebatur. At diuerſa ſunt, vt liquidò patet, nec opus erat cauillari in Meſuen, vt ille facit. nam Meſue in ſecundo frigidum, & ſiccum, Auerrois in tertio indicat, quoniam aliqui Meſuę codices in tertio legunt, & id ex eo credi poteſt Meſuem ſenſiſſe, quia Serapionem, & Auic. imitatur, qui in tertio gradu ponunt. Erat igitur potius excuſandus Meſue, quàm abſque certa ratione damnandus. Tu Venetiis Tamar Indos emes. Rectius Hermolaus in Corollario ſenſit, vbi de Cariota, quippe inquit recentiores id voluiſſe, ſcilicet palmulas illas Tamar Indos eſſe, ipſe verò inficiatur. Ab Hiſpanis eodẽ nomine, à Gallis Tamarins,

marins, à Neapolitanis dactylo syluatico, vel cephaleune vocãtur. SE. Casia fistula sequ-
tur. BR. Vel duplici ſſ, casſia ſcripſeris, vt Græci faciunt, vel vno tantùm nihil refert, modò rem ipſam aſſequi contingat. Cùm apud antiquos caſsiam ſyringa, id eſt, fiſtulam inuenies, ſemper opus eſt noſtrũ cinamomũ intelligere: quia verum antiquorũ cinamomũ nõ habemus, vt ſuo loco videre licebit. Quod autẽ nunc cinamomum vocamus, vel canella, eſt antiquorũ caſia ſyrinx, tum Græcorũ, tũ Latinorũ & ab Arabibus ſelicha, vel ſelch (vt apud Serapionẽ videre eſt) appellatur. Eius interpres caſiam ligneã exponit. Ideo cùm apud recẽtes caſia lignea dicitur, canella intelligitur: cùm verò apud coſdẽ caſia fiſtula ſcriptũ eſt, caſia illa, quæ vulgò habetur, & caſia nuncupatur, ac educit: vt hinc videas à recentibus nomina confundi, primò canellã, cinamomũ, & caſiã ligneam appellant, licet pro caſia lignea, inſipidæ, & inodoræ canellæ, nunc fruſta oſtendant: deinde caſiam, quæ educit caſiã fiſtulã vocant. Primus, qui hunc errorem fecit, fuit Serapionis, & aliorum Arabum interpres, qui vbi dicunt hiars amber, caſia fiſtula interpretatus eſt: quum debuiſſet interpretari cheratte longa. Vbi autem Serapio ſelicha, vel ſelche dicit, caſia lignea interpreta-

tur, cùm absolutè casia interpretari debuisset, aut cum hac additione syringa, id est, fistula. Nam propriè apud antiquos casia fistula ea est, quam nos canellã vocamus, quia vti canna inanis sit. Hinc recentiorũ ingens error detegitur, q in suis receptulis ad prouocanda menstrua, in quibus scriptũ est casia, ipsi corticem casiæ nostrę vsualis sumũt, quæ cherate lõga est, vel (si Latinè magis loqui velimus) oblonga siliqua, cùm tamẽ antiquiores, à quibus receptulas sumunt, per cassiam nostrũ vocatum cinamomũ, id est, canellam intelligant, nõ autem verum cinamomum: eo enim caremus. Ad rem igitur accedentes, nostra hæc casia apud antiquos ignota erat: nullus enim reperitur ex antiquioribus, qui eam vel àlõge describat, aut nutibus ostẽdat. Ideo plurimùm in hoc pretioso fructu Arabibus debemus. Optimè in Dioscasia ab Hermolao, hæc Arabum describitur, cùm adhuc recẽs est, simul cũ cortice conditur, & soluit, non tamen plenius, quàm quod floré casiæ appellamus, nec grana melius soluũt, vt falso putant quidã: imò quandoq; nihil penitus soluere vidimus, tamen is, qui sumpserat, decẽ drachmas eorũ pulueris melle mistas comederat: id enim data opera experti sumus. qd ter aut quater in diuersis fecimus: vnus solui visus est,

sed id

sed id potius ex flore admisto factū arbitramur. Casiæ arborem Murani vidimus, nihil autē pariebat, folia iuglandis habebat. Venetiis emere poteris. In India, & Aegypto nascitur, arbores procerę sunt. Prope Daina scum ingēs copia reperitur. Species siliquarum apparet, & Atabū nomen siliquā indicare videtur. Ideo quēadmodū à nobis vocatam charattam, siliquā appellamus: placeret vt casia oblonga siliqua Latinè, vulgò autem charatta longa diceretur, Hispani cannam fistulā, Galli casse fistule, Poloni casia vvtrabkach appellāt. Calida est, & humida ordine primo, vel primā secūdi ordinis partem attingit. SE. Cubebe casiā sequitur. BR. Plures decepti sunt cubebe grana viticis arbitrātes. Causa aūt erroris fuit, quia vna cubebæ species saporē piperis habet. Viticis autē semina eodē sapore insigniri Dioscor. testatur. Re autē cōsiderata, vitex arbor est veluti salix, imò à Theophrasto salix Amerina appellatur. Cubebe autem frutex est myrti folia habens, latiora tantùm, & in summo acuta veluti lanceæ. Pandectarius à Gal. caucalim vocari cēset: ideo considerās (vt iquit ipse) Gal. & Dioscaliter dicere nō potuit, quam cubebe Gale. Dioscoxymyrsinen esse. Huius autem ratio est, quia Dios. nihil de cubebe, Gal. verò nihil de oxymyr-

sine

sine tractat. Sed lõgius hic vir aberrat, quoniam de caucali, quã vult esse cubebe apud Gal. Dioscorides 11. libro tractat, nec quicquam refert: & si Gal. oxymyrsinen omiserit, quandoquidem à pluribus aliis etiam abstinuerit. Est autem caucalis genus sylvestris dauci. Sed Pandectarium errare fecit Serapio, qui caput cubebarum Gal. cum capite myrti agrestis Dioſco. comparauit. At eo deceptus est Pandectarius, quia apud Galen. caucalim esse voluit. Serapio autem apud Gale. carpesium esse fatetur: Gal. enim de carpesio, & nõ de myrto sylvestri: de myrto autem sylvestri Dioſc. & non de carpesio tractat. Quod verò Serapio per cubebas apud Gale. Galeni carpesium intellexerit, ex eo certum est, quia sub hoc nomine cubebe eadem scribit, quæ sub hoc vocabulo carpesium à Gal. scripta sunt, videlicet habere virtutem phu: non solùm gustu, sed & viribus, & quòd vrinam prouocat, & totius corporis obstructiones aperit. Quamobrem Serapio myrtum sylvestrem Dioſc. cubebe esse magno ægrorum discrimine arbitratur, quippe qui rem pro re tribuat. Constat autem cubebe, & myrtum sylvestrẽ diuersa esse: quoniam cubebæ odoratæ sunt, myrti sylvestris granum inodorũ, cubebæ in medio granum nõ habent, at myrtus sylvestris habet,

habet,& dulcissimum: quamobrem myrtus
syluestris nō erit cubebe,id est,id, quo vos
pro cubebe vtimini. Vnde ad exquisitam ha
rum rerū cognitionē,scito nostrum vulga-
re cubebe nō esse cubebe Serapionis, quo-
niam Serapionis cubebe est myrtus syluē-
stris Dioscoridis. Adde carpesium Galeni non esse
myrtum syluestrem Dioscoridis quoniam diuer-
sis viribus insigniūtur, quanuis Serapio idē
faciat carpesium apud Gal. & oxymyrsinen
apud Dioscor. sed re vera deceptus. Verūm
quid sit Gal. carpesium, adhuc incōpertum
habeo: nam ipse non describit, quanquam
in libro de antidotis festucas quasdam esse
fateatur. Fortè dices esse nostrum cubebe,
quod fieri nō potest, si festucæ sint. Serapio
igitur cubebe, myrtum syluestrem, & carpe
sium idem esse arbitratur. Constat autem
myrtum syluestrē nostrum cubebe nō esse,
tum propter dicta, tum propter granum,
quod in myrto agresti triangulatū esse di-
cit, in cubebe verō nullum. At carpesiū Gal.
in dubio est, an sit nostrum cubebe: non esse
autem illud monstrat, quia apud Gal. festu-
cæ sunt phu similes, vt in rusco infrà admo-
nebimus. Denique vt huic rei metam con-
donemus, cubebe, quo vtimur, apud Dioscor.
aut Galenum inuenire nesciuimus. Ab o-
mnibus ferè gentibus simili nomine appel-

latur,

latur, at in re ipsa dissentiunt, quippe Galli cubebes, Hispani cubreas, Germani cubeb, Poloni cubebe vocant. SE Rationem illam, qua probas cubebas nō esse Gale. carpesiū, cùm à Gale. dicatur carpesium esse festucas quasdā, cubebas verò fructus esse, ex quo iu dicas cubebas nō posse esse carpesium, nihil valere constat: quoniā cubebæ nostræ sunt fructus harū festucarum, tamen Gal. festucas potius probat, quàm fructus, & hoc multi recentiores sentiūt. BR. Quis tibi aperuit cubebas esse illarū festucarum fructus, quas probat Galenus? SE. Nullus ex antiquis, sed ita in mentē mihi venit. BR. Tu ergo absq; ratione, aut alicuius viri, qui oculis viderit, authoritate loqueris. Nō erat in his incertis nugis immorandū, sed ad maiora progrediendū erat, neq; incertissimè loq oportebat. Et quis vnquā dixit festucas fructus habere? Et certè fructus esset nobilior festucis, neq; Gal. festucas potius probasset, quàm fructus: propterea nō debebas tā elato animo me reprehendere in re quā ignoras: sed id dicis, quod tibi in mētem venit, & absq; ratiōe aut sensu ab aliquibus scribitur. Imò pro te possem ego rationes fingere: quoniā ex Syria Venetias cubebas afferunt. Et Gal. VII. de simp. med. facul. de carpesio inquit vocari carpesium à montibus quibusdam Pam-

Pamphyliæ, in quibus nascitur, ingénsque eius prouentus est in Syria. At nos tã tenuibus argumentis nõ mouemur. Sunt calidę, & siccæ tẽperiei ordine secundo intenso. SE. Sebesten occurrit. BR. Nusquam apud Dioscor. sebesten reperire contingit, nisi in genere prunorũ cõtineri videatur: est enim pruni simile. Tamen apud posteriores Græcos sub hoc vocabulo myxa, & nõ sub vocabulo sebesten reperitur: Græci enim myxam appellant mucilaginem. Vnde & Gale. saliuam illam cõchyliũ, quæ emanat dum actu pungũtur, myxam vocari tradit. Est autem mucor quidã, vel lentus mucor. Eodẽ pacto in sebesten, quæ myxa vocatur, mucosus lentor inuenitur, ex quo in Syria viscũ parant. Myxas enim, id est, sebesten exprimentes internus mucor exprimitur, qui in viscum ducitur. Apud Athenienses autẽ μύξα νάρυζα, id est, destillatio est, vt Iulius Pollux lib. 1. sui Onomastici tradit. Dicitur autẽ sebestẽ, Hermolao in corollario teste, vbi de visco loquitur, ob honorẽ Augusti, vnde sebastos vocatur. Quod an verum sit, tu ipse iudica: nobis apud aliquem authorem hoc legere non licuit. vnde apud antiquos sebesten incõperta videntur: propterea Arabibus gratias agere debemus, q adeò probos fructus ad extinguendam sitim, & bilem reprimendam

dam nobis indicarunt. Venetiis emes, quoniã è Syria, & tota Iudæa Alexandriã, Alexãdria Venetias afferũtur, & etiã ex Cypro. A Gallis etiã sebeste vocantur, à Cretẽsibus vulgò myxassa, à Polonis sebesten. Auicen. ferè temperatas iudicat, tamen ad frigidũ & humidũ inclinant. SE. Coloquintida sequitur. BR. Colocynthis ab antiquis, à Romanis cucurbita syluestris appellatur: quãuis & hoc nomine colocynthis cucurbitam esculentã antiquiores intelligant. Apud nos etiam nascitur, sed inefficacior, quanquam & nostra soluat. hoc autẽ ægrè fit. Melius est Venetiis emere, cùm ea efficacior sit, quę ex Orientalibus partibus, vtpote calidioribus, inuehitur. Notissima est apud omnes colocynthis, & peculiare antiquorũ pharmacũ. Colocynthis malæ indicia à Mesue scribũtur: si in solo forti nascatur, in puluerulẽto, & vbi sunt reptilia, vel in locis thermarum, mala est. & addit alia, quibus ab excellẽtiis. Manardo reprehenditur ita argutãte: Si hęc vera sunt, nunquã erit tutus colocynthidis vsus: nõ enim scire possumus, quo sologenita, nec an vna in vna plãta, vel in vna regione vnica planta. Sed frigidè arguit: etenim in omne aliud, determinato loco nascẽs argumentũ reflectere possumus, ignorari à nobis an eo loco ortum duxerit, præsertim si

à no

à noſtra patria diſtet, ideo non eſſe tutum eius vſum. Tamen quantũ in me ſit conſulerem, ne quiſpiã colocynthidevteretur, quãuis antiquiſsimi Græci ea vſiſint: eſt enim res adeò violẽta, vt magis turbet, quã proſit. Nõ deſunt alia ad eius vſum multò mitiora. Hoc mihi vſuvenit, dictu mirũ, colocynthidẽ tractabã, & manib. ſolũ aperiebã, ſorore, & matre præſentib. ego ex ſolo tactu, illę ex odore adeò ſoluti ſumus, vt nullus noſtrũm fuerit, cui vẽter decies magna perturbatione nõ eduxerit. Ex hoc vehemẽtiſsimum pharmacũ eſſe cõſtat. S E. Nos id quotidie experimur cũ pinſitur. B R. Meſue præterea colocynthidem deſcẽſui aquæ ad oculũ valere tradit: quẽ Manardus reprehẽdit, quia Paulus dicit valere diuturnis oculorũ fluxionib, ac ſi Meſue in re tã vera verũ nõ dixerit. Sed hęc omittamus, ne in reb. adeò puerilib. tempus cõteratur. S E. Videris mihi morbo quodã animi in Manardũ inuehi. nã Manardus Meſuẽ non reprehendit, ſed illius mentem Pauli authoritate cõfirmat. B R. Iamiam noui animum tuum non eſſe addiſcẽdi, ſed Theonino morſu carpendi: & maximo detineris vitio, qui vti amicus, & domeſticus, beneuolúsq; loqui fingis, & habes ſub pallio tectũ venenũ, & ſub mellitis verbis geſtas aconitum. Manardo

nonnunquam præceptore vsus sum, & illius verba semper ꝓbaui, vbi res aliter nō cōsta bāt, quęquādoq; nō cōstare deprehēdimus (neq; enim omnia possumus oēs) illūq; nō vulgari amore ꝓsecutus sum. Quid si qñq; aliud mihi videatur, quā ipsi? Hoc omnibus liberū est, præsertim vbi verbo tenus aliqui bus de reb. cū eo locuti sumus. Tu is es, qui cōtra nos animi morbo laboras. In nōnul lis etenim dubitas, in quibus neq; puerulus (nisi malignus sit) dubitare deberet, qđ aūt inquis Manardū Mesuen nō reprehēdre, sed eius mētē Pauli authoritate cōfirmare, ostē dit te, neq; Manardi intētionem, neq; quid hic sentiat intelligere: quippe Manardi in tētio est supra Mesuē annotare, & ostēdere vbi ab antiquiorib. dissentiat: ꝓpterea hic Mesuē carpere voluit, qui dixerit colocyn thidē valere defecēsui aquę ad oculū, cū Pau lus dixerit valere diuturnis oculorū fluxio nibus. Nō equidē cōfirmat Mesuę sentētiā, sed reprehēdit, qui nō dixerit diuturnis. At cū valeat, & ad nō dituturnas, ideo nō est cul pādus Mesue, qui fluxionib. valere simplici ter dixerit. Quod aūt nos Manardū amem, id ostēdere pōt, nēpe in sextētis reb. Mesuē ab eius calūniis defendere possemus, quē tū (nisi vt cōtingit, & opus est) nō defendimus.

SE. Colocynthidis qualitates edoceas. BR. In tertio

tertio ordine intenſo calida eſt,& in ſecũdo
intẽſo,vel in principio tertii ſicca. A Gallis
etiã coloquintes,& à Germanis,ac Polonis
Latino nomine appellatur, à Cretẽſib.vul-
gò agricolochinthi.SEN. Piſtacea accedunt. 5
BR. Plin. Qui hãc nucẽ(etenim in nucis ge-
nere poni debet) in Italiã portauit, Lucius
Vitellius Cẽſor fuit. Nos Venetiis in ædib.
magnificorũ patritiorũ Petri,ac Frãciſci de
Moreſinis,quas Murani habẽt,vidimus. Il- 10
luc me dixit Reuerẽdiſsimus prẽſul Hiero-
nymus Moreſinus,vir ingẽti probitate inſi-
gnis. In Syria ꝓpriè naſcũtur,& ex Syria re-
cẽtes ſurculos prædicti nobiles afferri cura
runt. Alexãdriam ferũtur,deinde Venetias, 15
quãuis & recto curſu è Syria Venetias qñq;
nauigẽt. Venetiis & piſtacia emes,ſupremũ
illud viride coriũ, quo integũtur,habere cu
rabis. Nõ intelligo lignoſum nuclei operi-
mẽtũ,ſed tenellũ putamẽ ſupremũ,quod li 20
gnoſum integit. hoc enim in re medica plu
rimũ valet,vt Paulus teſtatur,quin & apud
Alexãdriã Aegypti naſcũtur. Notiſsima sũt
piſtacia,fiſtica apud omnes gẽtes vulgò di-
cta,quorũ apud nos maximus eſt in re vene 25
rea vſus. Antiquitus plures decepti ſunt,te-
rebinthi fructũ eſſe arbitrãtes,vt Athenęus
inquit. In marẽ & fœminã diſtinguntur: marẽ
id appellãt,quod ſub tenello corio,tãquam

osseos testiculos habet. nã illa pars infima vtrinq; tuberosa duos testiculos repræsentat. Venetiis etiã parit,& maturat.SE.Miror cur Alexãder Trallianus libro tertio,capite xviii.ea in parte,qua de hepaticæ dysenteriæ curatiõe agit, ex gelida iecoris intemperie facta dicat:pistacia verò,& amygdala in hepatica dysenteria obnixè vitãda sunt, eo ℞ promptissimè nõ corruptionis solùm & oleacea sunt,sed metamorphosis etiã in bile valde obnoxia,& ℞ humorũ tum superfluitatem, tum asperitatem cõciliant,adeò quidem vt inde véter & inclemẽtius,& frequentius iritetur.BR. Equidem si Tralliani verba sunt illa quę adduxisti, & circũferũtur,nõ possum ab eo nõ dissentire: tamẽ ℞ egregiè ventriculo cõficiantur,experientia testis est,sicuti & amygdalę,& nuclei vocati omnes. Nã si quis his vescatur, frustula inter excrementa cernuntur, vt ingesta sunt: fortè ob hoc in dysenteria dãnanda,& iecoris frigiditate: quãuis Gale.viii.de simpli. medic.faculta.dicat iecoris obstructionem sanare. Experientiæ verò standum est, cùm ipse Gale.ii. de alimentorum facultatibus, dicat se ignorare an stomacho noxia sint vel vtilia, nec aut aluum ducãt,an sistant. Nos verò dicimus aluum potius ducere: quoniã oleaginea & ventriculo conuenire sua qualitate

litate calida, & amariuſcula cum ſtiptici-
tate, & aromaticitate (vt hoc nomine vtar)
quanuis nõ cõficiatur, vt alia multa faciũt.
Propterea arbitrandũ eſt dyſenteriæ obeſſe
ob id ſolum, quoniã non cõficitur, & in in-
tegra fruſtula maſticata deſcendit, in reli-
quis ob naturã oleagineã, potius dyſenterię
conueniunt. SE. Quis dixit in Venerem vale
re? quippe in Veneré illa faciunt, quæ egre-
giè nutriunt, & in flatus diſſoluũtur: verùm
de piſtachio oppoſitum dicitur, non multũ
nutrire. BR. Gale. an in Venerem valeat, non
expreſsit, quoniam illi incõpertum erat, ſi-
cuti & an noxia, vel vtilia ventriculo: tamẽ
hoc à recentioribus receptum eſt, & calidita-
tem, ac humiditatem quandã habent, quæ
in flatus craſſos diſſoluitur, quibus virilia
implentur, & infimæ partes, hinc in Veneré
excitant: ſed id efficacius faciunt, aliis cum
reb. miſta. Hoc experientia oſtẽdit. Et quã-
uis recentes nonnulli in omnib. qualitatib.
temperata eſſe fateantur, tamen cùm ſolo
ſenſu & abſq; ratione conſtat eſſe calida pi-
ſtachia, propterea erunt in ſecundo ordine,
& fortè intenſo calida, & in eodem humida
craſſa quadam humiditate. SEN. Anacardus
ſequitur. BR. Anacardum apud Dioſco. aut
alterum Græcum nunquam inueni, tamen
Græco nomine inſignitur, & à corde nomen

sumpsit, cuius figuram imitatur. Arabibus etiam pro hoc semine debemus. In montib. Siciliæ nascitur, & copiosè in Apulia. Balador ab Arabibus nominatur. Hunc facillimè habebis, quum in Apuliā pro oleo mittes. Existimant calidum & siccum ordine quarto: tamen nō possum induci, vt credā ad ordinem illum peruenire, quāuis calidissimus sit Anacardus SE. Nux Indica offertur. BR. Et hoc est Arabum munus, qui hāc nucem Græcis incognitam nobis aperuere, nisi ea sit, quam Gal. nucem regiam vocant. Serapio fructum ex quodā genere palmæ arbitratur, Venetiis habetur ex Orientalibus partibus allata. Eius oleum butyro etiā bonitate præferri dicunt. Nos vt plurimùm in re venerea vtimur, quoniā ab Auicenna semen augere dictum sit. Genuę magis recentes habentur, quæ in Hispaniā ex Lusitana nauigatione feruntur, & ex Hispania Genuā ab Hispanis coco dicitur. Hinc fortè nostri pueri cum nucib. ludunt tribus suppositis, & superaddita quarta, appellāt coco maiorem nucē, qua ad alias proiiciēdas vtuntur. A Gallis nois de Inde vocatur, ab Hispanis nuoz della India, à Polonis orzach indyski. Hæc de ista nuce apud Græcos incognita satis sint. Calida est in principio secundi, sicca in primo. SE. Citrū sequitur. BR. Citrū

aliud

aliud est, aliud cedrus, vt in Epistola ad illustrissimum Hippolytū Estensen docuimus, quā pro hac re legere ne pigeat. Cedrus arbor procera est, paruos fructus parīes, quos frequenter cōditos edimus. Citrum .i. quod vulgò cedro appellamus, & arātium in eodem ferè genere ponitur, quod & malū Medicum, & ab aliquib. pomum aureum nuncupatur. Notissima sunt hæc, & in Liguria copiosissimè pariunt, vt Genuæ, ac Sauonæ Hesperidum hortos videre licuerit, in quib. hæ arbores topiario opere formis variis visebātur. Iam & Ferrariæ plātari cœpere. Ex his folia, fructū, & semina seorsum habeto, quæ plurimùm ægris cōferunt: quin & eius succū seruare opportunū erit: semina puerorum vermes interficere cōstat. Ad Hispanis citra limones dicūtur, & nos citri genus limonē appellamus, quod succo potissimùm abūdat, & valde acerbo. Arātiū verū orāges à Gallis, & naranzas ab Hispanis, à Polonis poma rācze vocatur. SE. In calce fructuū sumus. Id verò à te impetrari velim, vt cōtradictionem à principe remoueas. BR. A quo principe: illustris. Alpspōso duce nostro? SE. Quon, sed à medicorum principe. BR. Quem appellas tu principem medicorū? Ego Hippocratem. SE. Ego autem Auicennam. BR. A. Ne Auicennam principem medicorum, sed

medicum, & principem dicas. SE. Ergo medicorum principem. BR. Vt arbitror dialectica cares, quippe à diuisis ad cõiuncta cõsequentia nõ valet: vt, est bonus & citharœdus, ergo bonus citharœdus. æquè nõ valet, est princeps & medicus, ergo medicorum princeps. Sed his sophistarũ, & puerorũ deliramentis omissis tuã illam contradictionẽ edisseras. SE. En in secundo libro canonum citri semẽ calidum esse fatetur: in libro aũt de virib. cordis, frigidum vsq; ad tertiũ ordinem facit. Fuere qui contradictionẽ falsò remouerent, vt in secundo libro de citro, in libro de virib. cordis, de arãtio loqueretur. Constat autẽ eiusdem ferè naturæ, & gustus arantii semina, cum citri seminib. esse. BR. Optarem hac in re alterum Oedipum inuenisses, qui me hoc fasce leuaret. Cùm aũt tu à me petieris, cui plurima debeo, nõ possũ pro virib. tibi non satisfacere. Fuere qui ita soluerent, vt secundo libro de cortice circa semen, in libro de viribus cordis, de carne à cortice cõtenta loqueretur. Quam sententiam excellentiss. etiã Manardus sequitur. Mihi autẽ semper mos fuit, quoties cõtradictiones adeò manifestas in authorib. video, multos libros consulere, & præsertim antiquissimos. Non enim credere possum, virum aliquem probũ, in re tam nota adeò

stipidè

stupidè hallucinari. Quamobrē omnes impressos Auicēnæ codices variis in locis legi ita dicentes, & sibi ipsis hac in re oppositos. Imò idē in plurimis manu scriptis etiā legebatur. Deniq; cōtigit, me fortè fortuna domi Pinamōtis Bonacolli cōpatris charissimi, in antiquū Auicēnā incidere, in quo caput illud de virib. cordis aliter legebatur, q̄ in vulgatis codicib. eadēq; penitus hic legebātur, quæ in secūdo libro scripta erāt: ideo non est opus in reb. tā fatuis, & crassis summos viros errasse, aut sibi ipsis cōtradicere putare. En quod mihi elapsis annis euenit: Quidā Scolasticus meus nostras interpretationes in Porphyrii quinq; voces imprimi curauit: accidit aūt cū impressoris, tū praui exēplaris vitio plura videri errata, quā verba, vt deinceps cogar puerilia deliramenta corrigere, & id facere quod nunquā cogitaueramus, nugas nostras impressorib. dare, vt errores illius impresiōis pinguissimi deprehendātur, vt pessimis, ac cōspurcatis linguis ansam maledicēdi auferamus: quāquā institutum sit nobis à cunis vsq; maledicos despicere, & si qui nos læserint, vindictam Deo cōmittere. Nūc ad alia vertamur. SE. Iā sol inclinare cœpit. HER. Imò inclinauit, & nox cœlo præcipitat. Cœnare opportunum erit, vt mox dormientes mēbra labore sol-

uamus. BRA. Agitè, fiat vt lubet.

DE RADICIBVS, QVARVM apud Ferrarienſes pharmacopolas vſus eſt.

SENEX. Iandudum illuceſcit, ſurgamus, ne ſomno inerti cœptum opus impediatur. BR. Et cur non ſurreximus prius? nunc ſola interula veſtiar, vt ſuauem hãc matutinam auram aptius capeſcã. Quĩ de ſeminib. fructibus, ac florib. expeditũ ſit, cui hodie incumbemus? SE. Rei incumbemus, quæ non placebit Herbario. nam radices ab imis terræ partibus auellere opus erit. HER. Prõptas vires habeo ad hunc laborem, & floridam iuuentam. BR. Cur ligna, & cortices nõ præceſſere? SE. Nihil impediebat eo ordine incedere, verũm ita ſcribere cœpi. BR. A prima igitur incipias, quam tua charta ſcripſiſti. SE. Pœoniæ radix primum limen occupabit. BR. Quum pæoniæ ſemina collegiſti, radices etiam in peram cõdere iuſſimus. SE. Recordor nunc. BR. Quatuor aut ſex numera. SEN. Radices aſparagi, petroſelini, fœniculi, apii, althææ. BRAS. De his omnibus in ſeminibus ſatis ſupérq; dictum eſt. SE. Ebuli, chelidoniæ. BRA. De ebulo in floribus, de chelidonia expreſsimus in herbis. SEN. Caryophyllatæ. BRA. In herbis etiam caryophyl

phyllatam ostendimus. SE. Nenufaris. BRA. In floribus nymphæam colligisti, & te Ferrariam remisimus, vbi huius herbæ radices præstant. SE. Rhabarbari & thapontici radices sequuntur. BR. Has radices statim à primo prandio edocuimus, & quomodo diuersæ essent, & quibus partibus petẽdę, & quomodo thaponticum, centaurium, & à nobis nunc vocatum rhaponticum differant. SEN. Quod in his scire opto, est rhabarbari dosis. BR. Mesue à duab. drachmis & semis infusione tribuit. SE. Manardus eum reprehendit, addens, cuidam Pannoni nobili ob hoc malũ obtigisse. BR. Id nõ fuit ratione rhabarbari, imò & quandoq; scrupulus obesse videtur. Nõ vererer in homine robusto anni parte cõmoda decẽ drachmas in infusione tribuere: imò frequenter tres drachmas in substãtia præter vllam noxam dedimus, & deinceps dabimus, quum opus erit, magno ægrorum commodo, qui ex hoc in natiuam sanitatem restituũtur. Imò hi maiorem dosim propinare possunt, qui vbi nascitur rhabarbaru, ortũ duxere, aut ei assueti sunt. Vidi ego Mauritanum, qui scãmonii semiunciam præter noxam comedit, quoniã ita à primis vnguiculis assuetus erat. Huius rei testis est Iacob. Colũna pharmacopola publicus, qui adhuc vitali aura fruitur,

ne

ne videar sine teste in re tam magna loqui. Adde & aliud, Scatizam quendam Illustrissimi Principis Alphonsi Ducis Ferrariæ equisonem, eo præsente, & reuerendo præsule Thoma Musto, & magnifico Augustino eius fratre, & magnificis Hieronymo Guarnerio, & Gilberto Cortilli, ac pluribus aliis, integrã aloes lotæ libram, præter noxã comedisse. Omnes hi testes superuiuũt. Medebar & ego cuidã rustico, qui sancti Georgii fratribus inseruiebat, Gallica scabie correpto, iussi quatuor drachmas pillularũ Alexãdri Tralliani præparari, quas in capite de morbo comitiali describit, inquiens nullas esse fortiores istis. Iusserã autem vt singulis diebus vnã vnius scrupuli pondere deglutiret: hic autẽ omnes vna vice vorauit, quæ equũ interficere debuissent, tamen nec semel soluere. Arbitror naturã, tã magnã quantitatem aggredi non ausam esse: aliis tamen diebus abvna sola vnius scrupuli mirè soluebatur. Religiosi omnes illius sacratissimi loci testes sunt, & simul excellentissimi, ac doctissimi iuuenes Frãciscus Brusantinus, Maurelius Sanctus, Ioannes Leo, & Ioannes Branciscus Rossius compater charissimus, qui tunc pro actu practico exercendo mecum versabãtur. Sed quid opus est exẽpla exemplis exaggerare? quum certè constet mirum non esse, si decẽ

rhab

rhabarbari drachmæ in infusione propinari
possint, præsertim in robustissimo viro rha
barbaro etiã assueto. Aliàs tamen Mesuen
alio modo intelligebã, à drachmis duabus
& semis, ad decẽ rhabarbari infusionẽ exhi- 5
beri, & nõ rhabarbarũ infusum: sed tũc erra
bã, quia triginta etiã, & quadraginta infusio
nis rhabarbari drachmæ propinãtur, nõ ta-
mẽ rhabarbari infusi. In alio autẽ de hoc vi
ro miror, quia Mesue rhabarbarũ purgare
scriptũ reliquit. At ille reprehendit, quoniã
antiqui à suo rhabarbaro vim purgatiuã de
munt. Verùm antiqui de nostro vocato rha
barbaro nusquam tractarunt, de quo Mesue
loquitur. Imò & hoc ipsum Manardus fate- 1
tur, aliud esse nostrũ rhabarbarum, & anti-
quorum. Soluere autem rhabarbarum adeò
certũ est, vt nullus, qui sumat, ambigere pos
sit. Id tamẽ cõprimendo facit, propterea sty
pticas aluos reddit. Sed hæc commodius, & 20
per rationes suo loco dissẽrẽtur. s. Dic prius
si nihil in intestinis contineretur, quomodo
rhabarbarũ cõprimẽdo educeret. BR. Tunc
nihil penitus educeret: sed hoc modo intelli
ge, rhabarbarum prius à propinquis parti- 25
bus attrahere, postea exprimere: & ita, si
quid propinquũ sit, attrahit, & quod in viis
est, simul cum attracta materia ad intestina
comprimendo eiicit. SR. Igitur & rhabarba-

rum

rum attrahet? BR. Quis ambigit? Cur dicitur bilē educere crassam, & pituitā, nisi quia hos humores attrahit? Nunc institutum nostrum prosequamur. SE. Zingiberis radices sequuntur. BR. In Arabia, & apud Troglodytas plurimùm nascitur zingiber. Alexādriā Aegypti affertur, & Alexādria Venetias. Putarunt multi radicē esse piperis, quos Dioscorides reprehendit. Est autem repentis herbæ radix in morem graminis. Folium arundinaceū habet. Quū emere volueris, vt melius teredines videre possis, ne zingiber bolo Armeno, aut rubra quadam terra delibutū emas: nam eo foramina tegunt, & ponderi addūt. Arabes recens zingiber saccharo condiunt ad stomachi frigiditates præcipuum. Alexandriā portant, & Venetias recto cursu. Tamen pharmacopolę (vt pleraq; alia) adulterant. Nam veteres radices per multos dies aqua macerāt, alii aqua calcis, vt tenellę euadant, postea cōdiunt, sed facilè deprehēdūtur, quoniā ex recēti zingibere conditū minus acre est, & gustu delectabile. Ex veteri autē mordicat, nec ita gustum satiat, & cùm adulteratum masticatur, in fine nonnihil veluti filamentum in ore relinquitur. A Lusitanis gengeure, à Gallis gingembre, à Germānis inguuer, à Cretensibus vulgò zizauro, à Polonis vulgò ymbier appellatur. SEN. Zingib

giberis qualitates edoceas. BR. Dissident inter se authores. Nam Auerrois v. Collectionum, in tertio ordine calidum esse dicit cũ stypticitate multa, & in primo humidũ. Auicenna autem calidum esse in fine tertii ordinis censet, & siccum in secundo. Gale. ordinẽ non exprimit, sed inquit calefacere, non tamẽ primo occursu. Hoc verò est, nõ quia calidũ non sit ordine tertio, sed quoniam est crassarum partiũ: docetq; Galenus humiditatem quandã habere. Idque deprehẽditur, quoniam carie conficitur: sed ob illã humidum non dicitur, imò corpori applicatũ exiccare deprehenditur: vnde in secundo erit exiccantiũ ordine, & non in primo, vt Auerrois testatus est. SE. Costi radix sequitur. BR. A nostris pharmacopolis radix quædã pro costo venditur, imò & ab omnibus per totã Italiã: quæ ita costum est, vt musca elephantus. Nam costus radix est candida, leuis, plurimo & eximio odore: quam verò ostendũt ipsi, nec cãdida, nec leuis, nec odorata est. In Arabia nascitur. Non multũ difficile est Alexandriam vehi, si illuc mittantur qui nouerint: sed qui mittuntur, ignari sunt alienis dictis credentes. Miror nõ haberi saltẽ Indicum per Hispanorum nauigationes. Est aũt nigrum, speciosum, leue, vt ferula: sed quod magis mirum est, quum singulis annis Ve-

neti

neti in Syriam nauigent, Syriacũ nõ haberi, hoc est ponderosum, colore buxi, odore sensum tentans. Spero Illustrissimi Alphõsi Ducis Ferrariæ opera breui verũ costum assecuturum. Sola radix in re medica probatur, cęteræ partes à nullo authore expetuntur. SE. Quibus nominibus ab aliis gentibus nũcupatur costus? BR. A communi nomine nulli dissentiunt. SE. Cuius est ergo qualitatis? BR. Auicenna inquit esse calidum in tertio, siccũ in secundo. Auerrois calidũ, & siccũ in secundo. Apud Galenũ verò VII. de simpliciũ medicamẽtorũ facultatibus, colligitur esse in tertio ordine, & etiã intenso calido, quoniã habet plurimã acrẽ qualitatem, adeò vt exulceret. Non it aũt inficias, aliquid habere humiditatis flatuosæ, at humano corpori applicatum id exiccat, velut ea, quæ in secũdo ordine existũt. SE. Valerianæ radix offertur. BR. Si phu Dioscoridis cum vocata a nobis Valeriana conferamus, (loquor autẽ de ea valeriana, quæ in Italia nascitur) eadẽ indicia habere certũ erit, vno solùm dempto, quia nostra valeriana multò minor est, quã à Dioscoride suũ phu describatur. dicit etiã caulem habere cubitalẽ, & aliquando maiorem, tenerum, cui læuor sit, & color in pura albicans, eundemque geniculatũ, & in medio cõcauum, flores figura ad narcissum

acc

accedentes, maiores tantùm, tenerioreśque, colore in albido per mediũ purpureo. Radix illi est in superiore sui parte minimi digiti crassitudine, habetq́; adnascẽtes illi exiguas radices alias, quæ ex transuerso feruntur. odorati rotundi iunci, aut nigri veratri modo sibi ipsis implicitas, colore subrufo, & nardi odore, cũ virosa grauitate aliqua odoratas. Omnia hæc indicia in nostra valeriana sunt, magnitudine dẽpta: quoniã scimus apud alias nationes eandem valerianam'nõ sumi. Quippe Germanorum valeriana phu Dioscо. esse nõ põt, sed apud ipsos herba est thriackskraut dicta, quasi theriacaria, quæ nostræ valerianæ simillima est. Hanc pro Dioscoridis phũ sumere oportet, non eam, quæ ab ipsis baldrion appellatur. Quippe verum phu folia oleri atro, aut cerui ocello, simillima habet, vt nostra valeriana, & thriackskraut Germanorum: quanquam & nonnulli apud nos alia herba pro valeriana vtãtur, quàm communis nostra sit. Eam in his montibus collige, quanuis à Dioscoride in Ponto nascidicatur. Verùm pro theriacæ cõpositione Illustrissimus Alphonsus Ferrarię Dux in Pontum mittere spopondit, vt phu Ponti afferatur. Galli eodem modo, vt nos, vocant valeriane. Poloni kozlek valerianã nuncupant. S I N. De valerianæ qualitatibus

differas. BR. Recentiores illam in tertio ordine calidam & ſiccam eſſe arbitrantur. Ex Galeno autem id colligitur, quòd eſt nardo viribus ſimilis. Nardus verò in primo ordine calefacit, in ſecũdo exiccat iam cõpleto: vnde & valeriana in primo ordine calida erit, & in ſecundo ſicca. Verùm cùm idẽ Galenus ſtatim de nardo Gallica agens dicat, eſſe imbecillioré nardo Indica, & Syriaca, præterquã ad prouocãdam vrinam: & ratione reddit, quoniã illis calidior eſt, propterea in ſecũdo ordine calida erit, & nõ in primo. Imò arbitror eſſe in ſecundo cõpleto: nempe idem Galenus dicit phu radicẽ habere nardo ſimilem viribus, ſed tamen ad pleraq; infirmior. poſtea ſequitur: Vrinas mouet plus quàm aut Indica, aut Syriaca nardus perinde vt Gallica: igitur & phu caliditatẽ habebit Celticæ nardi, quæ eſt ſecũdi ordinis cõpleti caliditas: aliter vrinã vehemẽtius non prouocaret, quàm nardus Indica, vel Syriaca. Sola radice contentus ſis. SE. Cur Leonicenus, qui de hac diſſeruit, id non cognouit? BR. Quoniã nõ omnia poſſumus oẽs, neque eius tẽpore phu copia Ferrariæ habebatur. Veneti ex Pataninis montibus illã habent. SE. Meu radices accedunt. BR. Itali pharmacopolæ radicem quandam albicantem pro Meo oſtẽdunt, quam ſi maſticaueris, quodã modo

modo pastinacæ gustum habet. Ex hoc autē Meum non esse deprehenditur: quippe Meū radices graciles habet, odoratas, lōgas, & gustum feruidum habentes. Quum in Hispania, & Macedonia nascatur, miror admodū nō haberi. Vt habeatur Illustrissimi Ducis nostri opera curabimus, qui ad iuuandas bonas artes adeò animū applicuit, vt nihil pro earū cōmodo, & amplitudine intentatū relinquat. Vnū est, Italiā iandiu verū Meū nō vidisse, breui autē videbit. SE. Quæ radix est ea, quam pro Meo sumebamus? BR. Pastinacæ odorē habet. Veneti ex Creta aduehunt, vt facilè cōiectari possim daucum Creticū esse, præsertim quū Venetiis integrā plantam viderim, quæ omnes dauci Cretensis notas habebat. SEN. Interim pro Meo, quare vtar? BR. Nulla. Nā Illustrissimus Princeps in Hispaniam scribi iussit, vt habeatur. rei particeps eris. Nunc radices quædam pro Meo ex Gargano monte Ferrariā aduehūt, & ex Nursia: an verò sint, cùm semina ieceri mus, quæ nunc recepimus, aperiemus. Galenus VII. de simplicium medicamentorū facultatibus, Mei radices tertio ordine calidas, & secundo siccas esse fatetur. A Polonis oleszniek, à Cretēsiū vulgo agre agnitho vocatur. SE. Igitur bruſci radices colligamus. BRA. Per bruſcum quid intelligis? SEN. Fru-

tex est grana quædã parua, rubraq; faciens. Magnus vsus est his, qui mingere nequeunt, & calculis infestantur. BR. Quid sit accepi. Ruscus dicere oportebat: Barbari vocabulũ corrupere, & bruscũ pro rusco dicũt. Vel nõ à rusco per corruptionẽ dicatur, sed à sapore quem habet: nos enim acerbum saporem vulgò bruscum appellamus, quo rusci grana insigniuntur, vel potius sapor ille à fructu ipsi nomẽ accepit. Agrestis etiã myrtus à Dioscoride nuncupatur. Aberrant, qui cubebas à nobis vocatas (de quibus suprà) agrestis myrti fructus esse putarunt. Qui præterea berberim ruscum esse arbitrãtur, adhuc magis errãt: quia inter colligenda semina Serapionis berberim apud Dioscoridẽ oxyacanthã esse docuimus. Ruscus verò, vel myrsine agria, aliud est: herba aut frutex notus, quo Venetiis, & pluribus aliis Italiæ locis, scopas ad verrẽdas domos parant, eodẽ nomine vulgò appellatur bruscо. Leonicenus Plinij taxat, qui de oxymyrsine loquẽs, eã à rusco distinctã fecit, lib. XXIII. tamẽ idẽ sunt, imò & eadem vires bruscо attribuit, quas oxymyrsinæ attribuerat. At Pli. eo loco Castoré adducit authorẽ quẽdam, qui idẽ esse apud Latinos ruscũ, quod apud Græcos oxymyrsine putauit. Noster igitur bruscus, est antiquorũ ruscus, & oxymyrsine, cuius nõ solũ radi

radices, sed & fructũ, & folia seruato, & aquã per resolutionẽ vi ignis exceptã habere studeas. SEN. Reperitúrne apud Arabes ruscus? BR. Serapio magno errore arborẽ ferẽtẽ cubebas esse apud Dioscoridem oxymyrsinen arbitratur, & recẽtes, vt Pãdectarius, & alii cum Serapione carpesium oxymyrsinen esse putant, vt suprà edocuimus: quoniã de oxymyrsine nunquam Galenus, & Dioscorides nunquam de cubebis tractauit. Idem igitur hæc duo esse fatentur. Sed errorẽ suprà in cubebis ostendimus. Cubebe enim oxymyrsine esse non põt, si ambarũ arbuscularũ formam, & fructum cõsideres. Carpesium verò (si Galeno credamus, vt dignũ est, in primo de antidotis libro) est tenues festucæ ramusculi cinamomi similes, quæ sunt similes secũdum genus vocato phu, & eius gustũ habet: vt hinc Auicẽnæ interpretis error deprehendi possit, qui quũ interpretari debuisset vires phu habere, rubeæ interpretatus est. Quippe hic error Auicẽnę attribuẽdus non est, sed pessimo interpreti. Nam id vocabulum, quod ibi Auicenna scribit, phu sua lingua, & nõ rubeam significat. Ad carpesium aũt reuertẽtes, Quintus antiquus medicus, quem Galenus magnifacit, pro cinamomo carpesium sumebat, vtpote quod ab optima cassia viribus nõ dissideat. Inuenit autẽ Ga-

Ienus magnam carpesii copiã in Sida Pamphyliæ, ideo eo loco carpesii vilitas est: propterea laudant exinde colligi, & seruari. Cuius duas species facit à locis denominatas, alterã Laerciũ, alterã Ponticum: hęcq; melior putatur, quæ ódoré, & gustum aromatis habet. Aliter carpesium ab antiquis inexplicatũ est. Tu cætera prosequaris. SE. Quibus nominibus apud varias gẽtes insignitur ruscus? BR. A Cretensiũ vulgo exacãtha, vel xangathea vocatur. Recentes illã calidã, & siccam ordine secũdo fatentur: alii tẽperati caloris esse voluerũt: nos verò calidum cum primis authoribus potius esse iudicamus. SE. Cyclaminis radix occurrit. BRA. De hac in herbis expeditum est. Verùm temperare non possum, quin Auicẽnæ erroré ostẽdã. Nam vbi de Artamita loquitur, quæ cyclaminus est, & ipsi Arabes buthormatiem vocant, quum primam speciẽ cyclamini Dioscoridis perperam etiã descripsisset, inquiens sibi & suo tempore ignotam, mox notam speciem suo tempore docet, inquiens esse spinã spissam, breuem, quæ radicem habet, qua lana lauatur. Si verò Dioscoridem in capite Struthii consideremus, quod ante caput cyclamini scriptũ est, inquit eius radice lanas lauari: vt hinc arbitrari oporteat, Auicennam secundam quidem speciẽ cyclamini nõ posuisse, sed

sed de struthio tractare: cuius rei causam arbitramur Auicen. Dioſc. fuiſſe, qui à peſsimo librario ſcriptus ſtruthium cum cyclamino cõfuderit. Serapio autem, qui iuſtum codicem habuit, nullo errore ducitur in his ſpeciebus aſsignãdis. Tamen de Plinio mirandum magis eſt, viro Græca lingua, & Latina diſertiſsimo, qui (ſi Leoniceno credamus) cyclaminũ cum ariſtolochia cõfuderit, vt rerũ ſimilitudine deceptus videatur: nam vtrunq; à rotunditate nominatur. Cyclaminus rapũ terræ: ariſtolochia verò rotunda etiã dicitur. Vnde in hac rotunditate deceptus eſt: quia xxv. libro inquit, ariſtolochiæ radice ſimul cũ calce piſcatores in Cãpania vti, ad quam aduolent piſces, qui ſtatim exanimati fluitant. At Leonicenus Cãpaniæ piſcatores audiuit, ad hoc negotium peragendũ radice cyclamini vti. Propterea aut duas radices necandis piſcibus aptas aſsignare oportet, quod nuſquã apud authores aliquos reperitur, aut cyclaminũ ſpeciẽ ariſtolochiæ dicendum: quod ei ex hoc repugnat, quoniã ariſtolochia ita appellatur, quia prægnantibus ſuccurrat, Plinio teſte, & etiam puerperis, ſecũdum Dioſc. Cyclaminus verũ no ſolùm prægnãtibus aduerſatur, ſed fertur, ſi prægnãs hanc radicẽ trãſcẽderit, abortũ pati. Ego (vt ingenuè fatear)

Plinio potius, quàm Leoniceno cõsentirẽ, duas esse radices, quibus pisces capiantur, & aristolochiæ, & cyclamini. quod ab aliquo authore nobis incognito accipit Plinius. Nõ enim opus est quæq; falsa arbitrari, quę à summis viris dicãtur, etiam si ab aliis scripta nõ sint. Scimus etiã & ipsum tertiã quãdam cyclamini speciẽ cognomine chamæcisson vno tantùm folio, radice ramosa posuisse, qua pisces necãtur. Hanc Hermolaus ichthyoteram propriè vocari cẽsuit, quãuis hoc nomen primæ speciei cyclamini à Dioscoride tribuatur. sed hæc aliàs. Miror etiam de quodam excellentissimo viro, qui Mesuen reprehendere conetur dicentẽ, & eleuantur super radices frondes. & parũ infrà, sine eleuatione stipitis. hic Mesuen reprehẽdit ille, quia caulem fert quatuor digitorũ, sed nudum, Dioscor. & ipsa experientia testibus. Sed potius errat ipse, quia per caulem, scapũ intelligit, à quo folia emanare debẽt: verùm omnes à radice fluunt tenui filo: vnde scapum verè nõ habet, cui folia inhæreant: sed vnumquódq; ab radice suo proprio caule prouenit, tanquam pediculo, cui foliũ inhæreat. Addit etiam Mesue calidæ, & siccæ complexionis in tertio ordine esse. Ab eodem reprehenditur, Gale. & Auic. huic gradum non assignasse. Ac si longè errauerit Mesue,

Mesue, qui in hoc voluit iuuare mortales, in quo Gale. & Auic. non iuuere. Adde ex Gal. colligi posse VII. de simpl. medic. facult. Ad alia autem per transire opportunum erit, ne his futilibus occupati bonas horas in colligendis herbis omittamus. Germani erdtzvviel vocant, ac si cæpam terræ exprimere voluerint. SE. Aristolochiæ longæ & rotundæ radices sequuntur. BR. Tria aristolochiæ genera apud Dioscor. inueniuntur, rotunda, longa, & clematis, quæ sarmentosa dicitur, ob radices in modum sarmenti complicatas. Plinius verò quatuor species adnuenit. Lõga mas existimatur, rotũda fœmina. Ita appellatam volunt, quoniam puerperis opitulatur: quãuis Plinius grauidis, dicat. Duo genera notissima sunt, quibus in officinis vtimini. SE. Et hæc duo seruare statui. BRA. Longam Ferrariæ habebis, rotundam minimè, nisi aliquo statuto loco vireat. Id tamen laudo, vt ambas species in his montibus colligas: quoniam rotunda in vulneribus efficacior existet: magis enim exiccabit. Fructus autem & radices seruabis, quæ in rotunda ad rotundum, in longa ad longum vergunt. Si tertiam speciẽ habere placeat, quæ ramulos tenues habet, foliis modicè rotũdis, minori sedo similibus, plenos, habet hæc rutæ flores. radices longissimas,

tenues, crasso, & odorato cortice vestitas. Tibi locũ indicabo, quo mirũ in modũ crescit. SE. Satis mihi est has colligere, quibus in nostra vrbe medici vtuntur. Clematidem vnguetarii ad sua vngueta spissanda seruẽt. BR. Germani quidam rotundã aristolochiã holvvurtz appellant, aliis reclamantibus, quoniam holvvurtz herba sit in Germania, quæ potius rutæ folia habeat, quam hederæ, qualia Aristolochia rotunda habere debet: alii bibervvurtz, alii hinschkraut vocant: longã verò aristolochiã cum additione die lang, vt holvvurtz die lang proferũt. SE. Quid per holvvurtz intelligunt? BR. Idẽ ac si radicem concauam dixerint. SE. Hoc meo iudicio aristolochiæ non quadrat. Sed aliarum gentium nomenclaturas edocere ne pigeat. BR. Cretensium vulgo tulagu taucia, id est, leporis auris, à Polonis kokorzik vocat, alii kokornak dicũt, & ita aristolochiã rotundã nominant, longã verò poil laszkt. SE. Cuius est qualitatis? BR. Calidam in primo, & siccam in secundo esse contendunt. Auerrois quinto collectionum in secundo ordine calidas & siccas facit vtrasq; aristolochias. rotunda tamen vehementior est. At Gal. oblongam calefactione fortiorem esse dicit rotunda. Auicen. arbitratus est omnes eius species ad tertium caliditatis ordinem

& ad

& ad secũdũ siccitatis peruenire: nos in secũ
do ordine solum calidas esse censemus, ro-
tunda tamẽ in intensiori parte est. SE. Gly-
cyrrhyza sequitur. BR. Notissima radix gly
cyrrhiza, quæ pluribus locis Ferrariæ, sca-
tet: in Cappadocia tamen, & Ponto lauda-
tissima, sed in Italia copiosè viret. Radix tã
tum in vsu medico est. A Græcis glycyrrhi-
za, a Latinis dulcis radix appellatur. Theo-
phrasti tẽpore nondũ erat in vsu fortè hoc
nomen glycyrrhiza, propterea Scythicã ra-
dicẽ appellauit nono de plantarũ historia,
quoniam in Scythia plurimùm proueniat.
Duo ex ipsa seruada, radix, & succus ex ipsa
radice expressus. Colorem buxeum habet:
melior tamen est, qui in nigrũ vergit. Dete-
rior radix, quæ fragilis, quàm quæ lẽta. De
hac tã nota herba, ac radice nihil amplius.
SE. Si Ferrariæ glycyrrhizã habere potero,
súmne eius gratia ad alias partes profectu-
rus? BR. Nõ equidẽ, imò si tanta copia, quæ
satis sit, in nostra patria colligatur, quũ hu-
midior locus sit, hãc pro optima serua. Nul-
libi enim crassiores radices, aut dulciores
inueni, quàm quæ Ferrarienſi solo nascun-
tur. Tamẽ equinũ fimũ, aut bubulum mirè
oditi nos aũt hoc fimo solũ nostrũ stercora-
mus, ideo Ferrarię diu perdurare nõ potest.
Ab Hispanis alcanix, à Gallis reclisse, à Ger

manis

manis ſies holtz,ac ſi dixerint dulce lignũ,à Venetis legno dolce,à Cretẽſibus vulgò glicorizi,à Polonis lakritia, ab Hiſpanis regalitia vocatur.SE. Glycyrrhizæ qualitates ſcire percupio.BR. Auerrois primo Collectionum, illam in primo ordine humidam,in qualitatibus actiuis temperatam eſſe dicit. Galen.& ipſe in VI. de ſimpl .med.fac.illam in caliditatem temperatam eſſe dicit, quia dulcis:tamen quia parum adſtringit, ob id eſſe tepidæ caliditatis. Addítq; eſſe temperamento humano familiarem:tamen frigidior eſt humana natura,& humida, propterea ſitim ſedat. Ex his dici poteſt eſſe in primo ordine remiſſo calida, & humida in eodem primo intenſo.SE. Gentianæ radix ſequitur.BR. Hac radice noſtri chirurgici in ſtrictis & cauis vlceribus vtuntur,vt latiora euadant,nec cæcas cauernas parturiant:Premunt radicem ad vlceris quantitatẽ,& imponunt. Notiſsima herba. In montibus,& montium crepidinibus altis naſcitur. Illuc ergo accedamus,& iugum prealtum aſcendamus,vbi vides folia ferè plantagini ſimilia.SE. Mihi potius nuci iuglandi aſsimilari videntur.BR. Et illis quoq; cõferri poſſunt: imò Dioſc.ita confert. Radices legito.& ex radicibus hoc modo ſuccum parato: Radice tuſa,& diebus quinq; madefacta in aqua,

poſt

postea decocta, quousque radices supersint, deinde aqua refrigeratur, & linteolo percolata iterum coquitur ad crassamentũ mellis: demum in fictile conditur ad implenda vlcera. Radix lenta est, sine odore, aquosa, quæ in sese pressa constringitur: ideo apta ad stricta vlcera amplianda. Huius herbæ inuẽtor fuit Gentius Illyriorum rex, qui in bello primus eius vires demõstrauit. Calidam & siccã esse in tertio ordine omnes ferè censent: quãuis Auic. in secũdo tantùm exiccare prodiderit. Amarissima autẽ est, Galeste. A Germanis entzian appellatur, à Cretensibus vulgo gendiegui, à Polonis goriczka. SE. Radix irios occurrit. BR. Quum de iride (ita enim dici debet iris, non irios) sermo fit, cæteris semper Illyrica præfertur, & ea, quæ mediterranea parte nascitur, & maximè quæ septẽtrionalibus exposita est. Decipiuntur pharmacopolæ plures, qui Ferrariæ gladiolum pro iride accipiunt, quem corrupto vocabulo, giaciolo, quasi gladiolum nominant. Vnde iris Illyrica non est vna species iridis ab aliis distincta: sed ob perfectionẽ regionis, in qua nascitur, integrioribus viribus, propterea hoc nomẽ iris Illyrica sortita est, & præsertim quia ibi copiosissimè viret, & passim reperitur. Ostendunt verò Ferrariæ floré quẽdã pulchrum,

&

& odoratũ ferè odore præmaturi pruni, aut perſici, quod nucẽ vulgò dicimus, & variis coloribus pictum, quem irim Illyricam vocant: ſed irim non eſſe ex hoc liquet: quoniã Dioſc. irim dicit gladioli folia habere, maiora dũtaxat, latioráq; atq; pinguiora. Verùm quam ipſi irim Illyricã appellant, minora folia, ſtrictiora, & minus pinguia gladiolo habet. Nolo vt in his mõtibus occuperis. Singulis diebus Veneti in Illyrium nauigant, & ego fortaſsis hoc anno cũ Illuſtriſſimo Alphonſo illuc appellã. Illinc iris aſportabitur, quæ verè Illyrica erit. Ex loco enim, in quo perfectiſsima, & copioſiſsima naſcitur, nomẽ ſortita eſt. Iris verò à multis coloribus nũcupatur, qui vel in tota ſpecie, vel in vno flore ſunt. Quũ verò annis elapſis cũ Illuſtriſſimo Alphõſo duce noſtro in Illyrio eſſem, irim plures colores habentem quæſiui, & inueni. Erãt quidẽ in diuerſis individuis varii, in aliquibus candidi in aliis pallidi, in aliis lutei, in diuerſis purpurei, vt plurimùm verò cærulei viſebãtur. Erat autẽ vnus, & idẽ flos variis coloribus inſignitus: vt inde arbitratus ſim, irim dici non ob diuerſitatẽ colorũ in ſpecie, ſed in individuo. Tamẽ ſpecies nõ ex floribus, ſed ex radice diſtinguũtur. Alia enim colorẽ rufum, alia candicantẽ habet. Libyca eſt hæc, prima Illyrica.

lyrica. At colorũ diuersitas nõ est in summi tate floris, sed in infima parte, vt in his videtur, quæ nũc Ferrariæ virent. Sunt enim alii flores, qui species distinctas per colores habent, vt eámet ratione irides nũcupari opor teret. In Illyrio duæ species nascuntur: rhaphanitis, dicta ob similitudinem, quam cũ raphanite habet, & melior est: & rizotomos, quæ subrufa visitur, & minus bona. Facillimũ est ex Illyrio huc afferri, & sine vlla ferè expensa. SE. Egomet illuc accedam. Mesue etiam irim adpellari dicit nõ ex varietate colorũ in variis indiuiduis, sed in vno tantùm purpureo, in quo magis & minus in eodem folio visitur. BR. In iride finẽ fecissem, nisi cuiusdam excellentissimi viri locus occurrisset, in quo Mesuen reprehẽdit, qui inquit melius tempus collectionis iridis esse ver. Ille reprehendit, quoniam Dioscorides docet legendas radices quum incipit foliorũ defluuium herbis. hoc non est in iride, sed est generale præceptum Dioscoridis in præfatione sui libri de radicibus omnibus. Tamẽ Mesue defendi potest, vt de floribus loquatur, quos iubet colligi antequam defluãt. Adde in radicibus euellendis Dioscoridis regulam intelligendam esse quoties illarum herbarũ, quarũ radices sunt, folia autumno defluũt: verùm iridis folia continuè virent, & nunquam

quam decidunt. A Polonis fiolkoui korzon, ab Hiſpanis lirio, à Neapolitanis giglio celeſte vocatur. Auicen. calidum eſſe dicit, & ſiccum in fine tertii. An ita ſit conſiderato. Nos potius Meſuen ſequeremur, qui frigidũ & ſiccum in tertio ſimpliciter dicit: nos in media intelligimus parte. SE. Vtriuſq; cõſolidæ radix ſequitur. BR. Duo ſymphyti genera apud authores inueniũtur: Petręum, & quod Romani ſolidaginẽ dicũt. Idem enim eſt ſymphyton dicere, & conſolidã: ac ſi dicatur, ſimul naſci faciẽs. Secũda ſpecies Aloetiã dicitur, Ferrariæ notiſsima, quo loco abundat etiã plurima. Noſtrũ vulgus lugonego appellat, quia ex Lucania fortaſsis aſportatũ, vel ob ſimilitudinẽ, quam radices habent cũ lucanicæ fruſtis. Nos enim lucanicã appellamus farcimẽ quoddã ex ſuilla carne minutim pinſa, ſale, ac pipere, in tenuius ſuis inteſtinũ infarcta. Romani ſolidaginẽ à cõſolidãdis carnibus appellãt. Primam verò ſymphyti ſpeciẽ nondũ agnouerunt. Nam hi decipiũtur, qui eã herbã eſſe putarunt, quã pharmacopolæ pro eupatorio accipiunt. Sed longè aberrãt, quoniã falſum eupatoriũ origani ramulos nõ habet, nec capillaméta thymi, nec guſtu dulce eſt, quẽad modũ ſymphytũ petræũ: nec iſtud eupatoriũ in ſaxis naſcit, vt petręũ dici mereatur, ſed

sed in foueis potius,& intervineta. Symphytum hoc petræum recentiores consolidam minorem appellant, quid verò sit ignorant: & ego adhuc nõ recordor me vidisse, quanquam radicẽ quãdã pro eo ostendãt,& minus symphytũ dicãt. Habent autẽ & præter has duas radices, alias quasdã, quib. pro cõsolidandis vtuntur hi agyrtæ. Vnam regalẽ consolidã vocãt, quæ à Germanis ritter spo rem dicitur, alterã mediã cõsolidã. Sed illas ipsis omittamus, quoniã viri sunt, absq; ratione experimẽta tentãtes. Symphytũ aliud apud nos vulgò luganigo dictũ maiorẽ cõsolidam vocãt, quanquã & in aliis Italiæ locis Ala, quasi Alo appelletur. Poloni cõsolidam koszthiual,& Hispani suoldam, ac consuoldam nuncupãt. In Ferrariensi agro copiosissimè emergit, ibi colligere nihil impedit: imò statutæ quędã vetulæ harum radicũ fasciculos gratia vendẽdi in forum portant, & mirus est apud nostras mulierculas in cõtusionib. præsertim intrinsecis, harum radicũ in melle coctarũ vsus, & extrinsecus emplastri modo apponunt. Tu autẽ radicẽ illam proiice, quum domi eris, quã pro minori cõsolida vẽdis, quæ ita cõsolida est, vt tu es elephas. Nã est radix lignosa, superuacua, quæ nullũ odorẽ habet, nec dulcis est, aut saliuam cit. quæ conditiones in minori

consolida, id est, symphyto petræo inuenire opus est. Nomen cõmune habent Germani, quo cõsolidam vocant, scilicet vvalvvurtz, nomen à crurib. deductum: quanuis hi, qui in inferiori Germania habitãt, & apud Saxones, à loco, in quo nascitur, & ab eius qualitatibus, schmer vvurtz appelletur. quod idẽ est, ac si dixerint, nigra radix, vnctuosa, & in aggerib. nascens: ab aliis bein vuel, ab aliis autem sch vvartz vvurtz nuncupatur. Galli verò cõsonde vocarũt. Vnũ hic animaduersione dignũ est, & si Dioscо. luteum florem, maiori symphyto faciat, tñ & album vidimus, & intẽsiori colore, quàm luteũ habere, quandoque animaduertimus, nec perpetuò caulẽ habet angulosum, vel leuẽ, sed modò hoc, modò illud habere cernes. SE. Repertúrne apud Auicennam? BR. Equidẽ reperitur, & id esse arbitror, quod ipse secundo libro succutum vocat, cõparatis succuti prietatibus ad illas symphyti. Tamen adeò confusus est, vt quid dicat, apertè deprehẽdi non possit, præsertim quũ eius interpres, vbi symphytum interpretari debebat, seruiua interpretatus sit. Calidã esse in ordine secũdo, atq; humidã arbitror, quanuis Auicẽna frigidã dicat. Gal. verò illud diuersarum partium, & cõtrariarum esse fatetur. SE. Serpentariæ radices occurrunt. BR. Cuius serpent

serpentariæ?SE. Maioris: quum enim absolutè serpentaria dicitur, maior intelligitur, cuius radices cõsueimus singulis annis pro officina colligere. BRA. Hoc anno minoris etiã radices seruato, quæ ad plura valent, & Mesue maioris ac minoris vires simul confundit, quippe earũ vires describit nulla prę fatione facta, ꝙ minoris, aut maioris sint, & adeò simul ambas miscet, vt qui nõ nouerit, maioris vires minori, & minoris maiori applicare necesse sit. Apud authores plures huius herbæ species inueniũtur, quã Dioscor. sub hoc nomine Dracũculus tractet, in maiorẽ, atq; minorẽ distinguẽs. Post duo dracunculi capita aliã herbã pingit Arõ vocatam, quauis & nomẽ Aron maiori dracuntio cõueniat: tamen quicquid sit, quum aro eædem vires sint, quæ dracunculo, satis erit duas dracunculi species seruare, quas Ferrariæ, & notissimas habemus. Dracũculus ab Arabibus luph, à nostris mulierib. qui maior est, absoluto vocabulo serpentaria nuncupatur, minor herba bissara; quoniã anguibus, quos vulgò bissas vocamus, placet: aut in locis nascatur, vbi angues versantur, vel quia dracunculos bissas dicimus. Maior in foueis frequentissima est, & minor etiã, tñ peculiariter sepes, & senticeta, ac loca vmbrosa amat. Ex ambabus specieb. priuatim

herbã,& radices ſerua, quas perforare opus eſt, inde fune ligatas in vmbra ſuſpẽdere,vt exiccẽtur. Semina etiã habere ſtudeas,& ex maiori ſuccũ ex herba, & radice:ex minori verò ex ſeminib. exprimito, quæ in modũ vuæ collectæ ſunt,vt inquit Dioſc.Ferrariæ copioſæ, & efficaciores hæ herbæ profluũt. Fuere tñ, qui à nobis vocatã ſerpentariam aron proprio nomine appellarẽt: quoniam & Dioſc.à Syris lupha nominari cenſeat,ob id Arabes, qui Syris propinqui ſunt, vocabulum parum cõtrahentes luph dicũt. Alii etiam biſtortã eſſe volunt, quam ſerpentariam dicimus.Sed longè decipiuntur, quoniam radicẽ biſtortã non habet ſerpẽtaria, ſed vt Dioſco.pingit in maiori dracunculo, ita reperitur in noſtra ſerpentaria,candida, rotunda,cortice tenui. Videtur tamẽ in aro Plin.à Dioſc.varius,quippe ipſe lib.XXIIII. cap.XVI.ari radicem nigrã pingit,at Dioſc. candidam,dracuntio ſimilem.SEN.Soluitne ſerpẽtarię radix?B.Soluit.S.Meſue à celeberrimo viro reprehenditur. nã Meſue ſoluere cenſet.Ille reprehendit, quoniã ab antiquis inter purgãtia non numeratur, quæ ipſi cathartica vocant.BRA.Gal.& Paulus ſoluere omnino innuunt,& Plinius eius folia ſale,& aceto ſoluere innuit:& Dioſc.inquit,minoris ſemina toſta exceptáque ficu ſicca,aut ſi

edatur,

edatur, aluum emolliet. Arabes autem, vel Arabum interpretes quum ſoluere dicunt, vocabula cõfundunt: imò & Aetius ita inquit primo libro: Dracunculi radix omnia viſcera expurgat. Denique experientia ipſa hanc radicem ſoluere oſtendit (nõ dico aũt catharticæ) & ideo in re tam vera nõ eſt cul pandus Meſue. Minus culpa dignus eſſet, ſi nõnihil noui edoceret, ab antiquis indictũ. Germani varia nomina habẽt, ſed biſtortæ applicata potius, quæ tamen ex dracuntio fiunt, vt drachen vvurtz, alii notter vvurtz, aron tamẽ magis peculiari nomine, & pfaffenpint nominãt. SE. Ad ſerpẽtariæ qualitates accedamus. BR. Te de maiore verba facere arbitramur. Gal. VI. de ſimp. medic. facul. inquit dracũtium eſſe calidius aro: Arũ verò iudicauit calidũ, & ſiccum ordine primo, & ideo dracuntium in ſecundo ordine calidũ erit. quod & Meſue ex Gal. colligiſſe fatetur: vt fateri cogamur maius in ſecũdo ordine calidum & ſiccum eſſe, minus in primo. SE. Enulæ radices ſequuntur. B R. Inulæ potius dicito. Helenium à Græcis & Dioſc. appellatur, quoniam ex Helenæ lacrymis in Helena inſula genita ſit, vt Homerus teſtatur: cuius radicem ſi quis comederit, omnium dolorum obliuiſcitur. SE. Hanc radicem ſexcenties comedi, at hoc percipere

nunquam datum est. Br. Poetica illa sunt: à nostris mulieribus expetitur, & in quotidiano ferè vsu hyeme habetur, pro cõficiendis pastillis, quos Aiolos, quasi Inulos ab Inula vocãt. Radix est & herba apud Ferrarienses notissima, & frequentissima. In his montib. quæras, locis opacis, & fiticulosis, vbi efficacior existit. Radices in assulas diuidere, & siccare debes: imò & ipsa herba seruãda, passo cõditur, aut defruto, vt Dioscor. inquit, qui etiã bene odoratũ esse cẽset, quũ eius odor omnib. nõ placeat. quippe multi sunt, qui pastillos edere non possunt ex helenio factos: vt hinc cõiicere liceat, quũ antiqui rem odoratã & εὐώδη .i. bene odoratã dicũt, nõ esse intelligẽdos in exquisito odore, vt multi sentiunt, quia in Inulæ odore, quid bonum odorem esse censebãt, ostendunt. In odorib. enim vsu venit, vt aliquib. nonnulla bene oleant, quæ fœtent aliis. A Gallis lione, & Germanis alant, à Venetis Ieuola, à Polonis oman vocatur. sr. Helenii qualitates edoceto. B. Auerrois v. Collectionum calidã & siccã ordine secũdo esse dicit. Recentes calidã in secundo, humidã in primo. Auicẽna eandẽ cum Auerroe sentẽtiam habet. Tamen si Gal. cõsideremus vi. de simpli. medic. facult. in tertio ordine calida, & siccã esse videbitur, & etiam intenso: tum quia

quia partes ea affricata rubrificantur : tum quia illam nigro piperi, & albo comparat, quoniam non statim primo occursu excalfacit, vt ista: vt ferè hanc facere videatur cũ nigro pipere, & albo in caliditate cõcertare.

SR. Rubię tinctorum radices sequuntur. BR. Notissima est rubia, adeo vt etiam infantes Ferrariæ in promptu eam habeant: qua singulis annis nostræ mulieres in festo paschæ resurrectionis oua tingant. Duas habet species, sylvestrem, & satiuam. Satiua vtilis est, sylvestris nullius momenti. Abundat Ferrariæ sylvestris: satiua ob rusticorum ignauiã rara. nam magno quæstu per totam Aemyliam seminatur. Rauẽnæ ingens copia habetur. Erythrodanũ à Dioscoride & ab antiquioribus appellata est, à nobis rubia satiua: quãquam in Dioscoridis textu passiua legatur : sed cum Marcello satiuam corrigendum puto. Decepti sunt, qui herbam, quam vulgò pedochi de louo appellamus, sylvestrem rubiam esse existimarunt. Nam sylvestris rubia, ea potius est, quæ vulgò stellaria dicitur. Hos autẽ decepit, quia & ipsa inhæret. Imò & Dioscoridi aparinæ assimilat, quia inhæret, & rubia etiam inhæret. Tota Italia hanc optimè cognoscit, & pro tingendis lanis ea vtitur, & aptandis pellib. Tria seruare oportet, semina, radices, & folia, quæ priua-

tim aliquibus ægritudinib. conferunt: imò si foliorum simul & radicum succus seruetur, ab re nō erit. In sepibus nascitur & vmbrosis locis. Quemadmodū apud nos à colore radicis rubia: ita apud Græcos erythrodanum à rubore appellatur. Nam erythron ruborem dicūt. Curabo deinceps, vt Ferrariæ rusculo meo seminetur: tamen laudo vt altiorib. locis, atq; vmbrosis pro re medica colligas. A Germanis rœte nūcupatur. Galli nostrum nomen imitantur, à Cretensiū vulgò risari, à Venetis ruba, à Polonis czeruone korzenie, ab Hispanis rubeia, à Neapolitanis rugia vocatur. S E. Cuius est qualitatis? BR. Gale. ex his, quæ agit, calidam & siccam esse testatur, sed ordinem non exprimit. Ab Auicenna v. Collectionū, in secundo ordine calida, & in tertio sicca dicitur. SE. Peucedani radices sequuntur. BR. Si peucedanū, quē Ferrariēses, & Veneti pharmacopolę ostendunt, cōsideremus, idem cum antiquorum peucedano esse deprehendetur. Nam radix est crassa, liquore plena, qui niger est: & quāuis nostra graui odore careat, nec multū nigra sit, id ob senium accidisse arbitror: eo etiam graueolentiam amisit, & succum. SE. Nō videtur simplex aliqđ odoris grauitate præditum, ætate reddi iucundum. Adde q̄ syncera peucedani radix, & succus ad nos referri poss

ri possunt. BR. Video te cauillis, & non rei veritate delectari: quis vnquã dixit iucundum reddi in odore peucedanũ? Est ne idẽ dicere graueolentiam amittere, & iucundo odore insigniri? Profectò non his, qui homi num sermones intelligunt: imò nõ penitus abest odor grauis. Romæ vidimus, & euulsimus peucedanum grauiter olentem, simul cum excellẽtissimo, & doctissimo Giliberto Germano, qui Romæ medicam artẽ feliciter exercet, potéstq; recens ad nos afferri, & facilè curare possum vt afferatur: tunc quidẽ grauiter olet, quæ graueolẽtia ætate remittit, vt in multis aliis, ætas odoris grauitatẽ remittit, vt in vocato ziberto videre licet. Verũ facilè est Genuã mittere Ligurię metropolim, inde singulis ferè dieb. naues in Sardiniã soluunt, vt curetur recẽs peucedanum haberi. In opacis montib. nascitur. Tria ex peucedano habere oportet, liquorẽ, succum; & radices: liquor fit sectis cultro radicib. tenellis: quod ex his fluit, liquor appellatur: postea expressis radicib. succus colligitur, qui liquore ineptior est: ex caulibus etiam succus fit adhuc ineptior, vt citò efflatis virib. ignauus reddatur. Adde ꝓpterea inter peucedani radices, vel etiam caules inhærentẽ lacrymã, in morẽ thuris inueniri. Hanc quoq; habere cõueniet, sed omnia

ex Sardinia petẽda, aut Samothacia. nã peculiaria sunt hęc,& propinquiora,& ad quę sit facilis aditus:quãuis Theophastus,& Pli. laudatissimum peucedanũ in Arcadia nasci voluerint. SE. Acori radix occurrit. BR. Quũ frequenter pharmacopolarũm radices perscrutatus sum,illud censere fuit opus: radicem eam,quam galangã appellatis,acorum esse.quod sępe ab excellentissimo Leonicено dictum memini:habet enim folia iridis, angustiora tantũ, nec radices adsimiles,implicatas tamẽ,neq; in rectum,altũue actas, gustu acres,odore non ingratas.Si eam radicem consideres, quę à nobis galãga dicitur, omnes has coditiones habere deprehendes. SE. Id me ambigere facit,acorũ non esse galangam,quoniam à Dioscо.scriptũ est,acori radicem esse subalbidam,quãuis Plin.nigram esse censuerit:verùm galãgæ radix est rufa ad fuscum inclinans. Adde acorũ esse amarũ,galanga verò amara nõ est. BR. Galanga, quæ antiqua non sit, colorem habet ὑπολευκὸν,id est,subalbidum,si rectè cõsideres:nescióq; vbi inueneris acorũ esse gustu amarum. Dioscorides inquit esse gustu acrem,& nulla fit amaritudinis mentio. A Gal.praeterea dicitur gustu acri, & non amaro :sed inquit,& modicè amaro. Si galangã gustabis,percipies cum acredine nonnihil ineſſe ama

amaroris, sed adeò vincit acredo, vt id pauxillum amari vix persentiatur. SE. Ea aũt radix, quam pro acoro vendimus, quid erit? BR. Dicísne illam, quę rubra est, vt coctus carmarus quum recès est videatur, cuius summa copia Ferrariæ habetur, in agro Sãmartina dicto? SEN. Illam inquam. BR. Quid esset, diu consideraui, & quãdoq; animus inclinabat iridis speciẽ esse: postea quo nomine appellatur inquirens in xiridem inclinabã, quam aliqui irim sylueſtrem dicunt. habet enim iridis folia, verùm latiora, & in cacumine cuspidata, caule intra folia cubitali ad modum crassò, triquetras valuulas ferente, in quibus flores purpurei emicãt medio rubentes. Semẽ in folliculis fabarũ modo conditur, rotundũ, rubrũ, acre. Radix prædensa geniculis, rubicũda, longa. Nostrã vocatam acori radicem alias arbitrabar, nunc anceps sum. alii iudicẽt: quippe acorus noster floré luteũ habet, sed xiris purpureũ. Tamẽ quicquid sit, gladioli speciẽ nostrum acorũ arbitror: quam verò galangã vos putatis, verus Dioscoridis acorus est. SE. Ostẽde igitur mihi Serapionis galangã. BR. Quid sit incertũ est, nec à Dioscori. aut altero antiquo Græco pertractatur. Soli Arabes suam galãgam pingunt. Pro acoro Venetias mittes, vbi vocatam galangam loco eius emere studeas,

quæ

quæ verus acorus est, qui calore, & siccitate viget: noster autem vocatus acorus frigiditate, & siccitate insignitur, & insipidum quédam saporem habet. SEN. Pro galanga quid emam? BR. Nihil, quia galangã ad hoc vsq; tempus ignoro. Et illi aberrant, qui radicẽ, calamum aromaticum apud nos dictã, verã galangã iudicant. Nam hic communis odoratus calamus rufus est, & frequens geniculis, & qui confractus in assulas multas dissiliat, fistulis plenis araneo, subalbidus, in cõmanducando glutinosus, adstringens linguam, gustu subacri. Hæc omnia in nostro aromatico calamo ad vnguem inueniuntur: & præsertim de araneolo illo, qui in vocata à nobis galanga esse non potest. Qui verò galangam à nobis dictam calamum aromaticum arbitrãtur, ex eo id volunt, quòd præcipua bonitas calami, est esse rufum, geniculis frequentibus, ac si calamus aromaticus quem habemus, rufus non sit, & geniculis careat. SE. Quid ergo putas calamum aromaticum, quem habemus? BR. Verum calamum odoratũ arbitror, ex India per rubrum mare, id est, sinũ Arabicum, postea terrestri itinere per camelorum garauanas (vt eorum more loquar) Alexãdriam Aegypti magnũ emporium, denique Venetias conuehunt. Acorus verò in Colchide nascitur: ideo Veneti

neti quandoque ex nauigatione in Propontidem, Helleſpontum, Euxinum mare galangam aduehunt, quod acorum eſſe iter teſtimoniũ eſſe pōt, tamen facilius ex Galatia hābetur, in qua etiam exuberat. SE. Venetiis ergo calamũ aromaticũ, & galangã, id eſt, verum acorum quæram, veram aũt galangã minimè. BR. Ita fiet. Ego enim veram galangam ab Arabibus tantũ deſcriptam inueni. Scribit enim Serapio eſſe venã in groſſitudine caſiæ ligneæ, & cortex eius eſt rubeus, & interius eius eſt puluerulentum. Pandecta rius apud Dioſcoridem inueniſſe putauit, quum tamen abſit. Germani acorũ ſchvvertem, galangam verò gel lilgen appellant. At Galli galangam galingal potius nuncupare voluerunt, à Polonis acorus myeczik, & galanga gãgal, & calamus aromaticus tatarskieziele nuncupatur, ab Hiſpanis verò acorus ſpatagna, & à Neapolitanis ſpatella dici tur, at de vulgari acoro potius loquũtur. SE. Incertum videtur quid Dioſcorides deſcribat, in aromatico calamo, an radicẽ ſcilicet, an calamũ. BR. De hac re quid ambigis? Nomen hoc calamus, de qua re ſermo fiat, oſtẽdit, nempe de calamo. SE. Mihi potius radix videtur, quàm calamus is, qui paſsim vẽditur. B. Decimus igitur annus, quòd Venetias vetus calamus aromaticus affertur, qui calamus

mus est,& non radix at communis aromati cus calamus,qui passim venditur, radix est, & nõ calamus. Id verò,de quo in præsentia rũ loquor,calamus est,non radix,qui & folia habet circumcirca in aliquibus calamis, quæ nostrorũ calamorũ foliis assimilantur: & nisi putassem galangã esse acorum, nõ potuissem non arbitrari, vulgarem calamum aromaticũ,qui passim venditur,esse acorũ. Et fortè radix hæc, quæ calamus aromaticus vocatur,est odorati calami radix. Calamus verus odoratus in officina cãpanæ Venetiis vẽdebatur. Vbique aũt radix illa venditur,quæ calamus odoratus vocatur: vnde & calamus odoratus calamũ verũ significat, & radicem,quæ nũc venditur. SE. Quæ sunt acori,& calami aromatici qualitates? BRAS. Per acorũ,galangã intelligo. Auerrois quinto Collectionũ facit acorum calidum & siccum ordine tertio,& Serapio in eodem ordine galangã ponit. Arbitror Auicennæ contextũ deprauatum esse,& vbi galangam calidam & siccam legit ordine secundo,legendum sit,ordine tertio: Cùm Gale. primus omnium vj. de simplicium medicam. facultatibus, ordine tertio calidum & siccum esse acorum fateatur. Tamen arbitramur Auicennam de alia re loqui,quàm de hac radice,quæ galanga passim vocatur: quippe ab illa

illa facit distinctum acorum. Deceptusque ex, cùm Galeni verba adducit de acoro, qui bus inquit calidum & siccũ esse in principio secundiv sque ad mediũ. Galenus verò tertiũ ordinẽ nominat. At de aromatico calamo Galenus putat esse in secũdo ordine calefacientiũ, & exiccantiũ, verũ magis exiccare, vt dici possit in medio secundi ordinis calidus, & in fine secundi ordinis siccus. Auicenna verò calidum & siccum esse vsq; ad secundum censuit. Quæ verba innuere videntur solùm in principio secundi has qualitates habere. SE. Polypodiũ sequitur. BR. Ex simili tudine, quã cũ cirris polypi piscis habet, polypodiũ quasi paruus polypus appellatur. Hanc herbã Latini ex similitudine foliorũ cum filice, filiculam nuncuparunt: non vt in Theophrasto Theodorus, qui fidiculum interpretatus est. Recentes quoties ordinãt, dicere solent: Recipe polypodii quercini. Ex hoc ne putes in aliis arboribus nõ nasci, sed in quercu efficacius: quippe arboribus inhęret, & in muscosis locis nascitur. Circa montanas quercus polypodiũ quæras. SEN. Quid de his sentis, quibus nonnulli Mesuen reprehendunt? BR. Est id Auerroin Mesuæ comparare, quoniam Mesue polypodium in tertio ordine calidum facit, Auerrois autẽ caliditate ferè temperatum esse dicit, quod

eius

eius genus ostendit. In gustu mihi videtur ca liditatē præ se ferre, & esse secundi ordinis. Cùm verò secundū Galenū sit facultatis admodū deficcātis, erit in tertio ordine siccū: tamē etsi à Galeno regulæ horū ordinū inuenientorū tribuantur, nō sunt bilances adeò exactæ, quin si vir diligens nō sit, errare non possit. A Gallis polypode, ab Hispanis, vt nos polypodo, à Cretēsib⁹ vulgò polipodi, à Polonis paprotka, à Neapolitanis cerquegnuola nuncupatur. SB. Thapsiæ radix sequitur. BR. Radix, quā vos pro thapsia vēditis, thapsia esse ab effectu demōstratur: Nam in puluerē redacta soluit, & præsertim corticis puluis, vt Dioscorides inquit. Vnū tamē obstare videtur, quòd à Dioscori. & omnibus aliis intus candida, extrà nigra dicitur: quibus notis thapsia nostra caret. Nam extrà nigra non est, tamen in nigrum vergit, vel subnigrum: intus verò alba est. Vt putandū sit, quū ab authoribus herba aut radix nigra dicitur, non esse intelligendā perfectā nigredinem, modò in nigrū inclinet. Verùm Dioscorides solet parum nigrū subnigrum appellare: ideo arbitror illam, qua pro thapsia vtuntur pharmacopolæ Ferrariæ, verā thapsiam non esse: quia rufa est, nec gustum eius habet. Nos veram thapsiam in Apennini alpibus vidimus, vbi vulgò dicitur craffegnaua, quæ

quæ pars ab Illustrissimo Alphonso Duce Ferrariæ,& nostro inclyto patrono possidetur. Est enim similis ferulæ in specie,folia fœniculo similia habet, vmbellas in singulis germinibus in summo habẽs anetho simi les,in quibus luteus flos est. Semen modicè latũ habebat,ferulæ semini simile,veruntamen minus. Radix grãdis,intus candida, foris nigra,crassiori cortice vestita,& acris. Tamen & eã vidimus in officina Vincentii Celati compatris charissimi,Laurẽtii Augusti pharmacopolæ solertissimi opera. Thapsia dicitur,quoniã in Thapso insula vna ex Sporadibus potissimũ prouenit. Illã per Hispanorũ nauigationẽ ad Sporadas insulas habere poteris. Interim in his montibus collige, & tria ex ipsa serua:liquorẽ,qui per abscisionẽ corticis emanat:succum ex expressa radice,quę in picato fictili crasso in sole siccato: & ipsam radicẽ. Errãt,qui ex foliis succũ seruãt:quoniã,vt inquit Dioscori.nullius momẽti est. Cùm valeter calefaciat,secũdũ Galenũ,erit in tertio ordine calida,& in secũdo humida,quoniã larga humiditate plena est, vt inquit Galenus:licet hoc referri nõ possit ad ordinẽ humiditatis. Auerrois in primo solũ ordine humidã esse dicit, à Cretẽsibus vulgò agriartichas dicitur. SEN. Cyperus sequitur. BR. Quo loco herbæ nascantur, plu-

rimùm refert, imò & quo bruta, lapides, ęra, & homines: quippe qui in mõtibus naſcuntur, rudes ſunt, abſq; moribus non facilè patientes à qualibet leui cauſa. Ecõtrario, qui in amplis vrbibus ortũ ducũt, morigerati, vafri, & facilè patientes ſunt. Ita qui humido cœlo, albi & molles: nigri, qui ſicco, & præduri. In cypero idem euenire ſentimus: qui ſi in Orientalibus partibus naſcatur, odoratior euadit, & efficacior. In hęc prorupi, quo nĩã Ferrariæ cyperi ingẽs copia habetur, in cõuallibus præſertim, tamẽ intenſo odore caret. Ob hoc verò cyperum eſſe nõ dubitamus, quia omnes cyperi notas habet, quas illi attribuunt authores: quippe illi porri folia inſunt, longiora tantùm, gracilioraq́ue, caulis cubitalis, & aliquãdo maior, angulo-ſus, in cuius ſummo cacumine minuta folia ſe proferũt, inter quæ ſemẽ eſt: radices oblongas oliuis ſimiles habet. & rotundas aliquando, nigraſq́;, & cũ amaritudine aliqua odoratas. Naſcitur cultis, & aquoſis locis. Si eã radicẽ, quã noſtri pharmacopolę pro cypero ſumunt, cõſiderabis, oẽs prædictas cõditiones illi ad vnguem quadrare percipies. Et quanuis amaritudo illa nõ perſentiatur, eſt ob nimiã locorũ humiditatẽ, tñ in ſubamarũ quodam modo inclinat. Cornelius Celſus lib. iij. ca. xxj. Iuncũ quadratũ, Plinio

rò

rò lib.xxj.ca.xviij.Iuncũ triangularẽ appellat,sed in processu simpliciter angularẽ iuncũ nũcupauit.Re vera in nostro solo vt plurimũ triãgularis est,qudrãgularis rarò,quã uis nonnunquã quadrangularẽ viderim, & Thomas Lucensis pharmacopola egregius in officina habuerit. Dioscorides propterea cautius,nec triangularẽ, nec quadrangularẽ sed angulosum appellauit. Cõsueuimus aũt res angulosas,in quocunq; numero sint anguli,quadrangulares vocare. Triãgularium iuncorum & odoratorum ingens copia in Ferrarienſi agro habetur locis aquosis,tam cultis quam non cultis.Verùm tria hæc nomina apud authores plerunque inueniũtur, cyperus,cypirus,& cyperis:Cyperus est iuncus,de quo nunc sermo factus est. Cypirus pro gladiolo in Theophrasto interpretatur Theodorus,quãuis cyperus,& non cypirus legatur.quod librariorum culpa factũ arbitror,qui i,in e,transmutarunt.Cyperis autẽ genitiuo cyperidis,& fœmini generis, prædicti angulosi iunci radix. In Ferrarienſi agro colligere nihil impediet:tamẽ in Cilicia,& Syria efficacior prouenit. At ab Alexãdria Aegypti,Cilicia & Syria non multũ distãt:ideo curãdũ,vt ex illis locis afferatur, imò recto cursu Veneti singulis annis in Syriã nauigãt.Radices solũ ab authoribus pro

bantur, quanuis nec caulē prætermitterem: interim Ferrariēsi cyperide vtaris. SE. In postrema parte capitis de cypero apud Dioscoridē habetur, in India alterā radicē nasci angulosi iunci, vel cyperi, quæ zingiberis similitudinē habet. nam commanducata amare scit, & luteum croci colorem reddit. Libēter hanc radicē noscerē. BR. Suspicatus sum, & adhuc à suspicione non dimoueor, radicem illam, quam vos curcumam appellatis, hāc esse, de qua Dioscorides in cypero. Nā similis zingiberi est, imò ipsam inter zingiberis radices Veneti pharmacopolę inueniūt: quę si mandatur, amaritudinem quandam, licet paruam, præ se fert, & croci colorem reddit. Vnū tantū deest, quòd hæc radix statim applicata nō depilat, sed in multis depilatoriis recentes ea vtuntur. Tamen video interrecentes oppugnantiam. nam Serapio curcumā chelidoniū esse putauit: imò ita esse certus sum scilicet quòd hoc vocabulum curcuma apud Serapionē idē sit, quod apud Dioscoridē chelidoniū. Vel potius fuit interpres Serapionis, qui vbi Serapio sua lingua kaurach dicit, interpres curcuma exponit. At kaurach descriptione considerata, id est, curcuma, secundum interpretem, idem est cum chelidonio Dioscoridis, vt tibi videre licebit. Errat aūt Pādectarius, qui summā curcumam

mam chelidoniũ esse putauit, & duplici er-
rore peccat: primò quia non magis chelido
nium minus, quã maius apud Serapionem
curcuma est. Præterea eam radicẽ, quã vos
pro curcuma venditis, curcumã esse arbitra
tur, quæ in zingibere inuenitur, constat non
esse chelidoniũ minus. Vnde non assero Sera
pionem errare, qui chelidonium curcumã
appellat: sed fateor eam radicem, quã Vene
tiis, & Ferrariæ curcumã dicunt. Serapionis
curcumam nõ esse. Nam ipsa potius est Indi
cus cyperus, si quid sit. Errat & Pãdectarius,
qui aperta fronte dicit Plinium his verbis
vti: Minor chelidonia est memith. At multi
plici errore deprehenditur: primò quia me
mith succus est, non herba. Præterea Plinius
loco à Pãdectario citato xxv. libro, ca. viij.
in medio ferè nihil huius memith meminit,
imò nec vsquã alio in loco. Verũ tamen est,
Serapionẽ chelidoniũ minus secũdũ aliquos
memithẽ appellare, ita eius interprete expo
nẽte. Nã caput de memithe distinctũ facit à
chelidonio minori, & apud ipsum idẽ ferè vi
detur apud istos memithi, quod apud Dio-
scoridẽ is succus, quẽ othonnã vocat: quan-
uis Serapionis memithe apud Dioscoridem
glaucium sit, & non othonna, de quo suo lo-
co differetur. Vnum est, Serapionẽ & ipsum
de Indo cypero loqui eodẽ modo quo Dio-

ſcor. Vnde aliam curcumã nõ inuenio apud Serapionẽ. Decepti verò ſunt in chelidonii radice, quoniam & ipſa crocea exiſtit. Vnde niſi cyperus Indus ea radix ſit, quam curcumam nuncupatis, nuſquam apud Serapionem: aut Dioſco. quid ſit inueni: quia Serapiõis curcuma chelidoniũ minus eſt. Ob id etiam chelidoniũ minus curcumã eſſe multi putarunt, quia depilat: ſed decepti. Certus enim ſis, quã nos curcumã dicimus, chelidonium nõ eſſe, vt eius figura, & proprietates oſtendunt: quanuis hoc vocabulũ curcuma apud Serapionis interpretem chelidonium ſignificet. Galli cyperum ſonchet vocant, Hiſpani raix de iunca, Luſitani auelada, ab aliis Hiſpanis iuncia dicitur. s. Cyperi qualitates edoceas. BR. Gal. ordinem nõ exprimit, ſed inquit calefacere, & exiccare abſq; mordicatione. Auerrois in ſecundo ordine calidũ & ſiccũ eſſe dicit. SE. Eſulæ radix ſuccedit. B. In hac herba tot ambiguitates ſunt, vt Arabes inter ſe diſidentes videantur, & bis de eadem re abſque ratione loquentes. Hæc ab excellentiſsimo Leoniceno in Epiſtola ad Menochiũ diffusè pertractata ſunt: nos conciſe expediemus, ne ea repetere videamur, quæ a tanto viro ſcripta ſunt. SEN. Audiui eſulæ radicem turbit eſſe: imò apud Dioſco. in capite pityuſe legi, quia Dioſco.

pity

pityusa apud Arabes, præsertim Serapionẽ, esula est, quæ radicẽ habet, quam appellant turbet, albam, crassam, & madidam succo. BR. Plura sunt quæ hoc loco ambiguitatem faciunt: esula in primis apud Arabes & Latinos diuersa, & deinde turbit. Si esulæ Serapionis, & pityusæ Dioscoridis picturæ considerentur, idem penitus esse deprehendetur: sed quam Mesue Alsebram vocat, & à recẽtibus esula interpretatur, non est Serapionis, aut Dioscoridis esula: quoniam ambo radicẽ candidam habere fatentur, sed Mesue suam alsebram rubrã radicẽ habere, vt casia, scribit. Auicen. in capite sebram, idem cum Mesue sentit, ad rubedinẽ tendere. Leoniceno autẽ videtur Auic. bis de eadẽ re loqui, semel in capite de sebram, & deinde in mezeheregi. Sed re vera duo diuersa sunt, quoniã Mesue duplex sebram, magnũ & paruũ describit: ita Auicen. de paruo in cap. de sebram, de magno in mezeheregi: arbitrórque sebram paruum apud Mesuen, & sebram absolutè apud Auicen. idem esse cum tithymalo paralios apud Dioscoridem, qui radices in summo rubentes habet, quales sebram insunt. Maior autem Mesue sebram, idem est cum Auicen. mezeheregi, & vtrunque idem est cũ tithymalo platyphyllos Dioscoridis, qui tusus in aqua pisces negat. Et ego quandoque suspicatus

sum hunc tithymalū id semen parere, quod nucem vomicam nuncupamus. At Auicen. non dicit pisces necare, sed potius inebriare. Quod verò suspicatur Leonicenus illud mezeheregi Dioſco. pityusam esse, ego non suspicor, quanuis multos nodos soluere oportuisset, quos aliis relinquere statuimus, ne in re hac tam incerta tempus cōteratur. Certus tamen sum Serapionem bis de pityusa Dioſc. tractasse. Primus locus est post septem tithymali Dioſco. species. nam ipse alteram addit, quam pthiam appellat. nomen corruptum est, legi debet pityusam: quippe eodem loco scribitur, quo à Dioſc. scilicet post tithymali species, & eadem effigie, atque eisdē proprietatibus. Secundus locus est, cùm de esula tractat, quam febram vocauit: tunc pityusæ Dioſ. meminit, quippe eadē cum ipso dicit, fortè ob lac statim post lacticinia pertractauit, deinde voluit iterū per se loqui. Verùm non arbitror hanc esse causam, quia sub alio nomine de ea tractat. Quamobrem Serapionē deceptū esse certus sum, nisi & ipse maiorē febrā, & minorem prosequatur. SE. Hæc nihil ad rē. Serapionem, & alios Arabes in hac re nihili facio: id tantùm noscere cupio, quid sit hæc radix, quam nūc esulam vocamus, id est, an apud antiquos reperiatur, quicquid Arabes de ipsa

de ipsa loquantur. BR. Radicem illam, qua vos pharmacopolę loco esulæ vtimini, ostẽdit mihi (sed tunc mentẽ nõ adhibebã) Genuæ quidam pharmacopola. hic eruit, & radices ostendit, quæ eandẽ omnino similitudinẽ habebant cũ nostra vocata esula: quippe in superficie subrubræ erãt, & folia stricta oblongáq; habebat. Circa maritima ortum ducebat: quamobrẽ vestrã esulã apud Mesuen minorem sebrã esse arbitror, apud Auicen. absolutè sebram, apud Dioscorem illam tithymali speciem, quæ paralios, quasi maritima, nuncupatur, eò quòd in locis maritimis, vt plurimùm nascatur. Apud Serapionẽ nostra esula est tertia tithymali species, quam ipse corrupto vocabulo peralios pro paralios, sua autem lingua minghat vocat: quam verò ipse sebrã nũcupauit, & eius interpres esula interpretatur, nõ est vestra esula, nec etiã tithymalus paralios, sed est Dioscor. pityusa, quam tamen post species tithymali iterũ tractat. Res ita confusa est apud hos Arabes, vt difficile sit omnia ad vnguẽ perscrutari: nempe Arabicã linguam callere opus esset, si quis vellet omnia hæc probè distinguere. Scio autẽ plures species herbarum lac ferentium me vidisse, quàm à Dioscoride pertractẽtur. Cùm verò de radice pityusæ dubitabas, quæ à Dioscoride turbet dici-

tur, nunquid verũ turbit sit: respõdeo excellentiss. Leonicenum eam particulã in Dioſc. ἢν καλέουσι τέρπιν. id est, quã appellant turpet, nõ esse à Dioſc. positam arbitrari: quia nomen barbarũ est, sed potius tãquam gloſsema fuisse additum ab aliquo, ita putante. Nã plures Græci id credidere, & inter alios Actuarius, qui cùm Arabũ medicinas numerat, inquit turbit à Barbaris vocitatum esse radicẽ plantæ, quæ à Græcis pityusa vocatur. fortè Actuarius per Barbaros, alios q̃ Serapionem intelligit. Nam cõstat Serapionis turbit, nõ esse pityusam Dioſco. vt mox ostendemus. Marcellus etiam cum Leonicẽo illam particulã adiunctã esse suspicatur. Hermolaus nihil meminit, nec id caput cõmentatur. Ego autẽ in omnibus Græcis exẽplaribus (quæ ad manus meas peruenere) eã particulã inueni: sed fortè ab vno exẽplari ducta, & trãscripta, in quo ita legebatur. Idq̃ vanũ est dictu, à Dioſc. scriptum non esse, quia nomen Barbarũ: ac si Dioſco. Barbara nomina prætereat. Cõstat tamen posteriores Græcos pityusæ radicẽ, Barbarorum turbit esse putasse. Quod si in Serapione intellexerint, aberrãt: si in aliquo altero, quem nõ viderim, fortè verum est. Tamen hic non est rei nodus: sed quid sit ea radix, quam vulgò Turbit appellamus, discernere

opor

oportet: postea nūquid turbit ab Arabibus
descriptū aliquo in loco à Dioſc. pertractetur. SE. Hoc eſt, quod peto. Nam de hac re
excellentiſs. Leonicenū diſſerētem legi, ſed
ambiguè, & timidè proponentē. Tu mihi in
hac places, q̄ ſimpliciter quid ſentis aperis.
BR. Nunc duæ radices Ferrariam cōportantur: altera ſubrubra, vel ſubnigra, aut cinericia: altera alba, quæ ex monte Gargano
Apuliæ feruntur, & maritimis potiſsimùm
locis. Radix illa ſubrubra quādoq; aliàs cinericia, qua vtimur, gūmoſa, eſt Meſue turbit: ideo potiſsimùm in officinis turbit Meſue habetis, qđ intus albū, extrà ſubrubrū,
aut ſubnigrū, aut cinericiū exiſtit. Vidi ego
plantā, quæ folia ferulæ nō habebat, vt illi
Meſue attribuit, ſed myrti, maiora tamen.
Ideo Meſue codicē corruptū eſſe arbitror,
& myrti, nō ferulæ legi debere. Eſt aūt apud
Dioſco. myrſinite, id eſt, ſecunda ſpecies tithymali, qui fœmina eſt: quoniā & ipſe folia myrti, maiora tamen, habet. Quāuis in
noſtro antiquo Meſue in margine loco ferulæ ſcriptū ſit, aliàs fœniculi. Quicquid tamē ſit, pro cōſtanti habeo, Meſue turbit ſecundā ſpeciem tithymali apud Dioſ. & Serapionē eſſe. Serapio autē de turbit alio modo pertractat, quippe inquit: Caricamō (legi debet canumaris, qa ita à Romanis appel

pellatur) est plãta, quæ nascitur in litoribus maris, in locis scilicet, quos mare cooperit quando crescit, quãdo verò est quietũ, non tangit ea: nõ enim nascitur intra aquã maris, nec est multùm lõgè ab ea, & nisi quãdo mare turbatur, & crescit nõ tãgit ea, & habet folia similia plãtæ, quæ dicitur arasatis. Codex corruptus est, legi debet isatidis, vt Dios. inquit, nisi quia sunt grossiora. Et dicunt quidam quòd flos eius mutat colorẽ ter in die, quia mane est albus, & in meridie declinat ad colorem purpureũ, in vesperis verò fit rubeus. Radix verò eius est odorifera, alba: quæ quando masticatur, calefacit linguã & reliqua. Tu modò Dios. in capite tripolii legas eadẽ cũ Serapione dicentem, nẽpe inquit: Tripolium nascitur in maritimis, vbi allidit vnda, iterũq; retro cõmeat, neq; in mari, neq; in sicco plane: folia isatis habet arctia, lõgioráq;, caulem palmo altũ, in mucronéq; diuidentem se. Huius in flore coloré tradũt mutari ter die, candidũ mane, purpureũ meridie, sanguineũ sole occidente aspici, radice alba, odorata, calidi gustus. Ex his vides, quod Serapio turbit appellat, Dios. tripolium nũcupasse. Videtur tamen Mesue in viribus cum Serapione, & tripolio Dios. conuenire: quod tamẽ vniuersim non est, sed in aliquibus. Propterea

contin

contingere puteſt, vt radix illa Meſue eaſdē vires habeat, quas Serapio ſuo turbit attribuit. Imò ſi ſecundā ſpeciem tithymali Dioſcor. legamus, quæ eſt Meſue turbit, ſtatim plures vires habere deprehendetur, quæ in idē ferè vergunt. Ideo non mirum ſi Meſue turbit plures vires habeat, quæ Serapionis turbit inſunt: Hoc tamē Serapionis turbit, quod eſt Dioſc. tripoliū, nec in vſu eſt, nec à noſtris pharmacopolis cognoſcitur. Ea verò radix alba, craſſa, quæ ex mōte Gargano ad nos affertur, eſt turbit Dioſco. id eſt, pityuſæ radix. Eſt enim alba, craſſa, & ſucco madida, & ex herba habente folia minuta exacuta ſimilia piceæ ſumitur. Multi verò putarūt eſſe turbit Serapionis, propter candorē. decepti tamē: quia turbit Serapionis odoratū eſt, ſed hæc radix eſt inodora, præter id, quòd herbę folia. Dioſ. pityuſam eſſe oſtendūt. SE. In ſumma collige, quicquid de turbit præcitatū conſtat. BR. Lubentiſsimè agā: Meſue turbit eſt ſecunda ſpecies tithymali apud Dioſ. & Serapionem: Auicennę & Serapionis turbit Dioſcor. tripolium eſt. Dioſc. turbit (niſi textus mendoſus, aut ſuperfluus ſit in capite pityuſæ) pityuſa eſt, de qua bis Serapio, & in vltima ſpecie tithymali poſt ſeptem Dioſc. & in capite de ſebram. Vnde vides quantum res oculatè nō-

ſca

ſcatur,& quomodo quęq; herba hoc modo facilè cognoſci poſsit. Nam vocabulũ turbit,ad hæc tria æquiuocũ eſt, ad Meſue ſcilicet,Dioſc.Serapionis,& Auicen.ſimul turbit.Denique quòd Pandectarius duo capita fecerit,vnum tripolii, aliud turbit, etiá ſecundũ Serapionem:& Simon Genuenſis an tripolium, trifoliũ eſſet, dubitauerit, & de errore Plinii in tripolio,& polio,& quomodo Plinii cauſa Theodorus errauerit,qui in Theophraſto,vbi dicit polium,tripoliũ vertit, plura dicta ſunt ab excellentiſsimo præceptore Nicolao Leoniceno:ideo opus non eſt,abſq; aliqua vtilitate,hæc iterũ repetere, quæ tu in illius viri Epiſtolis facilè intueri poteris. Quamobrẽ ad alia potius trãſire opportunum erit,ſi in primis te animaduertero, à Germanis plurimis eſulam vvolfsmilch appellari. quod vocabulũ lac lupi ſignificat:fortè qa ineptũ lac,aut exedit,vt animaliũ lupus voraciſsimus eſt, ſuſuka à Polonis vocatur,& calida,ac ſicca eſt ordine tertio.SE.Pyrethrõ ſequitur. BR.Herba apud nos in hortis frequẽtiſsima eſt,quã ruſtici drago appellant. Dracontea Latinè dici poteſt.Hãc grauiſsimi viri pyrethrum eſſe arbitrati ſunt:ſed ita decepti,vt rariſsimi grauiores errores,quippe & folio,& ſapore, & vſu differũt.A Romanis pyrethru herba

ſaliua

saliuaris appellatur, quoniã saliuã excitet. Et cùm multa sint naturæ calidæ, & attrahẽtis, magis etiã, quàm pyrethron, nihil tamẽ æquè bonũ reperitur ad saliuã excitandã, vt pyrethron: quã peculiarem proprietatẽ Latini cõsiderantes saliuarẽ herbã nuncupauerunt. Ob caliditatis feruorẽ à Græcis pyrethron dicitur. Hæc herba in Apénini alpibus frequẽs habetur, folia pastinacæ syluestris, vel fœniculi habet, vt authores referunt: sed mihi etiã apio cõparari posse videtur. Feruet quidẽ, quod ex his mõtibus affertur, & magis si aridũ, quàm viride: tamẽ quod ex Græcia, magis feruet, & crassiores sunt Græcæ radices nostris. A Gallis pie dalisandre, à Germanis pertron, à Cretẽsibus vulgò pilatro, ab Hispanis piletro nũcupatur. Caustică vim habet, inquit Gal. ppterea calidũ erit ordine quarto. Tamẽ recẽtes calidũ & siccũ in tertio iudicarũt. BR. Zedoaria occurrit. BR. Et nomẽ, & res ipsa Barbara esse ostẽdũt: nusquã enim apud Græcos zedoariã inueni, nec qd esset illa radix, quã zedoariam dicimus, quæ Alexandria Aegypti Venetias portatur. Scimus autẽ recẽtes, & Arabes in ipsa cõfusissimos esse. Nam Serapio de zurumbet tractãs zedoariã intelligit. Auic. autem primò de zedoaria eodẽ modo, quo Serapio de zurumbet scribit:

postea

postea aliud caput de zurũbet facit, tanquã de re à zedoaria distincta. Et Simon Genuẽ sis se vidisse fatetur. Et zurumbet radicẽ habet similẽ cypero, sed radix zedoariæ est similis aristolochię rotundæ. Tertiò Auicenna cap. de zeduar, à prędictis duobus distinctum facit. Simeon verò per zeduar, zeduariam exponit: tamen Auicẽ. veluti distinctã scribit, & Dioſc. in zeduar adducit. Nos locum inuenire nequiuimus. Imò Auicẽ. rem offuscat, propterea Auicennẽ Dioſ. nunquã vidisse arbitramur, præsertim in hoc loco, sed potius Paulum Aeginetam, quem adeò imitatur, vt nonnunquam integrum caput, & integra remedia sumat. Nonnulli verò etiam sunt, qui Auicen. zarnabum, & zeduariam idem esse putarunt. A quibus dissentimus: nam zarnabũ (si rectè coniector) id est, quod apud Paulũ vii. lib. & Aetiũ arnabo nuncupatur, quod in odoramentorũ censu est, cuius rei gratia vnguentis subinde inseritur ab vnguentariis, tertii calefacientium & arescentiũ ordinis, caſię, carpesióq; simile. Quamobrem in eius penuria Posidonius cinamomum in ipsius locum substituendũ esse censuit. Auic. & ipse suum zarnabum, quasi arnabũ inter odorata numerat, & pro cinamomo poni fatetur, quãuis Paulus cinamomum pro ipso poni fateatur. Ad rem

nostram

noſtram redeuntes, Serapio etiam aliud caput facit de zurũbet: ſed vnũ eſt, quod in his rebus errare facit, Arabicorũ nominũ inſcitia, & præſertim orthographię: quoniã vna dictio aſpiratè ſcribitur, altera nõ: quũ autem ea lingua careamus, rectè iudicare non poſſumus. Vnde Arabes meritò ægrè ferre poſſent Latinos ſuũ idioma omiſiſſe, quum tamen ſummi in ipſo ſcripſerint viri, qui ſi ita cõmodè, & fideliter interpretati eſſent, vt Græci authores, multa præcipua nobis oſtenderẽt, & in plutib. eos laudaremus, in quib. cõtẽnimus. Putare enim oportet zurũbet, de quo iſti diuerſis locis tractant, vario modo ſcribi, quũ res alia ſit. Nã zurũbet primo loco ſcriptũ à Serapiõe v. ca. CLXXII. ab eo diuerſum eſt, quod capite CCLXX. ſcriptum reperitur. Primũ enim radix eſt vocata zedoaria, vt eius interpres exponit, & etiã Auicẽnę interpres. Aliud verò res altera eſt, & nos ſuſpicamur eſſe arnabo Græcorũ. Nã Serapio eo cap. CCLXXI. de zurũbet tractans Gal. adducit, in tranſlatione Arabica ſecundum Tarich. Verũ nihil eſt apud Gal. quod huic zurumbet correſpondeat: puto illum Tarich deceptum eſſe, & voluiſſe adducere Paulum, non Gale. Nam Paulus in arnabo eadem præciſe dicit, quæ à Serapione adducuntur ſecundum Galenum in tranſlatione

Tarich, imò & ipse Serapio dicit Paulũ eadem cũ Gale. scripsisse, vt nec vna litera differãt. Propterea arbitror illum Tarich pro Paulo Gale. adduxisse, vel in Galeno suo addidisse hoc, quod à Paulo, non à Gale. scriptum reperitur. Quod autem idem sit præcise cũ arnabo Pauli zurumbet ducentesimi septuagesimi primi capitis Serapionis, manifestum est authorẽ authori comparãdo. Inquit enim Serapio: Zurũbet est ex speciebus odoriferis, & propter hoc admiscetur confectionib. aromaticis, & est calidũ, & siccũ prope tertium gradum, & est in virtute sua simile casiæ ligneę, & cubebis. Si modò Paulum in arnabo legeris, eadem ferè dicẽtem inuenies: Arnabo in odoramentorum censu est, cuius rei gratia vnguẽtis subinde inseritur ab vnguentariis, tertii calefaciẽtium, & arescentũ ordinis, casiæ, carpesióq; simile. Hinc vides zurũbet istud Serapionis idẽ esse cum arnabo Pauli, & Serapiõis zurũbet idẽ cum zarnabo Auicennæ, si Auicennam legas, & cõpares ipsum Serapioni, in authoritate Isaach, Ebem, Abrahã, & in authorite Mesεah, & Mesarugiæ, quod etiam à Serapione dicitur: & dixit Consodonius, si nõ habes cinamomum, pone pro eo zurũbet: à Paulo per oppositum refertur. Arbitror Serapionis interpretem in causa fuisse erro-

ris.

ris. Ita enim Paulus inquit: Quam ob rem in eius penuria Posidonius (non Cōsodonius, vt in Serapione legitur) cinamomū in ipsius locū cōstituendū esse censuit. nō autē dicit ꝙ arnabo pro cinamomo ponatur, sed ecōtrario. Vnúmq; animaduersione dignū est, Paulus arnabo carpesio comparat, & casiæ, Serapio casiæ ligneæ, & cubebis. Hinc elicere oportet casiam ligneam Serapionis esse Græcorum casiam, & Serapionis cubebas esse antiquorū carpesium. Tamen proprium caput facit Serapio de cubebis, quæ idem facit cum myrto sylueſtri Dioſc. Vnde errores arbitror ex interpretib. accidere, qui Latina nomina Arabicis accommodare nesciuerint: nā si per cubebas hic intelligat myrtum sylueſtrē, errat, quia carpesiū est. Si verò carpesium intellexit, cur deinde sylueſtrem myrtum cubebas nuncupauit? Nō possum nō addiscere Arabicam linguam, vt tot diſsidia in noſtra arte cōciliē. Quòd verò zedoaria, & zurūbet diuersa sint, illud testimonium esse potest, quia Mesue in descriptione electuarii de gēmis zeduariā primò sub vno pondere, postea zurūbet sub altero ponit: vt inde ad libellam deprehēdatur zedoariā, quæ zurumbet dicitur, & zurumbet diuersa esse. Nōnulli recētes radicē eā, quæ à noſtris pharmacopolis ben album appe-

latur, antiquorum zedoariã esse existimarunt qui summè errãt: nã zedoaria, vt Arabes referũt, radicẽ rotundã habet, ben albũ longam. Quid autẽ sit radix hæc apud antiquos, quam vos zedoariã nũcupatis, nondum mihi cõstat, sed breui inuẽturos speramus, & iã cõiecturas habemus. Galli zedoariam cretonart, Germani zvvitten, Poloni czikavvar appellant. Aben Mesuai apud Serapionem zedoariam in secũdo ordine calidam, & siccã facit: recentes verò calidam in tertio & siccam in secundo esse fatentur. S E. Eryngii radix sequitur. BRA. Nullus ferè est apud nos huius radicis in re medica vsus. Pharmacopolæ eas zuccharo cõdiunt, & ad virile membrum erigendum, & hyeme, vt ventriculus calescat, vtũtur. Notissima herba est, quæ in maritimis Illustrissimi Ducis nostri locis vbertim nascitur: quã uis Dioscorides in asperis, & campestrib. prodire cẽseat, nec Dioscorides alterius speciei meminit, quàm radicem extrà nigram, intus candidã habentis. Extat tamẽ & eryngium radicem extrà albam habens, quam omnes Italiæ pharmacopolæ zuccharo, vel melle cõdiunt. Vulgò rinzo dicitur, quasi eryngium, & conditum ex ipsis rinzata, quasi eryngiata. i. ex eryngio factum nuncupatur. Dioscorides vnam tantùm speciem nouisse videtur. Plinius libro

xxii.cap.vii.&viii.& albam radicem extrà habentem nouit, quam centum capita vocat. quod vocabulũ Hiſpanum eſt, vt inquit Dioſc. Sed ipſe abſolutè ſuo eryngio applicat, Plinius verò tantùm albo: imò & ſatiuam facit Plinius, & quę ſponte naſcatur in aſperis, & ſaxoſis, & in litorib. maris, in quo loco nos ſemper eam vidimus. Vnde cẽtum capita eryngium eſt, præſertim album: tamen id nomen in nigro Dioſco. ſcribit. s E. Loquũtúrne de erygio Arabes? BR. Loquuntur quidem, ſed confusè. Nam Serapio cap. LXXXIX. de ſecacul tractat, quod recentes aliqui eryngium eſſe putãt, quãuis ab aliis polygonatũ. i. fraxinella à nobis dicta exiſtimetur. Sed hæc aliàs. Poſtea cap. x CVI. de aſtarico (vt eius nominibus vtar) quod dicit eſſe centumcapita, & iringi. i. eryngium, tractat. quo in loco duo ſimul cõfundit Serapio. Vnũ eſt aſteraticum, alterũ eryngiũ: appellátq; aſteraticum cẽtumcapita. quod nuſquam ab antiquis factũ apparet. Corruptum verò nomen eſt apud Serapionẽ, quod ipſe legit aſtaricõ, aſteriſcum legi oportet. Nam ita à Dioſc. etiã nuncupatur. Et quod dicit Serapio ab aliquib. bionion dici, bubonium legere conuenit, ita Dioſco. appellante. Ibi Serapione cõſiderato certè deprehenditur aſtaricum ſuum, vel centumcapi-

ta esse asteraticum Dioscо. Postea de iringo eodem capite tractat, quod centumcapita album vocat. Ex te ipso cõsidera, quoniam simul eryngium, & asteraticũ miscet, fortè vitio interpretis hæc sequũtur, qui vocabulum hoc centũcapita asteratico, & eryngio attribuit. Quicquid tamen sit, Dioscor. adducit Serapio in centumcapita radicem albam habente, de qua tamen nusquam à Dioscorid. scriptum reperitur: & illi proprietates attribuit, quas suo centumcapita nigro apponit. Dissidentes vidẽtur Germani in eryngio. Sunt qui herbam putant, quam vvallen disteln appellant, eryngion arbitrantur, ac si dixerint carduum aggerariũ. Alii aduersantur, quoniã inodora sit eius radix, eryngii verò odorata, propterea alterã herbam esse existimarint ab ipsis eber vvurtz dictã, alii schvverten appellãt. Quicquid sit, hoc dissidium ipsis relinquatur: sat est apud nos circa maritima Illustris. Ducis nostri vtrãq; speciem frequẽtem inueniri, quas simplici nomine rinzi, quasi eryngium vocamus. Sed vnum est, pro quo valde doleo, à nobis Arabicam linguã ignorari, imò coget nos quãdoq; addiscere, & breui, modò præceptorẽ enanciscimur possim. Nam Serapio de eryngio tractans sub nomine astaricon proponit, tamen aliud nomen, pro eryngio in capite

nardi

nardi scribit. Nam Dioſc. adducit qui nardum montanam eryngio cõparat: ipſe verò nõ eryngio, ſed karſahane, vel ſecundũ aliũ textũ darſahane. Vnde opus eſt per hoc vocabulũ karſahane eryngiũ intelligat: alioqui Dioſc. non imitaretur. Sed quod magis eſt, Auicenna comparat mõtanam nardum foliis croci hortulani. Arbitror interpretum malè fidorum vitio hæc omnia cõtingere, qui vocabulum pro vocabulo cõfuderint, & capita capitibus immiſcuerint, vt apud Serapionẽ de aſteratico, & eryngio dictũ eſt. Fortè eſt vnũ nomẽ Arabicũ cetum capita ſignificãs, quod aſteraticum, & eryngium complectitur. Hæc aliàs diſcutienda relinquamus, vt deniq; de eryngio expeditum ſit. A Cretẽſib. vulgò aphtaſtõ eryngiũ vocatur, à Polonis mikolaiek. Galen. putat eryngium in actiuis qualitatib. tẽperatum, & valde ſiccum, vnde in tertio ordine ſiccũ erit. Tu cõſidera an potius in ſecundo ordine calidum ſit. SE. Hermodactyli ad lineam venere. BR. Plures in pentaphyllo errarunt hermodactylum eſſe arbitrãtes. 1. Mercurii digitum: quoniam hoc nomine Dioſc. etiã pentaphyllon vocet. Verùm pentaphylli radix ita à noſtris hermodactylis differt, vt nox à die. SE. Quid ergo ſunt hermodactyli noſtri apud antiquos? BR. Arabes, præſertim

Serapio, ſub hoc nomine hermodactylus duo complectitur, Dioſc. colchicō, & ephemeron, vt ex eo apparet, hæc deſcribente: quanuis nomen corruperit, & vbi achimeron legitur, ephemeron ſcribēdum ſit. Nec mirū, quoniā & apud antiquos eodē nomine ſignificatur: quippe apud ipſos per hoc vocabulū ephemeron inuenio, tam Colchicum interficientē, quā ephemeron non interficiētē ſignificari. Hoc cōſtat, ſi quis Paulum Aeginetā de ephemero loquentē legat, vbi dicit: Ephemerō, nō quod lethale eſt, & noxiū, ſed quod iris ſylueſtris appellatur: vt oſtendat per ephemerō etiā id, quod letha-le eſt, intelligi. Adde in Alexipharmacis Nicandrū de ephemero loqui, quē in Colcho infeſtū cenſet: vt ferè hāc differentiā innuat ephemerō, aliud Colchicū, i. ex Colcho eſſe, aliud alterius generis. Hoc prēterea Paulus Aegineta lib. v. cap. xlviii. clarius oſtendit, in quo lib. de venenis agit, dicēs: Si quis ephemeron, quod Colchicū aliqui, & ſylueſtrem bulbū appellant (Romani nanq; bulbum ſylueſtrē nomināt.) His verbis manifeſtè deprehēditur, per ephemerum etiam Colchicum intelligi: imō & Dioſco. idē teſtatur, qui in capite Colchici, ephemerum etiam nūcupat, ac ſi innuat duplex ephemeron inueniri: Colchicum, de quo prius tractat,

ctat,& quod peculiariter ephemerũ nuncupatur. Vnde etsi ephemerõ Colchicũ significet,tamẽ præcipuo nomine id ephemeron est,quod veneno caret: quã quã hoc nomen ephemerõ a venenoso deductũ sit, verũ per excellẽtiã loci,in quo nascitur,& ob facinora Medeæ ex Colcho, nomẽ ephemeron adnõ venenosum relictum est , & venenoso ea excellentia tributa est,vt Colchicũ dicatur: dictũ verò est ephemerũ,quoniã vna die interficiat. Eiusdem rei Gale.testis est,qui de ephemero loquens inquit senõ de Colchico,quod venenũ est,sed de eo,qđ iris agrestis dicitur. Vnde ephemerõ idem significat quod apud Arabes surugẽ,& apud recentes hermodactylus. At sub ephemero Colchicũ cõprehenditur, quod venenũ est,ita peculiariter appellatum, vt Plin.lib.xxviii. capite x.ipsum vocat,& in id, quod peculiari nomine ephemerõ dicitur, de quo idem Plin. lib.xxv.cap.ii.Ex his vides non esse dãnandos Arabes,qui cum Grẽcis idem sentiunt, licet sub variis nominibus : nec etiam rem esse incertam, vt nonnulli arbitrãtur. Serui eo antiquitus vtebantur, quod Colchicum dicitur, tanquam refugium in desperatione. SE. Id,quo vtimur,quid est? BR. Colchicum est,si Dioscorides notas considerabimus. SEN. Est ergo venenum? BR. Venenum penitus, pro-

pterea soluit vsq; ad sanguinem quandoq; natura non ferente. SEN. Quare eo vtimur? BR. Ego nunquam vtor, ne quempiam volens interficiam, quum præsentaneum venenum esse noscam. Opus esset nos ephemerō accipere: eo autem caremus, ideo vsu venit, vt ephemeri loco Colchicū sumeretur. Certus sum in quercetis me vidisse, & sexcēties ephemeron excauasse, quū essem Comachi apud Illustrissimum, & excellentissimū patronum meum Herculem Estensem, & satyrionis radices quærere, herbæ occurrebant, quę lilii folia, teneriora tamē, & flores candidos, amarósq; habebāt. Vnō autem modo ueor, vt præter ephemeron, & Colchicum aliud esse hermodactylum putē: quoniam Paulus Aegineta lib. VII. de hermodactylo scribit, quod dicit peculiariter, & priuatim articulorum dolorib. valere: tamen de Colchico, & ephemero diuersa capita fecerat: ideo arbitror, & ita est, aliū hermodactylū esse præter numeratos, quod articulorum morbos sanat: quoniā nec in ephemero, aut Colchico Dioscō. Plin. Gal. Paulus, Aetius, quicquam de articulorum morbis loquuntur. nisi velimus Paulum per hermodactylum, Colchicum intelligere, quum de Colchico, tanquam de re simplici, locutus non sit, sed vt res venenosa est, libro quinto: &

tunc

tunc cum Arabib. conueniet, præsertim Me
sue, qui rotundū perfectiorem esse censuit,
quod ad ea, ad quæ valet, intelligēdū est, vt
puta ad articulos. Si verò altera res sit Pauli
hermodactylus, mirum est cur non pinxe-
rit, quum à nullo altero (quem viderim) pi-
ctus sit: & quanuis Serapio Gale. adducat,
apud ipsum nunquā inueni. Arbitror à Pau
lo accepisse, vt multa alia, in quib. tñ Gal.
adducit. At si res altera à Colchico sit, Ara-
bes huius hermodactyli vires cū ephemero
confuderunt. Nos quandoque Colchicū gu-
stare tentauimus, castaneæ saporem habet,
sed paulò pòst strictura quādam circa aspe-
rā arteriā persensi, ac si manu stringeretur:
mox vaccinū lac bibētes, nihil incommodi
sensimus. Fortè apud nos ita venenosum nō
est, vt in Colcho. Nam ex Gargano Apuliæ
monte ad nos cōfertur. Nō sine noxa soluit:
folia elleboro similia habet. A Gallis her-
modantes, à Germanis zeitlos nūcupantur,
quanquā & alii aliis nominib. vtantur: à Po
lonis czaytloff dicitur. Omnes ferè calidū &
siccū in secūdo ordine hermodactylū facit
quanuis nonnulli apud Serapionem calidis-
simum esse dixerint. Mesue in principio so-
lū ordinis secundi esse fatetur, quāuis in me
dio sit, & superflua abundat humiditate. SE.
Dictamni radices offeruntur. BRASA. Herba-

bam quandã in Apennino prope Bononiã, aut in Veronensibus montibus pharmacopolæ eruũt, quam dictãnum vocãt, quæ nec ipsa est, nec etiã pseudodictamnus, quia ambo pulegii folia habẽt, quadam lana parum obducta, sed in pseudodictamno rami breuiores sunt. Nascitur vera dictamnus solùm in Creta, imò, in asperis tantũ, & montuosis Cretæ locis. Alibi degenerat, & pseudodictãnus efficitur: imò & in locis Cretæ nõ asperis habetur, sed in pseudodictamnũ & ibi degenerauit. Cognoscitur & gustu, quia gustu acris est. Vidi Murani Venetiarum plantam in ædibus pharmacopolæ campanæ, quẽ fata impia nobis sustulere immeritò, vt qui iuuandis mortalibus, plurima nulli parcẽs impensæ procurabat, & noua semper moliebatur: mirorq; de Hermolao, qui dicat Patauii dictamnum vidisse, veram tamen nõ credidisse, quia in Creta solũ nascatur. Tamen hæc quam vidi, erat vera dictamnus è Creta Venetias allata, quæ nõdũ degenerasse potuerat ob breue spatium. Quam verò nostri pharmacopolæ vẽdũt, nec dictãnus est, nec pseudodictamnus, quia eorũ indiciis caret: nec tertia dictãni species huic nostro accommodari põt. Quid verò sit hęc nostra herba, ignoramus: tñ pulchra est, & pulcherrimum florẽ, & odoratum fert. Verũ, vt Dioscorides de

de origano, pulegio, & dictamno succeſsiuè pertractat, quæ ſunt ferè eiuſdē virtutis herbæ, ita Serapio vno capite de ſandenagi eas cōprehēdit, de dictāno tanquā de ſpecie pulegii pertractans. Quod perperam exponēs Pandectarius, fecit vt multi Serapionem eo capite confuſum exiſtimarent, quum tamē non ſit. Dictamnum habere mihi ita facilè videtur, vt lactucam: quū ſingulis annis Venetorum naues, & Illuſtriſsimi Ducis noſtri ad Cretæ litora appellēt. Folia, & radices habere conuenit: nec flores, nec ſemina facit. Imò procurabimus, vt tota plāta habeatur. Sed de Virgilio fortè mirandum, qui duodecimo Aeneidos flores habere in hunc modum cecinit.

Hic Venus indigno nati concuſſa dolore
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo volucres hæſere ſagittæ.

Putandum eſt ſummū poëtam non veram dictamnum intellexiſſe, ſed tertiam illā ſpeciem, quæ à Theophraſto nono de plantarū hiſtoria, ſolo nomine dictamnus nuncupatur, quam Dioſcorides florem, agreſti origano ſimilem habere dicit, nigrū, & folia ſuauiſsimum odorem ſpirare. Quod nigrum ſcribit, in purpureum inclinantem accipias:

quip

quippe nullus flos niger penitus inuenitur. Eandem tertiam speciē à Statio intelligi arbitror, quum flores habere & ipse fateatur. Tamē superioribus mensibus dictānus vera è Creta ad nos allata est, quæ flores habet, & illos seruamus, vt vnicuique ostēdere possimus dictamni flores. Qui nisi sint plantę tenuia cacumina, Vergilio potius, quàm Dioscoridi credendū erit. SE. Ergo vera dictāno caremus. BR. Caremus, sed facile erit è Creta singulis annis habere. A Cretēsibus vulgo & diptamo, & calochimitea. pseudodictamnus à Polonis diptam, nuncupatur. Cùm Galenus dictamnū pulegii vires habere fatetur, & pulegiū valde excalfaciat, & extenuet, propterea in tertio ordine intēso calidū erit, atq; siccū. SE. Satyrionis radices quæramus. BR. Non est opus in edocēdo satyrione multū immorari, quippe notissimæ sunt vtręq; satyrionis species, & in Bononiēsibus, ac Mutinensibus mōtibus vbertim & crassa radice nascuntur. Bulbus ferè videtur, qui & in Ferrariensi solo apricis locis nascitur, estq; vnus tantū bulbus: hi enim decipiuntur, qui orchim, vel orchim serapiadē, id est, testiculū, vel testiculū serapiadē pro satyrione accipiūt. Nam orchis duos bulbos habet, maiorem, & minorem, qui testiculi vidētur, vnde nomen sortiti sunt: tamen si vel orchis radicem,

cem,aut ſatyrionis acceperis,ad Veneré iritandam cõuenient. At ſatyrionis radix efficacior,vtpote cui etiã nomen à ſatyriaſi, vel à ſatyris animantibus procacibus inditũ ſit. Mira naturæ diuerſitas in coloribus florum harum herbarum: nunquam vidi naturam magis colludentẽ, quã in iſtis. Magis varii ſunt,quam irides: quãdoque varietates ſpectans Comachi in ſabuloſis,tot erãt, vt vix expedire poſſem contẽplans,quin prãdiũ amitterẽ,& ferè in meridiẽ perducerer. Theophraſtus cuiuſdã herbæ meminit ex India, cuius cõtactu homines ad ſeptuageſimũ coitũ durare fatetur,quæ ex horum genere fortè eſt. Meminit Hermolaus in corollario radicis cuiuſdam herbæ,quæ nũc bucheidem nominatur ad illũ vſum. Quid verò bucheidẽ ſit,nõ exponit. Nos ſedulo perquirẽtes inuenimus eſſe genus orchis,habẽs ſimilitudinem in radice,cũ humana palma: propterea ab herbariis palma Chriſti nuncupatur. A qua palma modò quinque,modò quatuor, modò ſex radices prodeunt, vt digitos ferè imitari videatur. De hoc aũt orchi palmam imitante nuſquã Græci,aut Plinius. Folia habet ſatyrionis ſimilia,præſertim primæ ſpeciei,tamẽ nõ adeò craſſa ſunt,& pũctis quibuſdã veluti ſtigmatibus decoratur. De ipſa Auicenna ſecundo canone pertractat,capite

duc

ducentesimo octauo, sub hoc nomine digiti citrini. Nos plerunque excauauimus in sabulosis, circa maritima. Sed mirum est de Serapione, qui id attribuat Italis mulieribus, quod Dioscorides Thessalicis, & demũ oẽs Serapionẽ imitari videantur, quum tamen Italæ mulieres huius radicis vires ignorent, quanuis frequentissimam habeãt. In prima enim orchis specie inquit in Thessalia ad incitandam Venerẽ mulieres ex lacte caprino radice illa vti. Hoc aũt Italis mulierib. Serapio, & eius assectæ attribuũt. A Gallis saterion, à Germanis vario modo orchim cũ satvrione confundentibus: quippe hęc nomina habẽt, quib. orchis species significãt, stẽdelvvurtz, ragvvurtz, kreutzblumen: tamen satyrioni magis cõuenit stẽdelvvurtz, quàm aliquod alterũ. A Venetis testiculi di volpe, à Neapolitanis coioni de volpe nũcupatur. Gale. inquit humidum, & calidũ temperatura esse, & ideo gustu dulce est: & quoniam recrementitiam habet humiditatem, propterea ad coitum excitat. Est verò in secundo ordine calidum, & humidum.

SE. Vitis albæ radices prodeunt. BR. Vtinã & in hoc loco prodirent, ne quærere cogeremur: hîc enim efficaciores sunt, quã Ferrariæ, quanquam Ferrariæ, non desint. Græci ampeloleucen & bryoniam, Latini albã vi-

rem

tem appellant, non quòd vitis sit, sed quia similitudinem cũ vite habet. A Latinis etiam psilothrum nũcupatur, quia ex ipsius acinis pelles cõfici possint, & depilari, vel etiã quia depilatoria vnguenta ingreditur: imò ipsa per se sola, & sapone (ægrè aũt) depilat. In nostris sepibus, & senticetis, ita crescit, vt nonnunquam alicuius foueæ spinas vniuersas tegat, & arbores scandat, & sepes tanquã stragula vestis exornet. Duæ sunt huius vitis species: alba, quam nũc colligis: & nigra, quæ & ipsa priuatim ad multa valet. Nigra in Ferrariensi agro frequẽs nõ est, quũ alba nullo nõ in loco sit, & nostrũ vulgus bryoniam appellat, quanuis frequẽtius hoc nomine zucha saluatica vtatur, ob similitudinem, quã cum cucurbita habet, repẽdi. Alii viticellã, ob similitudinem, quam cum vite habet, vel ob nomen dixerũt. Ex ipsa asparagos, folia, rapticẽ, & fructum seruato. Nec vitẽ nigram omitterem, quæ propriè bryonia est, & vua taminia. Differunt hæ vites, quoniã alba radicem albam, fructũ racemosum, rubẽtem, & folia similia vitibus habet: nigra verò hederæ foliis propriè similacis, fructu racemoso in principio viridi, postea nigro, radice sorijs nigra, intus buxei coloris insignitur. In officina tua & hãc nigrã habere nihil impediet, tamen ne albam deseras. SEN. Nunc al-

bã seruabo, de nigra aliàs loquemur. Id aũt scire voluerim, quid de hac vite Arabes sentiant. BR. Quũ Galenus vitem nigrã albę vires habere, inefficaciores tamen fateatur, ea carere nihil erit incõmodi. De Arabib. modò quid sentiam enucleabimus. Serapio has duas vites optimè distinxit, & edocuit, quãuis à Barbaro interprete expositus sit. Auicẽna quoq; de fesira, id est, vite alba prius, post ea de fesiresim, id est, vite nigra pertractat, & egregiè, nisi essent plures corruptiones in codice, nã principio calidã in tertio dicit, post ea tẽperatè calefacere cẽset. quod aptè calefacere legendũ arbitror: nisi dicamus tũc sẽ qui Galenũ, qui eius radicẽ moderatè calidã esse dicit. Mesue etiã (si fidũ interpretem habuisset) rem optimè pertractasset. SEN. Propter quid Manardus illum reprehendit? BR. Quoniam ita sibi instituit, ne quis in Mesue decipiatur, qui vno capite de alba & nigra vite pertractat, ideo non mirũ si modò albam modò nigrã edoceat, præsertim quũ eisdem viribus insigniantur, quæ tamẽ in nigra hebetiores sunt. SEN. Ellebori albi, & nigri radices sequuntur. BR. Veratrum album hoc, & illud nigrũ dicitur, quoniam radices illis coloribus insignitæ sunt. Qui radice tãtùm differre arbitrãtur, aberrant: quoniam & foliis etiã differunt, vt picturæ ostẽdunt, &

& ipſæmet herbæ. Ferrariæ in pluribus horti̇s vtrunq; veratrum habetur, non tamẽ ita efficax ſicut alibi: tamẽ vehemẽtiſsimè etiã ſoluit Ferrariẽſe. vt experientia rerũ magiſtra edocuit. Herbæ ſunt apud multos poëtas decantatæ, & quæ in prouerbiũ apud antiquos iuerint, quoniã fatuis, & inſanis medentur. Noſtri pharmacopolæ vtrunque genus ex Mutinenſibus montibus, Bononienſibus, & nonnunquam Veronenſibus petunt. Olim veratrum album in vſu erat frequentiſsimũ apud Hippocratẽ, & Galenum: quia moleſtè educit, relictum eſt, & nigro ſolùm vtimur: nunc iterum album in vſum venit. Correctũ enim mirè educit. Ego drachmã albi ſumẽs, nunquã minus moleſtã euacuationem habui. & quibuſdam in ſanis nõ correctum exhibui, & mirè profecit. Ex albo radices, ex nigro radices & ſemina ſeruato. Nigrum peculiariter in Anticyra, albũ in Cyrenaica, & Sicilia apud Aetnã montẽ naſcitur. Arida loca amat. Tamẽ nec quod apud nos naſcitur Italum ſpernerem. SEN. Meſue dicit album veratrũ corporibus noſtri temporis eſſe moleſtum, imò eis eſſe vti venenum. Manardus eum reprehendit, quoniam Pauli tempore elleboriſmo per album vtebantur, & hoc etiam tempore bonum non puto venenoſum. BR. Nos autem aliter ſenti-

mus & bonum, & malum esse venenosum, quoniam Dioscorides venenum esse testatur, quia strangulare dicit: fortè de malo intelligere monebit. Nos autē, & de bono loqui probamus. quippe primū locū Cyrenaico elargitur. addit postea, quod in Galatia, & Cappadocia est, cādidius, puluerulentū, & maiore strangulandi vi est. ac sī dicat: Omne albū veratrū strangulat, sed Galatū, & Cappadocū præcipuè. Nec Plinius hoc inficiatur. Imò VI. lib. Dioſco. cap. XXIII. de eo tanquam de veneno tractat. Nec putes albū dici, quia cādorē habeat, sed quia quodā modo in albū inclinat, & illud iunceū habet (de quo Dioſco.) albū. Albo elleboro vti cœpimus, qui mitior redditus arte, atra bile laborantes, & scabie Gallica affectos mirè sanat, vt quotidiana experiētia demōstrat: sed optimè corrigēdus est. SE. Cur dedisti etiam absq; correctione nōnullis? BR. Quoniā ita antiqui vtebātur, tamē correctū tutius educit. SE. Mihi potius videretur ab his abstinendū, quæ venena sunt, cùm alia habeātur. BR. Nulla habētur tā efficacia, præsertim cū medicamenti copiā cuipiā fatuo exhibere non poteris, hoc in modica copia id efficit, quod aliud in maiori efficere non pōt. A Galeno VI. de simplicium medicamētorum facultatibus, in tertio ordine calefacientiū & exiccant

cantium existimatur,& niger gustu est calidior,albus amarior. Auerrois deceptus est, qui album in quarto ordine calidum esse dicit,atque siccũ,tamẽ superius in tertio ordine vtrunq; calidum,& siccum fecerat.Fortè fuit interpretis error, qui interpretatus est cõdisi,id est,albus elleborus.SE. Quibus medis corrigitur?BR.Ferrariæ te docebo.Germanis nies vvurtz dicitur, id est,radix sternutatiõis,à Polonis elleborus vocatur czicmyerzicza: & cũ album significare volunt, biala addũt,cũ verò nigrũ,czarna.SE. Interim agaricũ quæramus,BRA.Cur agaricum inter radices numerasti?SE. Quoniã & Dioscorides numerat.BR.Non dicit radicẽ esse, sed ita ferri. Nam & Galenus radicem autumat,quæ in ilice sit. Plinius verò melius sentit fungum esse,candidũ, odoratum, nocte relucentem,ideo no&u colligitur. Dioscorides incertus videtur,quippe qui modò secũ dum aliquos radicem,secundum alios fungum in arboribus fateatur. Sed verè fungũ esse docet Plinius, in glandiferis arboribus præsertim innascentẽ.Ilignã syluã habet Illustrissimus Dux noster Alphonsus prope Comachum:sepius illac spatians,circa ilicũ radices veluti fungos inueni,pro agarico accepi:sed vti non audebam, quoniam nigrescebant,& subrubri erant. Tandẽ vno albo in-

uento,eo vſus ſum,& pituitoſam materiam educere vidi. quamobrem & in Italia naſcitur,& apud nos,& in Gallia frequenter per ſyluas equitantes,circa quercuũ radices vidimus. Verùm ex Sarmatia per Illyrũ Venetias affertur,etiã ex Galatia,& Cilicia Alexandriã,& Alexãdria Venetias. Noſtri pharmacopolæ vnũ bonitatis indiciũ, eſſe friabile,cenſent: Dioſc. negat,vtpote qui Galatum,& ex Cilicia infirmũ dicat,quia friabile. In mare,& fœmina aſsignandis Meſue,& Dioſc. conueniunt: quippe Dioſco maſculũ in ſeipſum conuolutum, rotũdúmq;,& vndique concretum fatetur. Fœmina rectas habet intus,pectinum modo,venas,& diuiſiones,maſculúmq; non laudatum,fœminã bonitate antecedere. Eodem modo Meſue fœminam maſculo præfert. SE. Vnde ſortitum eſt hoc nomen agaricus? BR. Quid hoc ad rem? Emes tu Venetiis hunc fungũ: tamen ne huius nominis rationem ſubterfugere videar, Ptolemæus Agarum vrbem,& amnẽ in Sarmatia ſcribit,in Sarmatia verò optimus agaricus naſcitur,eo præſertim loco,qui Agarus appellatur,ideo Agaricus à loco nomẽ ſumpſit. Prius zizibere præparare ſolebãt,nunc etiã abſq; noxa eius pulueris cũ ſaccharo ſumitur. Medicina familiæ ab antiqs dicebatur,vel quia omnibus mẽbris

vale

valeat, vel ita salubris est, vt cuicũq; ex familia nõ seruata ætate, sine delectu dari possit. Ventriculũ offendere dicitur, & caput optimè iuuare. A Gallis agaric, ab Hispanis nostro nomine agarico, à Germanis dauschvvun, à Polonis modrzeuyoua gamloka nũcupatur. Auerrois agaricũ in primo ordine calidũ esse iudicauit, & siccũ in fine secundi. notátq; à Gal. nõ esse positum Agarici ordinem. Auic. præterea, Mesue, Serapio, & recentiores omnes agaricum in primo ordine calidũ posuere, & in secundo siccum: tamẽ cum secundo ordine calidus esse deprehendatur, erit in secũdo ordine calidũ, & in principio tertii siccum, neq; in his qualitatibus esse dubito. SE. Dic, ni refugis, Dios. friabile agaricũ damnare videtur: Paulus autẽ illud probat. BR. Neq; friabile damnat Dios. neque Paulus probat: sed Dioscorides illud damnat, quod in Galatia Asiæ, & Cilicia ἔστι τῶν λιόδρυων, id est, in cedris, vel arboribus nascitur. quod tamen friabile est, sed illi absunt aliæ perfectiones. Paulus verò inquit esse radicem laxi corporis, & friabilẽ. SE. Affodili radices sequuntur. BR. Asphodeli proferre oportet. SE. Nomina negligo, modò rem ipsam nouerim. BR. Imò ne quibusq; rusticis, & malè feriatis viris similes simus, nomina negligenda nõ sunt, præsertim quũ

in promptu habeantur noſtro hoc tempore idiomata, & candidiores literæ floruerint, & perſeuerent. Latinis haſtula regia dicitur. Antiquitus hac radice veſcebantur. Romani etiam albucum nominant. Radices illi aſsignat Dioſcor. plures, oblongas, teretes, glandibus ſimiles. Mihi videtur radicē vnā habere, à qua plures prodeunt, quarū quælibet pæoniæ radicem imitari videtur. Sunt enim longæ, & rotundæ, ſed, ſi tractentur, molles. Iam cœpit paſsim haberi in hortis Ferrariæ, vt nullus ſit, qui aſphodelū ignoret. Ex Bononienſibus montibus, & Veronenſibus Ferrariam portatur. Quandoque digitales radiculas, vel bulbos, qui ex craſſiore radice prodeunt, ſexagenarium numerum excedere vidimus. Plin. fatetur quandoq; autumno colligi aſphodelum, à cuius radice octuaginta aduati bulbuli in aceruū viſi ſunt. Ex hoc in his mōtibus ſemina, & radices habeto. Nec id te lateat, quāuis albucus appelletur, Plin. tamē eius caulē albucū, ipſum verò totū haſtulā regiā dici mauult. Fuere tamē qui duo genera faceret, per albucum candidū intelligētes ſcapum paulò ampliorem habēs, purū & leuē: aſphodelus verò, aut haſtula regia, acinoſum caulē habet. Nec defuere, qui in marē, & fœminam partirētur. Vnū animaduerſione dignū eſt, in

in Gallia me vidisse pro asphodelo alteram herbã vendi, quæ bulbos quidem habet, sed breuis est herba, qũ asphodelus inter bulbosas herbas maximus sit, propterea id nomen hastula regia sortitus est. Imò & hunc errorẽ quidam pharmacopola noster fecit, sed admonitus, verũ asphodelum habere curauit. Eius enim bulbosæ herbæ radices copiose in Ferrariensi agro habentur, loco qui Sammartina nuncupatur. Galli afrondiles, Hispani gamones, aut gamonites, Cretẽses vulgò asphediglia, Poloni zlotogloro, Neapolitani porastro vocãt. SE. Quę sunt asphodeli qualitates? BRA. Est calidus in secundo ordine atq; siccus: tamen, vt à Galeno nota tur VI. de simplc. medic. facult. cinis radicis vsti calidior est, propterea in secũdo ordine intenso calidior erit, & siccior, vel in principio tertii. SE. Tormentillæ radices sequuntur. BRAS. Nisi hæc herba pentaphyllon sit, nusquã apud antiquos, vel iota vnũ inuenire potui. Vt plurimùm in Italia septẽ folia habet, tamẽ & quãdoq; quinq;, vt duo parua foliola pro foliis cõputanda nõ sint. Nostri pharmacopolæ in Bononiẽsibus mõtibus eã inueniũt: sed iã cœpit in hortis Ferrariæ passim plãtari. Herba cubitalis est, florem purpureũ habens, paruũ: cęspitẽ quodam modo facit, à quo cauliculi emanãt, su

pra quos folia in septem partes diuisa, aut quinq; visuntur. Nonnulli apud Dioscoridē saxifragam esse censuerunt. Decepti tamen, quoniā nec eius vires habet, nec illi pictura cōuenit. Padectarius bistortā vocat, quum bistorta altera radix sit, nisi ita in suo natali solo vocetur. Rubeā præterea ex colore, quē radix habet, nūcupat. Cui Genuēsis assentire videtur. Et re vera, præsertim in summa parte radix ex eo colore insignit. Nos radicē domi habemus, quę videt serpēs cōuolutus. Veneti pharmacopolę nonnulli ex hac herba trochiscos theriacos pro viperarum carne faciūt. Quod & Herm. in pētaphyllo fatetur, rationē addēs, quoniā viperę modo (vt ipsi putant) nunquā visuntur. Qui quātum aberrent, tu ipse iudex esto. In his mōtibus radices solùm colliges, nisi pentaphyllon sit, herba noua erit, id est, antiquis incognita. Nonnulli apud Germanos tormentill. alii rotvvurtz, blutvvurtz alii nuncupant, à Polonis pyanczlistovv dicitur. Sicca est ordine tertio hæc radix secundū Gal. & minimum habet euidentis caliditatis, proptерea in primo ordine intēso, vel in secūdo remisso calida erit. SE. Ad saxifragæ radices veniamus. BR. In hac etiā herba variæ ambages sunt: quoniā multæ sunt herbæ, quas nostrum vulgus saxifragas nuncupat. Fuere qui

qui vocatam pimpinellã pro saxifraga sumerẽt, alii herbã alteram pimpinellæ similem, alii similem tritico, alii nostro vocato caryophyllo, alii tormẽtillam accipiũt, alii herbã tormentillę similem dicũt, alii quam vocamus euphragiã sumũt, alii cretano marino similẽ, alii cretanũ ipsum, alii à nobis vocatã sancti Petri herbam. Verũ nullã harum saxifragiam esse ex hoc apparet, quia Dioscorid. epithymo similem esse dicit: sed harum nulla cũ epithymo similitudiné habet, nec surculosa est aliqua prædictarũ, vt saxifraga pingitur. Quã verò vos pharmacopolæ in officinis habetis, quæ est radix subrubra, cuius herbę folia pimpinellę assimilantur, nõ modò hæc nõ esse illam ostendunt, sed nec sapor, qui omnino adstringẽs est, si mãdatur. Nos saxifragam Dioscõ. nũquam vidimus, quod meminerimus: empetron verò frequenter in Liguriæ mõtibus, mare versus. Dioscorides duo capita facit, vnũ de saxifraga. quam tamen empetrõ appellari dicit: aliud de empetro, quod etiam phacois vocat: sed alias vires empetro, alias saxifragę tribuit. Vnde Marcel. caput de saxifragõ superfluũ esse suspicatur, tum quia Dioscor. nõ incœpisset suum caput à Latino nomine: tũ quia empetrõ ipsam vocat: tũ quia à Paulo, qui breuibus omnia pertra-

ctat

ctat, quæ à Dioscor. scribuntur, de saxifraga sermo nõ fit, sed tantũ de empetro. Quic quid sit, quum diuersam figurã, & diuersas vires saxifragę, & empetro tribuat, diuersas herbas esse arbitror, nec caput superfluum esse. Nõ moueor autẽ quòd Latino nomine incipiat, quia ita appellari audiuit: etsi Paulus tamen omiserit, nõ mirũ, quia pauciora scribit, quàm Dioscor. fecerit: imò & nõnulla, de quibus nunquam Dioscor. tractat: vt de arnabo suprà dictũ est. At quum saxifraga ab effectu appelletur, quia saxa frangit, intra quæ nascitur, & eodem modo empetron: propterea herbam in mõtibus quęrerem, quæ dum oritur saxa scinderet, & perscissuras exiret, & epithymi figurã haberet. Hermalaus in suo Dioscoride herbæ figurã deesse tradit. Marcell. in antiquissimo suo reperiri inquit, ἐπιθύμῳ ἐμφέρης, id est, epithymo similis: quũ tamẽ epithymus herbæ figurã nõ habeat. Quicquid sit, si huius cõmunis saxifragæ radices, & herbã colligere placeat, colligito. Sin minus, eã relinquere poteris, vtpote antiquis, & recẽtibus ignotã. Nã Simõ Genuẽsis inter recẽtes quosdã refert vnã herbam accipiẽtes, alios alteram pro saxifraga. Idem etiam Pandectarius. Et nostri recẽtes in hortis varias herbas ostendunt, ac seminant, quas omnes saxifragas

nunc

nuncupant,& pro frangendo lapide impendunt. Alias determinatè omnes recentiorũ ſpecies aſsignare ſtatuimus,& quid ſint oſtẽdere. Nunc ſatis habeas,illam radicẽ,quam in Bononienſibus mõtibus, & Veronẽſibus colligitis,nõ eſſe Dioſcor. ſaxifragam, aut empetron didiciſſe,imò & recẽtes in ea dubitant. SE. Quum hic noſtrę ſaxifragę radices præſto ſint,colligere nõ deſinã, ne quando; ab aliquo imperito medico expeterẽtur,ego autem carerẽ. BR. A Germanis ſteinbrech appellatur. quod nomẽ ſaxifragis impoſitum eſt. Nam & alia quædã peculiaria nomina habẽt ſpeciebus ſaxifragæ recentiorũ,vt kryenkraut,quia iſchiadicis potiſſimũ medeatur, & meerhirſz, & ſchlutten, quorum differentiã ipſis relinquere ſtatuimus. A polonis fralod dicitur. Calida & ſicca ordine tertio exiſtimat, vel eſt in ſecũdo intẽſo. SE. Ideo ad ſpodium ex cannis ſecũdum Auicennam deſcendamus. BR. Non abre ſecundũ Auicennæ ſententiam addidiſtinam ipſe tali ſpodio vtitur,quũ verum ſpodium fortè nõ habuerit. Nos verũ ſpodiũ habemus,ideo ex cãnis,& fictitiũ deſpicere oportet. Non defuere tamen recentes, qui nõ ſolúm Auicennam reprehendũt, verùm ex nulla altera re ſpodiũ fieri poſſe cenſent, quàm in fornacibus mineralibus. Hi autẽ

maxi

maximè decipiuntur, quoniã Dioſco. v. lib. & Galenus vbi de ſpodio, & Plinius multa, quæ pro ſpodio poni poſſunt, & quibus modis cinis fiat, qui antiſpodiũ vocatur, edocent. Fit enim ex oleaſtro, vt v. lib. & vbi de oleaſtro tractat Dioſcor. monet. Sumitur autem oleaſtri, aut oleæ coliculus, fit ex malis cotoneis exoſſatis, ex cannis, ex linteorũ laciniis, ex candidis moris immaturis, ex lẽtiſco, ex terebintho, ex floribus labruſcę, ex floribus teneriorib. rubi, ex coma buxi, ex pſeudocypero, id eſt, falſo quadrato iunco cũ ſuis floribus, ex germine fici in ſole ficcati, ex glutino taurino: quod nos collã gacauellã vocamus, ex lana aſpera ſuccida, pice, aut melle madida. Deficiẽte ſpodio omnib. his vti poſſumus loco eius, & ideo antiſpodia, ac ſi dictũ ſit. pro ſpodio, nũcupãtur. Et ideo Auicẽna reprehẽdi nõ debet ſi canarũ radices a duſtas, & ante ipſum Serapio, ſpodium dixerint. Nempe certũ eſt, de minerali ſpodio, id eſt, fornacibus inuẽto, nõ loqui, ſed de antiſpodio, id eſt, de eo, quo loco ſpodii vti poſſumus. Cõſtat autẽ, & ipſum radicum cannarum cinerẽ pro antiſpodio poni poſſe. Quod autem Auicẽna & Serapio Dioſcor. antiſpodium nouerint, caput de tutia apud ipſos leges. Nam eos de vero antiquorũ ſpodio loqui à caminis accepto

percip

percipies. Quamobrē malus interpres in causa fuit, qui cōmodè vocabula nō reddidit. Et ideo hi authores nō erant ita temerè explodēdi, vt quidā recētes explodunt. sed potius corrigēdi: vt in eo lemmate, quo de spodio scriptū est, de antispodio legat: fuit error interpretis spodiū pro antispodio interpretātis. vbi postea de tutia in inscriptione posuit: de pōpholyge & spodio legendū erat. SE. Ne vlterius procedas, sed ad interrogata respōdeto: Auicenna, non antispodiū, sed spodiū ipsum describere tentabat, Nēpe si dixeris ibi pro spodio antispodium legendum, aberras: quoniam Auicenna de simplicibus alphabetico more procedit. Vnde in litera s, in qua de spodio agit, simplex aliquod poni non debet, quod per a, incipiat. BR. Equidem etiam ingeniosè satis locutus es: tamē nō aduertis, Auicennā nō posuisse spodium in litera s, quoniā ipse lingua sua posuit in litera a, quippe sua lingua Abaisir vocat. Et id vocabulū tam verū spodium, quàm antispodiū significat. Interpres verò, qui in Latinū vertit, spodium inæerpretatus est, & ad s, literam posuit, cùm interpretari debuisset antispodiū, & in litera a, cum reliquis ordinare. Vnde fuit Auicennæ interpres, qui secundum Latina, vel tunc vsitata nomina simplicia ordinauit, cùm alter sit

apud

apud Auicennã in literis ordo. SE. Ambigo præterea quare in antiſpodii deſcriptione, Dioſcor. non dixit illud fieri ex cannarum radicibus cõbuſtis, ſed ex multis adſtringẽtibus rebus, quæ in hoc capite ab Auicẽna numeratæ nõ ſunt. BRA. Miror profectò de tua hac ſapiẽtia, optime ſenex, qui adeò argutè hac de re diſſeras: At quid opus erat Auicẽnã omnia recẽſere, ex quibus antiſpodia fieri poſſunt, cũ id tantũ numeret quod apud ipſum in vſu erat, & apud ſuos? Neq; ſequitur, Auicennã aberrare, quare à Dioſcor. nõ eſt hoc antiſpodium numeratum. Quippe multa ſunt alia, quę à Dioſco. non ſcribũtur, tamẽ exuſta pro antiſpodio poni poſſunt: neq; omnia vſta antiſpodia nuncupanda ſunt, ſed illa ſolùm: quæ ſpodii loco poni cõuenit. Multaq; adſtringẽtia Dioſcorides numerat, ſed plura ſunt alia, quæ non numerat. SE. Non video quomodo poterit eſſe tutus antiſpodii ex cãnis vſus. Nã Auicenna ad cor inſtaurãdũ frequẽtiſsimè ſpodio vtitur. Cannis aũt nullæ huius generis vires ab optimis authorib. attributę ſunt, imò potius cordi aduerſæ ſunt. BR. Neſcio vnde colligere poſsit cordi aduerſas eſſe cãnas: frigidas tamen eſſe conſtat, propterea ſupercalefacto cordi cõuenient. Et quãuis ab authoribus hoc expreſſum non ſit quòd

cordi

cordi conferant cannæ, tamen neq; oppositum exprimitur, sed primas qualitates habet, quæ cõferre possunt. Et fortè Auicenna de genere quodã cannę intelligit, quod sua in patria huic rei aptũ nascebatur. Propter ea certus esto, speciẽ vnã antispodii annumerasse Auicennã, quę apud viros suę nationis in vsu erat: neq; amplius rixari velis, sed ne gotiis tuis attende, si quæ habes. Nam spodium apud Dioscorem Plinium, Galenum, Paulũ, Serapionem, & Auicẽnam, & cæteros omnes fidos authores tale est, quoties æs purificare contendunt, in fornaces imponentes, fumus eleuatur subtilior, & leuior, qui fornaci sculmini inhæret. Hic pompholyx dicitur à nostris recentib. & ab Arabibus tutia nuncupatur: vnde pompholyx est æris, & cadmiæ fauilla, vel bulla (vt nomen ipsum indicat) spodium verò est pars fumi põderosa, & nigrior, q̃ fauillas simul mistas habet, & quandoq; carbones. Hoc est verum spodiũ, quod in officinis vti deberemus. Tamẽ quũ opus sit spodio vti, pompholygem semper. i. tutiam accipito. Nam hoc edocet Galen. qui nunquam spodio vsus est, quia pompholygem habebat: ideò & nos spodium dimittamus, quia põpholygẽ habemus. Si põpholygę careremus, spodio vti oporteret. Quod si haberi non posset ex ære spodium, aut ex

argento, vel auro(nam & ſpodium argenti, & auri fit, quod Plinius lauritim appellat, & oculis aptius eſt)ex plũbo accipi iubet Plinius. Si ex nullo metallo haberi poſſet, ex rebus præcitatis fieri oporteret. Et hoc antiſpodiũ eſſet. Nec illud Auicẽnæ ex cannarũ radicib. deſpicerẽ, aut ex animalium oſsib. vt quidam ex elephantũ dentib. alii ex collo parant. Quum ergo ſpodio indigemus, pompholyge vtamur. Si pompholyx. i. tutia deſit, ſpodium ſumatur. Deficiente ſpodio, in primis aureo, argenteo, æreo, deniq; plũbeo antiſpodio vtamur. quod vel ex rebus à Dioſco. dictis, vel ex cannarum radicibus fiat. Verùm pompholyge carere non poſſumus: quũ in Italia, & in propinquiſsima Germaniæ parte, plures metallorũ fodinæ nõ deſint, vbi & vili pretio emitur. Multi verò ſpodiũ, & põpholygẽ confundunt, quũ manifeſtiſsimis indiciis diſtingui deprehendantur: at ex radicibus ad metalla trãſiuiſſe videmur. SEN. Non equidem tranſiuimus quia de ſpodio cãnarum, quod radix eſt, loquebamur. Tu verò ad amplioré doctrinã de ſpodio ex metallis tranſiſti: præſertim quia immeritò Auicẽna in antiſpodio ſuo ex cannarum radicib. vel aduſtarum conſtructione, aut data opera igne taxabatur. Verùm hæc aliàs, vt ad rem noſtram reuertamur.

mur. BR. Frigidum & ſiccum in tertio ordine exiſtimatur à Serapione, & recentiorib. Tamen cũ Auicenna potius ſentio, in ſecundo ordine frigidum eſſe, & in tertio ſiccũ. Nonnulli Germani tutiã, vel ſpodium nix vocant, alii nil, quod & Latinum nomẽ eſt. Ideò cauillari ſolent æquiuoco argumẽto, dicentes: Si nil valet oculis, nõ ſanabuntur: ſed nil valet oculis: igitur non ſanabuntur. Vides æquiuocationẽ eſſe in verbo nil. Cauſa autem apparẽtiæ in paralogiſmo, identitas nominis eſt. SE. Hæc dialecticis omittantur, & ad biſtortæ radicẽ veniamus. BR. Imò ſophiſtarum munus eſt, hæc tractare. Ad tuam biſtortam accedentes: plures herbarii hãc herbam, quam vos ob radicẽ biſtortam dicitis, apud Dioſc. catanancen eſſe cenſuere, præſertim ſecundam ſpeciem. quod & Hermolaus teſtatur. At eam nõ eſſe facilè deprehendi poteſt, quoniam Dioſc. catanance radicem paruam ceu oliuam habet, & folia oleæ figura, & colore: veſtra autem biſtorta non habet radicem vt oliua, ſed multò maiorem, & nigram, & geniculatam, nec folia biſtortæ, oleæ folia, figura, & colore imitantur, ſed potius figuram lapathi acuti habent, vt quãdoq; ſpeciem lapathi eſſe ſuſpicatus ſim: tamen in nulla quatuor ſpecierum reperitur. Equidem folia

acuti lapathi habet, quæ ex vno latere quodam modo cærulea sunt ex altero herbacea. Radicem habet extrà nigram, intus rubrā, vel in quendam ruborem tendentem. Radicem adstringētem esse cōstat, propterea ab his recentib. in menstruorum abundantia accipitur. In his montib. eam collige. Herbarii nostri ex Bononiensib. montibus petunt, & radicem solam seruant. SE. Habétne aliud nomē, quàm bistorta, vel bitorta? BR. A radice bistorta dicitur. Aliqui minorem lappam appellāt: alii bardanā minorē. Sed nomina sunt potius ad placitū, quā aliqua ratione imposita. Illos aūt deceptos esse cōstat, qui bistortæ radicem, behē rubrū esse putarunt. quippe rubrum behen, & foliis, & virib. & radice aliud est à vocata bistorta. Nihil denique de his loqui oportet, qui bistortā tormētillā faciūt, adeò fatuè, & absq; sensu loquūtur, quū bistorta rumicis folia habeat, tormentilla in septem partes distincta. SEN. Nihil habes apud antiquos certi de bistorta? BR. Quandoq; britannicā Dioscoridem bistortam esse suspicatus sum, quia folium habet rumici syluestri simile: postea alia nō respondebant. Quippe britannica folium habet nigrius, pilosiúsq; rumice, & radicem breuē, & tenuē. At bistorta rumicis quidem folium habet, sed nec nigrum, nec pilosum, imò

imò valde lęuigatum,& radicem magnam, rationęq; herbæ craſſam, continet. Illi prę-terea decipiũtur, qui biſtortam aſtragalum eſſe arbitrãtur: quoniã & ſi aſtragalus radicem rotundam habeat, raphani modo prę-longam, nigris aliis, agnaſcentib. prædu-ris, & implicatis vt cornua guſtu ſpiſſante: tñ biſtortæ radix alia forma viſitur, nec habet ramos, & folia ciceris biſtorta, vt aſtraga-lus. Propterea hãc biſtortã antiqs incogni-tam cenſeo. Quã & Galli biſtorte vocant. A Germanis verò pro ſerpẽtaria ſumitur ma-gno errore, vt qui frigidũ pro calido ponãt. Imò & biſtortã herbã nõnulli in Germania drachenvvurtz, & notter vvurtz (nomina à ſerpentib. ducta) appellant. Quanquã non deſint, & qui biſtortã, ſchlipẽ vocent. A Po-lonis pſzia lobada dicitur. Frigida in ſecun-do eſt, & ſicca in tertio, quãuis nõnulli fri-gidã & ipſam in tertio iudicauerint. SE. Car-linæ radices ſequuntur. BR. In Bononienſib. motib. chamæleonta duplicem inueni, al-bum, & nigrum. Idẽ in Mutinenſib. plerun-que me vidiſſe accidit: ſed prẽter hos duos, quidam papus aderat, tanquã cardui echi-nus latus, purpureus in ſummo, aculeatus vndiq;, qui ſine foliis è radice ſupra caulem exibat. Hũc illi herbarii carlinã vocabant, & locorum accolę. Tunc carlinam chamæ-

leontem album non esse suspicatus sum: nempe antea cõtinuò carlinam, & chamæleontem idẽ esse putauerã, & nomen corruptum esse, vt carlina, quasi chamæleon dicetur. vnde herba noua carlina erit, de qua nusquam antiqui. Nescio an folia duab. vel tribus carlinis, quas viderã, arrepta essent. Id tamen scio vos pro carlina chamæleõtis albi radices sumere. Vbiq; nascuntur chamæleon albus, & niger, & omnib. notissimę sunt herbæ. Vnde carlina à chamęleonte altera erit: fingúntq; herbarii, quia in medio tanquã sagittæ vulnus habere videtur, Angelu de cœlo missum id fecisse, sagitta tangés, vt Carolo Magno eã ostẽderet, qua eius exercitum à pestileti morbo liberaret. Hęc puerilia sunt: tamẽ quouisq; rẽ tibi oculata fide ostendã, pro carlina, huius chamæleontis radices, & in his montib. potius quã alibi, colliges. Chamęleon dicitur ex similitudine, quã cum chamęleonte animali in serpendo, & in mutatione colorũ, penes varios terræ affectus habet. A Germanis viedistel, & mariendistel chamæleontes appellantur. Sed quæ ita à Germanis dicũtur, potius carduí species sunt, quã chamęleõtes. Ideo pro chamæleonte carduum sumũt. Vulgus Crętensiũ hũc vocat collam, quoniã ex eo gluti ni genus fit. In secundo ordine calefacit, &

in

in tertio siccat. SE. Sigilli sanctæ Mariæ radices sequuntur. BR. Nũquam legi gloriosam virginem sigillũ habuisse, aut literas misisse: minus imaginari possum, sigillũ radices habere. SE. Est herba, quę ita nũcupatur. BR. Non habet aliud nomẽ? Quomodo appellabatur antequã virgo Maria in lucẽ prodiisset? SE. Id ignoro, tamẽ aliis etiã nominibus appellatur, vt à geniculo radicis, genicularis, & fraxinella. BR. Optimum est plura nomina nouisse. Iam intelligere cœpi, quid per sigillũ sanctæ mariæ velis. Ea herba est, qua mulieres sibi faciem extergũt, & fucãt. Etiam sigillũ Salomonis dicitur. SEN. Ea inquam, sed & radix ad rẽ Venereã saccharo condîtur. BR. Hęc apud Dioscorem & antiquos polygonatum est, quæ candidam radicem habet, pluribus geniculis plenam: cuius saporem Gal. & Paulus explicare nesciuerũt. Recentes nonnulli crassissimo errore detinentur, putantes apud Serapionem secacul polygonatũ esse: quũ secacul nõ eryngium (vt interpres dicit) sed altera radix sit. Rectè ab aliquibus genicularis dicitur, nomẽ Græcũ polygonatũ, scilicet exprimentes, à polygonio mare, & fœmina differt, qđ nos vulgo corrigiolam vocamus. A Gallis seau noſtre Dame, à Germanis ex colore vveisz vvurtz. i. radix alba nuncupatur, à Venetis

zenochielli, à Polonis yſziōka vocatur. Ventriculum roborat melle condîta, ſed ſaccharo guſtu perfectior, & ſuauior redditur. Calida eſt ordine tertio, atq; ſicca, & ob quandam ſuperfluam humiditatē Veneré accendit. SE. Cynogloſſæ radices prodeunt. BRA. Quam pharmacopolarum turba caninam linguā putauit, è ſolo eleuatā, canina lingua non eſt: quia per terrā ſternitur canina lingua, & plantaginē in foliis imitatur: ſed obſcabritiem, caninæ linguę aſsimilatur. Ferrariæ habetur, in ſabuloſis locis abūdat. Ibi eam colligeré, vtpote efficacioré: herbámq; & radices ſeruarem. Ab Hiſpanis lengua de pero, à Germanis hundtſzung nuncupatur: quāuis Germani herbā à terra eleuatā, ſurculoſamq; pro cynogloſſa ſumāt. Alterā tñ ab ea, quā noſtri herbarii ſumunt, noſtrum vulgus eā nullo nomine inſigniuit. Imò iacet deſpecta, & ſine ratione calcata. A Polonis pſziciaziczki nūcupatur. Amœniſsimū locum habet Illuſtriſsi. Principes noſter, & alterum tempe, Pado circundatum, quem Beluedere. i. calioſticā vocat, ibi cynogloſſa pulchrior, quam alibi viderim, mirè virer. Eſt frigida, & ſicca ordine ſecūdo. SE. Duronoci ſequuntur. BR. Doronicū à Græco nomen eſt, tamen apud Græcos nunquam doronicum reperi (niſi tu Barbare duronigo, vel

vel durungo proferre malueris, ne à Græco
desumas) minus à Latinis pertractatur. Ara
bes soli nobis hæc dora, id est, dona tribue-
re, quib. in variis simplicib. debemus: Sera-
pio de his pertractat. Sūt eñ radices paruę,
dulces in formā (vt inquiūt) calami aroma-
tici, quæ plures medicinarum cōpositiones
ingrediuntur, vt electuarium de aromatib.
Alias quot sint apud antiquos, explicare co
nabimur. Nōdum compertum nobis est ad
hoc vsq; tēpus doronicum. Audiuimus fo-
lium habere in morem violarum. Calidum
& siccū esse ordine tertio testantur Serapio,
& Auicēna, & ita esse cōstat. Ex Apulia Ve-
netias feruntur. SE. Behen albi, & rubri radi-
ces occurrunt. BR. Recētes inter ben simpli-
ci e, scriptum, & been duplici e differētiam
faciunt. primum est fructus quidam, secun-
dū radix. Re vera hæc nomina barbara sunt
ben, been, vel behem: suo modo tractēt illi,
& scribāt. Nam vt in reb. recentes, ita in or-
thographia cōfusi sunt. Quicquid tamē sit,
apud Arabes ben, vel been, granū est angu-
losum, magnū, vt auellana, à Dioscor. IIII. lib.
Balanum myrepsicen, à Latinis glandē vn-
guentariam appellatū. Plinius vno nomine
myrobalanos vocat. Apud nobiles mulieres
Ferrariēses notissima est hęc glās, qua oleū
inodorum. i. omni odore carens exprimūt,

tamen ad omnes ſuſcipiendos aptum. Authores in folio diſsident: nam Plinius heliotropii foliũ habere cẽſet. Theophraſt. IIII. de plantarũ hiſtoria, myrti: Dioſc. myricæ: Theophraſtus etiã, fructum cappari, Dioſc, auellanæ comparat. Nec mirũ, quia res eadem mihi ſub vna forma, illi ſub altera prẽſentatur, præſertim ſi non multùm differãt formæ. Et licet Plinii folium longè ab aliis diſtare videatur: propterea non integrum fortè intellexit, ſed partem vnam ex folio. Hoc been. i. myrobalanum in tua officina habeas, nõ ſolùm ad odores, ſed ad rem medicam. Venetiis emito. Ex Aethiopia, Aegypto, Arabia, & Iudęa Alexãdriã fertur, poſtea Venetias. Sed iſtud beẽ, potius inter ſemina numerandũ erat. Quicquid autẽ ſit, non pauci recentes decipiũtur, qui pro been bac cas cici, id eſt, herbæ, vulgò dictæ mirafole, accipiunt, & ex eis oleum parant, quod pro oleo de been vendunt. Quũ tamen à Dioſc. primo lib. oleum cicinum, & ab Arabibus oleum de cherua dictũ ſit, quod ab oleo balanino. i. (vt more ipſorum loquar) oleo de been ſeparat: imò ſi nunquam de his Dioſc. tractaſſet, cõſtat aliud eſſe, myrobalanum, aliud cicum. At ad rem noſtrã redeũtes, vos duas radices in officinis ſeruatis, quarũ altera ben album, altera ben rubrum appel-

latis:

latis:ben album in Bononienſib.& Veronen
ſibus montib.frequens eſt. foliũ habet ma-
gnitudine foliorũ oleæ, ſed in acutũ tendit.
Radix ferè per terrã ſerpit, è qua multi ra-
muli hinc inde creſcũt,vt in gylcyrrhiza fit: 5
florem veluti ſtellã albam habet:Been verò
rubrum circa maritima naſcitur. Ad nos ex
monte Gargano.i.ſancti Angeli defertur:vt
coniectari poſsim apud Arabes nõ ben,ſed
behẽ, proferendum eſt.de quib.Serapio ca. 10
ccxx. Quid verò ſint,non poſſumus, vel ex
Serapione,aut Auicẽna colligere, qui eorũ
colorem tantũ edocẽt. Ideo an ſint iſtæ ra-
dices,quæ ad nos afferuntur,incerti ſumus.
Græci(quod ſciuerim)hæc nũquam ſcripſe 15
re. At quia hominũ animis ita receptũ eſt,
ideo & tu behem album hic collige.Rubrũ
ex aliis locis habebis,Balanũ myrepſicã ca-
lidã ordine tertio,& ſiccã in ſecũdo Auicen-
na iudicauit: tamẽ & humiditatem habere 20
cõſtat,& oleagineoſa eſt.Radices verò,quæ
been nuncupãtur, calidæ,& ſiccæ ſunt ordi
ne ſecundo.Serapio verò ſecundũ Aben Me
ſuai inquit radices has eſſe calidas,& humi-
das:verum in hac re Auicẽnnę potius cõſen 25
tiendũ eſt,& ſi radices hæ virides aliquã ha-
beant humiditatẽ.A Polonis been dicitur,
ſed addunt biali,& czeruoni.i.album,& ru-
brum.ss. Corallina ſequitur. BRA. Inter ra-

dices

dices corallinam numeras? BR. Radix nō est, sed quia terræ inhæret, propterea radicū loco ipsam dispōsui. Dubitabam, an inter herbas numerarē. Verūm nihil cū herba commune habere videbatur, nec cum radice. De his autem nihil ad nos, modò ipsius copiam in officinam portē. BR. Hic nō habetur, sed circa mare in lapidibus, & ostrearum testis. Græcè βρύον θαλάσσιον, Latinè muscus marinus dicitur. De eo Dioscorides li. iiij. pertractat. Pandectarius, & Genuēsis, lichenē herbā cum musco marino confundere videtur: sed grauius Pandectarius, quā Genuēsis. quippe qui omnia absq; ordine simul misceat, quæ bryon nuncupātur, & præsertim in hoc marino bryo & lichene. Sed de his viris nihil ad nos, qui muscū falsō & vsnē cōparāt, & Dioscori. pessimè adducūt. Quod si apud ipsos videre lubeat, caput de animech legito. Vnde breuibus, quā corallinā vocamus, & in frequenti vsu pro puerorum vermibus est, à Dioscoride, Galeno, & aliis muscus marinus nūcupatur. Sed hāc vim ignorarūt antiquiores, quòd vermes interficiat, quā posteriores ita esse cōprobarūt, & amara est, & nunc tota Græcia eo pro vermibus vtitur. Imò sunt qui per plateas & vicos attritam corallinā vendant: ita ferè clamātes σχολιτοβότανον, σχολιτοβότανον, ac si dixerint, vermes interficiens,

ficiens, vermes interficiens. quanuis suo vulgari idiomate verba in i, potius finiant dicentes, κολιτοβόταν. Mulieres pro vermibus puerorum vili pretio emūt. Herba est omni no, & herba à Dioscoride dicitur. Vno tantū perturbor, Plinii eadē ferè de musco marino scripsisse, quæ Dioscorides, vno dempto: quia Plinius lactucæ folium habere dicit, sed crispius. Constat autem nostram vocatā corallinam lactucæ folio carere, imò similis est musco, imò muscus. Vnde Hermolaus qui Dioscoridē per Plinium interpretatur, Lactucæ folium habere dicit, quoniā & Plinius cap. viij. libri xxvij. ita scriptum reliquerat. Marcellus verò capillata herba interpretatur. Nam codex Dioscoridis Græcus τριχώδης legit, quasi in modum tricharū & capillorū. Hermolaus aūt interpretatur, ac si scripserit τριλαχώδης. id est, in morem lactucæ: non autem τριχώδης. Vterque verū dicere potest. Plinius folia quædam serpentia latiora considerans, quæ formam lactucæ habent, & ferè muscum concomitantur: Dioscorides capillamenta illa, quæ propriè muscus sunt: vt de vna re Plinius, de altera Dioscorides loquatur, sed eodē loco nascantur. Nobiscum Marcellus est, aut nos potius cum Marcello. Nec moueor quòd eisdē viribus Plinii bryon, & Dioscoridis insignian

tur:

tur: quoniã nõ ab re eſt, duas herbas eodem
præciſe loco natas eaſdẽ vires habere. Hę au
tẽ circa mare, inter lapides, atq; ſaxa naſcun
tur. SE. Mirum eſt, Plinium de corallina nun
quam pertractaſsè, ſi hæc non ſit. BR. Quid
hoc ad rem facit? Multa præteriit Plinius in
re herbaria longè potiora. SEN. Eſtne aliquis
ex antiquioribus, qui ad puerorum vermes
corallinam valere ſcribat? BR. Nullus (quem
ſciuerim) ſed nõ eſt opus omnia ab antiquis
ſcribi, & nos ab eiiſdem omnia petere. Nu-
per inuentũ eſt hoc, & ita eſſe nemo nõ ſcit,
imò corallina ſoluit, vt experientia oculata
fide demõſtrat, quam tamen inter conſtrin
gentes res antiquiores enumerant. SE. Non-
nulli tamẽ reperiuntur, qui ſolùm antiquos
ſectari volunt, nullis aliis credentes. BR. Hi
eorum ingenia abiecta, vilia, & abſque iudi
cio exiſtimant, quæ noua quædam inuenire
non poſsint, id neſciẽtes, facillimũ eſſe inuẽ-
tis addere, & duce experiẽtia multa inueni-
re. Nam & antiqui homines fuere, & in mul
tis plurimi errarunt. Nos multa in dies via
regia inuenimus, & experiẽtia, quę fortè ab
aliis inuenta fuere, ſed à nullo ſcripta, quem
nouerim. Nihil enim eſt, quod non efficiat
humanus animus, modò velit. SE. Vnde ſum
ptum eſt hoc nomen corallina? BR. Quia vt
corallius in aqua naſcatur, & vbi corallii na

ſcuntur,

scuntur, etiam inuenitur: propterea nõ pauci decepti sunt, coralliorum folia esse putantes, & hi peiussentiunt, qui corallinam, & corallium idem fecere: quanquam & coralliũ puerorum vermes necet, & eorum comitialem morbum, quem brutã vocamus, tollat. A Neapolitanis herba de mare nuncupatur, à Gallis barbontina. A Galeno sexto de simplicibus frigida & sicca existimatur. Verùm tu id rectè considera, quoniam & amara est, & acredinem quandam habet, & deiicere facit, vt secundi ordinis saltem caliditatem habere videatur. se. Zenestræ radices occurrũt, tamen non sunt in magno vsu. BR. Non zenestram, sed genistam proferre debes, à Dioscoride σπάρτιον, & à Galeno σπάρτον appellatur. Flores, radicem atque herbam seruato. Mesue inquit genistam siliquas facere in modum lengibi. Interpres pro lengibi, orobum vertit, quũ fasellum significet. Ideo interpres dedit ansam Manardo rèprehenden di Mesuen, non ipse Mesue, qui siliquas genistæ fasello cõparat, quanuis nõ sit ingens diferentia ab orobi siliquis. Genista calida & sicca ordine secundo existimatur. SEN. Impetatoriæ radix, & enduiæ sequuntur: sed enduiam in Ferrarienſi agro habere studebimus. BR. Cur in tua officina imperatoriam habere studes? Ingredit úrne compositiones

aliq

aliquas? SE. Non equidem, sed ethologis, & pseudo medicis nonnullis eam vendo. BRA. Quam herbam imperatoriam putas? Quippe Leoniceno visum est, Ligurum imperatoriam, verũ Ligusticũ esse: tamen multæ herbæ variis in locis imperatoriæ dicuntur. SE. De illa nunc loquor, quam ita Ferrariæ appellamus, tria folia habẽte, quorũ mediũ in tres partes distinctũ est: quæ è laterib. sunt, in duas, vt medium folium coronã ferè imitari videatur. BR. Herbã noui, sed nusquam apud antiquos (quod sciuerim) eam reperi. Cõtra quartanas valere certũ est, & aderuẽdos partus, ac faciles reddendos experta: cerebrum expurgat, & à superflua humiditate liberat. SE. Quam qualitatem habere putas? Experimento, & viâ regia Galeni, calida & ficca esse deprehenditur, & ordine secũdo. In montibus Bononiensibus copiosè prouenit. Reliqua prosequaris. SE. In calce radicum sumus: cortices sequuntur, quos prosequi incipiemus, si dulci quiete, & gratis obsoniis vẽtriculum, & membra donauerimus. BRAS. Vt lubet agatur.

DE CORTICIBVS, QVORVM IN FERrariensibus pharmacopolarũm officinis vsus est.

BR. Eia expediamus, cortices numera, quos herbarius in hunc sacculum colligens seruabit.

bit. HER. Operi accinctus sum. SEN. Granato rum cortices aliis corticibus ianuam recludunt. HER. Diebus elapsis sacculum horum corticum collegi. BR. Verum est, vbi de floribus sermo incidit, malicorium ab antiquis § dici ostendimus. SEN. Citri cortex sequitur. BRA. Et hunc corticem in fructibus tractaui mus, quem nunc sacchraro condientes ventriculo roborando paramus: & ars in summo est, vt nihil addi possit. SE. Ergo ad sambuci cortices accedamus. BR. Et de sambuco in herbis expeditum reliquimus. SEN. Cinamomi cortex consequitur. BR. Cinamomū nostri pharmacopolæ non habent, sed loco eius casia syringe vtūtur. A Dioscoride mosylicum (ex Mosylo Aethiopiæ promontorio, in quo est harum rerum emporium) col laudatur. Id etiam probat Dioscori. quod nigrum colorem habeat, & quod cum vino diluitur, in cinericium colorem transit, quod habet virgulta tenuia cum læuore, quod habet nodos per totum cōtinuos, & quod odoratissimum est. Quod autem animadūersio ne dignum est, id est quod inquit, colorem nigrum habere, & quod quum vino diluitur, in cinericium colorem transit. nam hoc modo interpretatus est Marcellus. Hermolaus aliter exponit, scilicet aritudine cineris fuluum. Serapio autem Dioscoridem hoc

loco refert, ac si dicat, cinericium colorem habere cũ rubore. Re vera à Serapione dissentire non possum, quum hæc sint Dioscoridis verba: τῇ χροίᾳ μέλαν, τεφρίζον ἐν τῷ οἰνώδει. id est, colore nigrum. Verùm quia nigrũ exquisitè non est, addit, tãquam cinericium in vino. ac si dicat, cinericium in rubro, vt Serapio refert. Et Galenus optimum cinamomum cinericium esse in theriaca ad Pisonẽ fatetur. ibi enim cinamomi notas edocens, inquit: τεφρώδεις τῇ χροιᾷ. id est, cinericium colore. In libro etiam de Antidotis, vbi probatissimum cinamomũ describit, talem colorem habere inquit, tanquã si lacti phœnix simul iuncta sint: album, phæũ, id est, fuscũ, & cyaneus, fit ille color cinericius cũ vino, id est, cinericius cum rubore, vt in pluribus rebus, & coloribus ipsis, dum hæc scribere-mus, experti sumus. Erat autem talis rubor, vt potius in subcinericium inclinaret: quam ob rem Serapioni potius inhæreo, quã Marcello sibi suam interpretationem fingenti, & Hermolao. Ad rem nostrã redeuntes, cinamomo caremus, præsertim perfecto, quod mosylicũ dicitur, & à Galeno in libro de Antidotis odorem, qui dici non potest, habere iudicatur, & gustũ calefacientem, sed nõ ita validè vt mordicet, & tristitiã faciat. Colorem

rem habet, qualem suprà diximus. Additq; in libro de theriaca ad Pisonē, id probatissimum esse, quod virgulta gracilia habet, & frequentes nodos, odorē longè optimū, suauissimumque: & gustu acre nobis apparet, mordax admodum. Postea addit: διαμασασθαι μικρον πικανθεισαν δοκεῖ. id est, mansum rutæ similitudinem præ se ferre videtur. Qui Galeni locus ostendit Manardum celeberrimū immeritò Marcellum taxare, qui in probatis codicibus se inuenisse, rutæ odorem spirare, fatetur. Nam & hoc Galenus proculdubio censet. Nec refert quòd grauis sit rutæ odor, & à Galeno cinamomū odoratissimū prius dicatur: quia simul consentit, aliquid odoratissimum esse, & quodā modo in rutæ odorem spirare. Quod in Dioscoridē intelligendū esse, Serapionis testimoniū probat, inquietis: Et melius eo etiā est, quod cū odore optimo suo, trahit odorē rutæ, & cordumeni. Ad rem igitur, qui volūt vocatā canellam esse cinamomū, decipiuntur, eū ob alia multa, tum ob hoc præcipuè, quia canella nō habet frequētes nodos, & canella est tanquā cutis, vt Plinius, & Theophrastus testantur, cinamomum tanquam cortex: quanuis Dioscorides in hoc illis aduersetur. Etiā canella coralliorum colorem habet, nō autem cinamomum, sed prędictum. Tamen quum

sex species cinamomi inueniantur, vt Galenus locis citatis, Dioscori. Theophrastus, & Plinius censet, imò inter optimum, & pessimum genus sit maxima distantia, & differentia. Non dubito nos aliquam speciē habere, & vidimus album cinamomū, & nigrum, id est, quod in hos colores inclinabat, & quod est simile casiæ rubenti: sed mosylico caremus, quod inenarrabilem odorem habet. Et si accidat nos optimo cinamomo vti debere, duplū casię accipere possumus, id est, duplum probatissimæ canellæ. Nec argumentum Quinti, quod Gale. in libro de antidotis refert, alicuius mométi est, si deberemus bibere cyathum vini Cretici, & desit, nos debere duos cyathos loræ bibere: & si desit panis ex similagine, duplū furfuracei edere debeamus. Argumentum hoc ad rē nihil facit. Nam quod de cinamomo, & casia dicitur, idē est ac si ad ferendū pondus viro forti indigeremus: at ipso forti viro carentes duos debiliores accipiamus. Canella aūt, quę pro cinamomo sumi debet, ea est, quæ gizir, vel gizi nuncupatur. Difficile autem est, & optimum cinamomum, & optimam canellam nosse, nisi sæpius experti simus, vt Galenus testatur Nam pseudocinamomum, & pseudocanella habentur: tamen si quis expertus est (vt Galenus in libro de Antidotis tra-

dit)

dit)facillimum est optimum cinamomũ co
gnoscere,quod quãtò magis bonũ est,tantò
diutius durat.Et hi summè delirant, qui ci-
namomũ senio non affici contendunt: imò,
vt præcitato loco inquit Gale.non seruat ad
trigesimum annũ synceras suas vires.SEN.Si
nostra canella cinamomum non sit, quid igi
tur esse iudicas?BR.Constat apud antiquos,
quod canellam appellamus,casiã esse, & ca-
siam syringa.Casiã verò nunc à nobis ita ap
pellatam,quæ ab Arabibus fistula vocatur,
alia res est,de qua (vt in fructibus prædixi-
mus)antiqui nunquam tractarunt. Vt autẽ
ad rei summam accedamus:Tria sunt apud
Ferrariẽses,& Venetos pharmacopolas,quæ
cortices sunt:vnũ,casiam ligneam ad differ
entiam casiæ quæ soluit,appellant:aliud,ca
nellam:tertium,scauczonũ dicunt.Scauczo-
ni sunt canellæ frustæ,& ineptiores partes,&
in horum genere quandoque cinamomi fru
sta inueni,odorata valde, colorem mistũ ex
albo,lacteo,fusco ,& cyaneo , & nodos fre-
quentes habentia : quam appellatis casiam
ligneam , est pseudocasia Dioscoridis : quæ
etsi cum casia similitudinẽ habeat, gustu ta-
men deprehenditur,nec odorata est aliquo
modo.Quam verò canellam dicitis,est vera
casia Dioscoridis,non cinamomum : tamen
quia inter casias,id est,nostras,canellas , ali-

qua frusta inueniuntur, quæ cannas longas, angustas, crassas, & fistulis plenas habẽt, gustu erodentes, & adstringentes cum aliquo feruore odoratas, & odorem vini referẽtes.

Hæc est prima species à Dioscoride descripta, quæ à Barbaris dicitur lada, & in fasciculis nostræ casiæ aliqua nigrescens inuenitur, quã Dioscorides ζίγιβ, appellari dicit, quanuis Galenus in libro de Antidotis duas syllabas habere fateatur, quarum prima est ex γ & ι, secunda est ex ſ & ι, vt γίſι dicatur: propterea Hermolaus à Manardo reprehenditur, qui dixerit à Galeno γίſιβ appellari, quũ Galenus etiam literas enumerans γίſι, scriptum reliquerit. Non vidit autem Galenũ aliis in locis vario modo proferentẽ. Nam in Theriaca ad Pisonem probatissimam casiam laudans, ab incolis inquit, ζιγγίβιβ appellari: propterea in his barbaris nominibus nemo reprehendendus est. Id autem addam inter fasciculos casiæ nos frequenter cinamomum vidisse, & non, vt Hermolaus dicit, quòd casia ad nos non veniat, sed in xylocinamomo inueniatur, multa genera & casiæ, & cinamomi ab authoribus ponuntur. Tu ipse Dioscoridem, Theophrastum, Plinium, & Galenum, præsertim in libro de Antidotis, legere poteris, vbi horum species exactè tractãtur. Mihi nũc satis fuit nostram

stram canellam speciē casię esse demōstrasse,& quam dicunt casiam ligneam esse pseudocasiam, & cinamomum quandoq; inter frusta casiæ scauezonos appellata inueniri.

SE. Tecum sentiam quousque meliora discere potero.

BR. Nunquam meliora disces, nisi hoc verum esse confirmes, quempiā per Venetorum nauigationes Alexandriā mittens,qui in felicē Arabiam equitet: is poterit verum cinamomū,aut veram casiam asferre:quanquam hic idem Alexādria, dextrorsum iter petēs in Aethiopiam ad Mosylicum promōtorium accedere possit. Hæc de cinamomo,& casia lignea,casia syringa, & canella dicta, quam eodē nomine Galli, & Hispani vocāt canella,Germani verò zimmet:non desunt tamē qui rinden addāt, id est,corticem.Poloni cinamon vocant cinamomū,& casiam Galenus in VII. de simplicium medicamētorum facultatibus,calidā & siccam ordine tertio esse fatetur.Et in eodem ordine suam casiam ligneam esse cēset Auerrois.

SE. Mādragorę cortices sequūtur.

BR. In mandragora plura sunt,quę cortices cucupari possunt,& in fructu,& in radice,& in foliorum costis.Quem corticem accipitis vos?an radicis corticem, quem Dioscorides filo suspendi,& seruari dicit?

SE. illum, inquam.

BR. Et solùm cortex apud vos in

vsu est?SEN. In somniferis quandoq; fructibus vtimur. Tamen ex mandragora plura à Dioſco. ſeruare iubemur, quę ſingulatim explicare tentabimus. In primis autem duo mandragoræ genera ab authoribus poni ſcito, præſertim Dioſcoride. Secundum genus morion dicitur. Hermol. id pomũ eſſe putat, quod vulgò deſdegnoſo nucupamus. in fictili ſupra feneſtras naſcens. Argumentum habet, ſi quis ex hoc pomo comederit, inſanus fit: ex hoc, inquam, quod morion dicitur. Noſtra autem hæc poma Ferrariæ ſupra feneſtras frequẽtia, melãzana (à Neapolitanis præſertim, à quibus in ſummo honore habẽtur, & in magno vſu ſunt, & etiã Venetis) appellãtur, quaſi mala inſana, vt Hermol. inter prętatur. Hęc aũt potius cõiectura eſt nullius momẽti, quam argumentum. nam illuſtriſsimas Iſabellã, & Iuliam Taraconenſes per totam æſtatẽ eiuſmodi poma melanzana comedentes vidimus, & ſingulis annis in pultariis decocta, & quãdoq; frixa, ex oleo, ſale, pipere, & quãdoq; aceto. Tamẽ nunquã inſanæ viſæ ſunt, ſed in dies ſapientiores euaſere. Nec ego ab illis abſtinui, imò & ipſę illuſtriſsimę ſorores ad me cocta miſerũt, cũ Ferrariæ habitarẽt. Expulſo enim patre Federico rege Neapolit. exules, per Gallias cũ patre, matre, & duobus fratribus

iuere.

iuere. Alterum fratrem apud Hiſpaniarũ re
gem habebãt, qui captiuus cuſtodiebatur.
Patre vita functo, mater illuſtriſsima, & ſan
ctiſsima in Italiam venit, & Ferrariã petiit,
milleſimo quingẽteſimo ſeptimo, vbi vſq;
ad milleſimum quingenteſimum trigeſimũ
tertium annum, infeliciſsimã vitam, ſed ſan
ctiſsimam duxit: quippe omnia incõmoda,
omnia ſiniſtra, oẽs infelicitates, & calamita
tes illi accidere, quas humanus animus fer-
re poteſt: quo anno infeliciſsimã illam vitã
cũ vera, & ſempiterna cõmutauit illuſtriſsi
ma Iſabella Bautia (hoc enim nomine voca
batur.) Poſt matris obitũ duę pudiciſsimæ
ſorores milleſimo quingẽteſimo trigeſimo-
quarto Ferraria diſcedẽtes, maximo omniũ
dolore, & ploratu, Valẽtiam petiere Hiſpa-
niæ Taraconenſis vrbem, vbi frater olim ca
ptiuus, nũc prorex effectus, moratur. Inte-
rim dũ mater vitali aura fruebatur, duo fra
tres obierãt, vnus in Gallia, alter Ferrariæ
Cęſar illuſtriſs. Sed his omiſsis ad mãdrago
rã veniamus: quippe ſecundã mandragoræ
ſpeciẽ à Dioſcor. poſitam melanzanum eſſe
inficiamur, vel (vt nos dicimus) deſdegno-
ſum pomum. Primã verò ſpeciẽ lata folia
habentẽ in his montibus colligere poteris:
eam etiam in Bononienſibus montibus fre-
quentem vidimus. Sed ex mõte Gargano ad

nos potissimũ affertur: ex ipsa sequẽtes partes serua, ex mare præsertim, nõ ex fœmina: quia in marem & fœminam partitur Disc. & fœmina multò minora folia habet, & pomum in duplo minus, quã mas. Primò igitur ex cortice virẽtis radicis succum serua. Radices tunde, postea prælo exprime, & insolatus sit: cũ defæcatus cõcreuerit in vitreatũ vas, aut picatum serua. A Dioscoride poma colorẽ vitelli oui habere dicuntur, à Theophrasto, & Plinio nigra. Re vera nec nigra dici possunt, nec lutea: tamen in luteum potius colorẽ inclinare videtur. Præterea radicis corticem funiculo suspensum serua. SE. Hoc est, quod seruamus. BR. Imò radices in vino ad tertias coque, & pro grauissimis doloribus, & membris secandis serua. Nec folia despicito, quæ sale seruãtur: etiã vinũ ex cortice radicũ sine coctura fit. Si vini dulcis cadum acceperis, & corticis põdo tria conieceris, pro his, qui secari, & vri debent, poma & ipsa cõserua, & liquorẽ ex radice incisa manantẽ. SE. Omnia seruabo. Sed quid est, quod Dioscor. caule carere tradit? BRA. Theophrastus, & plin. hic lib. xxv. cap. xi. ille vi. de plantarum historia, caulem habere censet. Dioscorides aduersatur caulẽ habere. Sed res ipsa iudex sit, breuẽ habet caulẽ: ideò nõ mirum, si absque caule à Dioscoride

de pingatur. Illi verò caulem habere voluerunt: quia breuissimum saltē habet. Sed hęc aliàs. Nunc id tantū addam, impostores circūforaneos inueniri, qui radices humana effigie insignitas ferāt, quas mādragoras esse testantur. Sunt aūt fictitiæ, & manufactæ radices ex cannarū radicibus humana effigie sculptis, postea plantatis nascūtur radiculæ paruæ, quę repręsentant capillos, barbā, pectinis pilos, & ex terra eum colorem acquirunt, vt radix esse videatur. Fabulātur verò adeò altè clamare hos homunculos, vt obturatis auribus erui oporteat, quod faciunt hac radice canis caudæ adalligata: & plura alia fabulamēta, vt nūmos extorqueāt à mi seris ignaris, fingūt. Si verò Colum. in horto adducas mandragoram sęmihominē vocātem, vel deceptus est hic author, vulgi opinionem secutus, vel (quod magis probo) ita scripsit: quia eius radix in duas fibras, veluti in duo crura diuiditur. Hispani, vt nos, Germani alraū, Poloni pokrzik, mandragoram vocant. Galenus VII. de simplicium medicamētorum facultatibus libro, calefacere inquit ordine tertio. quem Auerrois ad verbū ferè secutus est. Cū verò exsiccet, ordinem non exprimūt prædicti authores. At recentes tertium ordinē exprimunt. Serapió que illā enumerat inter ea, quæ frigida sunt, &

sicca

ſicca ordine tertio. Auicenna verò humidã eſſe fatetur. Et ratio in promptu eſt, quare cataphora, i. dilatio in ſomnum, & profunditas ab humido fiunt. Gal. verò ſentit, & in radice aliquid adeſſe caliditatis, & in pomis humiditatis, vt manifeſtè apud Galenum ſicca eſſe deprehendatur. SE. Cortices medii caſtaneorum ſequuntur. BR. Per mediũ corticem, intelligiſne illum, qui inter echinum, & ſubtile hymen caſtaneæ carnẽ tegens cernitur, qui immediatè echinũ ſequitur? SE. Non: ſed hymen intimũ, id eſt pelliculam illam intimã, quæ caſtaneæ carni inhæret. BR. Nihil ferè aliud ex caſtanea Dioſcorides laudat, quàm pelliculã illã. Eam enim magis adſtringere cẽſet, quàm alia ſuperiora coria, cùm tamẽ & ipſa conſtrictiua ſint. His autem & caſtaneæ carnem exhibẽt qui ephemeron, id eſt, hermodactylum Colchi. cum biberint, quod venenũ eſt. SE Cortex ille varias cõpoſitiones ingreditur, eã præſertim, quę in frequẽti vſu eſt, vnguentũ de comitiſſa nuncupatum. BR. A Græcis balanus, & Iouis glans nuncupatur. In Sardinia optimę naſcũtur: ſed & apud nos in Regieſi, & Mutinẽſi agro ſapidiſſimæ, verùm minores. A Germanis caſtaneæ keſten appellãtur. Cortex ille frigidus, & ſiccus eſt ordine ſecundo. SE. Raphani cortices ſequuntur. BR.

BR. Ne in æquiuoco verſemur, tres radices noſco, quæ raphani nomine inſigniuntur. Vna, quæ vulgò raphanus propriè dicitur, acerrimum ſaporem habens, adeò vt caput tentet, & lacrymas incitet. Altera radix eſt, quam in quotidiano vſu habemus: ſeminatur q;, & colitur. hãc raphanello appellamus, qui inter olera à cultoribus numeratur: & ab aliis Italiæ gẽtibus, præſertim Rom. armorazzo nũcupatur. Eſt & tertia radix, quę ſine cultu naſcitur, quam ſyluestrem raphanellum dicimus. Tu cuius radicis corticem queris? SE. Illius acutioris, abſoluto vocabulo noſtra lingua raphano appellati. Neſciò tamen cur ptius cortices, quam totam radicem habere ſtudeamus. BR. Quoniam medullium ſub cortice exiſtens minori caliditate afficitur, quàm cortex: præterea facilè putreſceret: cortex verò facilius exiccatur. Nos raphanellum noſtrum apud Dioſcor. raphanum, & à Latinis radiculam appellari iudicamus: quãuis & ſub raphani genere noſter vocatus raphanus contineri poſsit, qui tamẽ à multis creditur eſſe lepidion: hi verò non obſeruant lepidion à Dioſco. herbulam dici: noſter autem raphanus magna herba eſt. Adde Plinium noſtri raphani folia, lauri foliis ſimilia facere, & mollia eſſe: cęſere, quæ poſtea gladioli retuſi formã accipiunt.

cipiunt. Verùm raphanus noſter ampla fo-
lia habet, lapathi acuti foliis ſimilia, & mul
tò latiora. Noſter igitur raphanus in rapha
ni genere poni videtur, nõ aũt in lepidio, qã
idem videtur Dioſcoridis lepidion, & ſeita
ragi Serapionis, præſertim ſi ſeitaragi herbã
intelligamus. In his montibus tui raphani
radices collige. Aliâs hæc omnia ad ſenſum
oſtendemus. SE. De lepidio plura audire cu-
pimus: quàm à te dicta ſint. BR. Noſtrum de
pilulis libellũ legito, vbi de lepidio integrã
hiſtoriam habes, atq; hiberide. Callidus eſt
ordine tertio, & ſiccus in ſecũdo. Hiſpani ra
banos, Germani rattich, Poloni vzodkieru,
Neapolitani raucatara raphanũ vocant. SE.
Capparorũ cortices ſequuntur. BR. Te etiã
in his radices quærere arbitror. SE. Radices,
inquam. BR. De his ſermo fiet, ſi in primis ti
bi oſtendam Pãdectarium in raphano ſum-
moperè errare, vtpotè qui à Gal. ſcandicem
vocari cenſeat: cùm ſcandix alia herba peni
tus ſit, inter olera ineptiſsima, quæ quidem
apud Plaut. dmnatur. Nam quendã expro-
brat, vtpote ſcandicis vẽditorem. Et matri
Euripidis exprobratũ eſt, quòd neq; legiti-
mum olus, id eſt, ſcandicẽ vẽdiderit. Ad cap
pares redeũtes, notiſsimi ſunt, & nũc freque
tes, & optimi Ferrarię naſcuntur, in aſperis,
& gracilibus locis, & in ruderibus: imò, niſi

imped

impediantur, adeò vagè incedunt, vt proximum solũ impleant, & arescere faciant. Semen ipsum, folia, & radicũ cortices seruare oportebit. Plin. Arabicum pestilentem esse tradit. In quam sententiã venit etiam Gal. Africus, Apulus, & Marmaricus quondã infesti fuere, nunc probati euaserũt. Imò nos ex Apulia præcipuè habem⁹, quãuis in multis locis nunc Ferrariæ vireant. Antiquitus etiam caulis & fructus sale seruabantur, sed nunc & aceto: mirum est de eo, quòd omnes medici pro cõperto susci piunt, ad ventriculum roborandum valere, & ægris appetentiam facere credentes. Tamen Dioscor. certissimis verbis ita scriptum reliquit, aluũ turbare, sticulosum esse, & stomacho noxium: tamen minus noxium esse stomacho coctũ quàm crudum: omnes tamen pro ventriculo tribuũt, vt magis vigeat. Sed nõ miror: qa & coriandrũ pro roborando capite exhibent, cui tamen, vt Dioscor. fatetur, obstat, nisi capitis vitium sit ratione ventriculi. De capparibus fortè id credunt, quoniã à Paulo Aegineta lib. 1. cap. LXXIIII. appetẽtiam facere dicitur, & in principio cœnę edi ex oleo, & aceto, vel ex oxymelite, quemadmodum & nos vtimur: verũ, & si ita conditus appetentiam affert, non tamen ob hoc ventriculo conuenit: quia id est pro eo tempore

ratione

ratione condimenti. Alioqui Dioſco. oppo
neretur Paulus, quem tamen imitari ſum-
mè ſtuder. Tu Ferrariæ radicũ cortices ha-
bere poteris, in viridario præſertim Ioannis
Braſauoli patrui, qui cura Hierony. Braſa-
uoli affinis ſtrenuiſsimi, ibi virent. Sed cùm
efficaciores vires in mõtibus habere puté,
propterea hic collige, & ſerua. Hiſpani cap-
pares, & alcaparas nũcupant. Recentes, qui
Auicẽnam imitati ſunt, calidos, & ſiccos or
dine ſecundo cappares eſſe fatentur. Tamen
Galenus inquit, non ſegniter deſiccare, pro-
priè de radicũ cortice loquẽs. Vnde & Auer
rois, qui Galenum imitatur, calidos eſſe or-
dine ſecũdo, & in tertio ſiccos dicit. Auicen
na fortè de fructu intelligit, & nõ de radice.
SE. Thuris cortices occurrunt. BR. Thus cor
tice caret: ſed cortex, qui à Dioſcoride thus
dicitur, eſt arboris thus gignẽtis cortex. Ha
betiſne vos alium thuris corticem diſtin-
ctum? SE. Non habemus: ſed cùm opus eſt
eo vti, inter grana thuris inuenimus. BRA.
Tamen ſi thus optimũ eſſet, in eo corticem
habere non poſſetis. SEN. At omnia grana
probatiſsima nõ ſunt, nec omnia alba, aut
rotunda ſunt: nigra etiam inueniuntur ple-
na cortice. BR. Tamen quenque pharmaco-
polam pro viribus probatiſsimum habere
conari oporteret. SEN. Nos in vnguentis

hoc

hoc nigro vtimur. BR. O execrabilis error: id facitis, ac si vnguēta ad humanam vitam nihil faciant: quum ex ignauiori vnguento (nunc vnguenti nomine abutor, vt recētiores faciūt, ad emplastra ampliātes) nūquam ad cicatricē vulnera perueniāt, & causa putredinis sint. Vnde opus est exquisita simplicia medicamēta vnguenta etiā ingredi. Ex thure quatuor in officina tua seruato. Thus ipsum, quod est arboris lacryma ad quinq; ferè cubita altę, folio pyri, secundū aliquos secundū alios lauri, secundū alios salicis, secundum alios terebinthi. Theophrastus tñ ac Pli. illis cōsentiūt, qui lauri folia habere, inquiunt. Nos incerti sumus, Propter incertos authores: miror tñ rē hāc adeò incertā esse: sed certiores futuros breui speramus. A Græcis libanus dicitur. In Arabia nascitur, tanquā lacryma ex cortice suæ arboris emanat, vt apud nos in prunis, & malis Armeniacis gūmi fit, grūgo appellatū. Mas in thure, rotūda lacryma, & quæ alba sit, dicitur, quod cæteris præferē. Alii colores, vt rufus, & niger ineptiores sunt. Rotunda grana arte faciunt auari mercatores, ea in primis quadrantes: postea per vas fictile ducentes quoad in rotūdū tendāt. Iidē pessimi homines thus resina pini, & gūmi arte quadā simul miscentes adulterant. Aduterium igne

deprehenditur, nempe thus accenditur, & cõfestim ardet: gũmi verò nõ accenditur. i. flammam nõ emittit: resina in fumũ euane scit. Ideo adulteratũ, fumum potius, quàm flammã emittit. Ex India etiã affertur, sed peius quã Arabũ. Curabo, vt saltẽ arboris folia, ramusculúsue afferatur, quũ Illustrissimi Principis nostri nauis Alexãdriæ litora appellet: facile eñ est ex Arabia, vel in dia Alexandriã ferri. Venetiis hęc emes. verũ opus est arboris corticẽ habeas, nõ thuris, vt quidã ignari putarunt, quia thus cortice caret. Est autẽ cortex ad varias ægritudines, ad quas priuatim valet, necessarius: nec thuris mãna, vel pollinẽ omittas. Est autem manna mica paruã (vt inquit Plin.) ex cõcussu elisa, sicut in tritico id subtile, quod ferè volat, pollinẽ appellamus: ita hæc, qđ valde subtile est, per cõfractum, vel per motum, pollinẽ dicunt, vel manna. Tamẽ quũ easdem vires habeat cum thure, imò & ineptiores, an pollinẽ haberes, nihili facerem tamen. Cùm enim a Gale. dictum sit, thuris mannam, ad aliqua priuatim valere, ad quę nõ adeò efficaciter thus valet, propterea & distinctum pollinẽ habeas, quanquã vnum pro altero sumi possit, Gale. in quinto methodi medendi libro teste. Nõnulli verò in thuris manna decepti sunt, eam esse manna,

nam, quæ soluit, & quæ è cœlo descendit arbitrantes. Nō est autē opus thuris fuligi-
nē omittere, quia ad multa priuatim in re
medica valet. Arte autem paratur, vt apud
Dioſc. & Plinium, quum domi eris, videre
nihil impediet. Nos vulgò thus incenſo ab
accendendo dicimus, Galli encens, Hiſpani
encentio, Germani vveirauch appellant. Eſt
calidum in ſecūdo ordine, & ſiccū in primo.
quod & Auicenna teſtatur. SR. Macis ſequi-
tur, qui inter cortices numerari debet. B R.
Aut Dioſco. de mace nuſquam locutus eſt,
aut quid ſit macis ignorare videtur. Primo
enim libro de macere pertractat, inquiens
ita appellari à Romanis corticē, qui à bar
baris affertur, craſſus, colore ſubrufo, qui
vehementiſsimè in guſtu adſtringit, quia à
barbaris afferri dicit. Marcellus caput de
macere Dioſco. adiunctum eſſe putauit, &
quia rem conciſe tractat, & extra aromata
ponit. Nobis autem proprium Dioſc. caput
eſſe videtur, quoniam à nullo Dioſco. codi-
ce abeſt, & Paulus Aegineta, qui Dioſc. con
ciſe refert, de macere tractat. Dioſco. autem
corticem eſſe cenſet: cuius verò arboris, nec
ipſe, nec Gal. nec Paulus oſtendunt. Plinius
VIII. capite libri duodecimi corticē eſſe in-
quit magnæ radicis, nomine ſuæ arboris ap
pellatæ, quæ ex India vehitur. Et quanuis

ipſe machir appellet,& Dioſco. Gal.& Paulus,macer,re tamen conſiderata quo ad colorem,ſaporem,& vires,idem eſſe cõſtabit. Apud Plinium quid ſit, incompertum eſt, vt ipſe refert. Græci corticem quidem eſſe teſtãtur,ſed cuius ſit,prætermiſere. Serapio quum de mace tractat,Dioſco. & Galenum in macere adducit, ideo quod macis vocamus, & Serapio gisbeſe, idé ſunt cum Dioſco.macer. Eſt autem macer, vel macis, vel macir,vel machir,ſuperior nucis myriſticę cortex , vt etiam Serapio ex ſententia Iſaac dicit.Et Auicenna ipſe teſtatur. Quod ſi nõ ſentirẽt, ab illis ſpontè diſſentiremus:quia re vera macis eſt ſuperior nucis myriſticæ cortex. Quippe corticem habet,veluti tenellum iuglandis putamen, quo nux myriſtica tegitur.Supra hunc corticẽ,cortex alter viſitur , qui totam nucem non tegit, ſed veluti cancellus per nucem diſcurrit,quanuis in aliquibus,ſed raris,tegat,qui eſt ſubrufus,& hoc macis appellatur. Vnde ſine dubio macis eſt ſupremus cortex nucis myriſticæ.Nec iſtud peritioribus reliquimus,vt Marcellus facit, ſed ita certum eſſe affirmamus: quia ſexcenties oculis vidimus,& nũces myriſticas domi cum cortice habemus. Nonnulla tamen ſunt, quæ me mouent, vt exiſtimem aliud per macerem intellexiſſe

Dioſco

Dioſcoridem, quàm ſit hic noſter macis. Primò quia de myriſtica nuce nuſquam locutus eſt. Fortè dices ignoraſſe, q̃ nucis myriſticæ cortex eſſet, de eo autem tanquam de re ignota ſcripſerit, quam etiam, & Gal. & Plin. & Paulus, & omnium recentiſsimus Aetius ignorarunt, imò Plin. ipſe, quid ſit, ignorare fatetur, vel de altera re loquitur, quia inquit, corticem eſſe radicis arboris eiuſdem nominis. Adde Dioſco. dicere eſſe corticem craſſum. Conſtat autem macim tenuem corticem eſſe. Præterea Dioſco. vehemẽter in guſtu adſtringere inquit. Quod Gal. in guſtu multũ acerbo fatet, hoc in noſtro mace non percipitur. Præterea Gal. ſicçum in tertio, & in caliditate, & frigiditate ſuum macerem ęqualem facit. Conſtat autem noſtrum macim in guſtu caliditatem quandam præ ſe ferre. Vnde cum Auicenna ſentio, qui calidum & ſiccum in ſecundo macim facit, quanuis Auerrois quinto Collectionum, in primo ſiccum ponat. Sed arbitror in Auerroi errorem eſſe, & in tertio legi debere. Nam eo loco Gale. imitari videtur: imò & ipſe quid ſit, nõ exponit. Quam ob rem ex his incertus ſum, an cortex, quẽ Dioſco. & Gal. macer appellant, noſter macis ſit. Si enim eſſet, Greci quid eſſet ſine dubio ignoraſſent: & præterea Auicennæ po-

tius assentirer in secũdo calidum, & siccum ponenti, quàm Galeno. Nam amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas. Non enim stypticitatẽ illam persentio, quã siccitas in tertio gradu exigit, & quã Dioscо. excellentem in gustu tradit. Etiam manifestè persentitur caliditas, & operationes id ostendunt, quæ caliditas primum gradũ excedit. Hoc deprehenditur, si quis res calidas vno gradu in ęgritudine frigida applicuerit, & macim, manifestè cõcipiet, macim intensius calefacere, quã simplex aliud vno gradu calidum: experietur præterea nõ tantùm exiccare, vt ea quæ tertio gradu sicca sunt. Quam ob rem aut altera res est Gręcorum macer, vel si idẽ sit cum nostro mace, quod esset ignorarũt. Et quãuis Auicẽna, & Serapio macim nucis moschatę corticẽ dicant, timidè quodã modo, & ex aliorũ sententia potius loquũtur, quã ita aperta frõtẽ sentire videantur. Vnde nos macim nostrũ, extremum nucis myristicæ corticẽ esse docemus. Et qui dubitat, rei ignarus est. Et calidum ac siccũ in secũdo ordine iudicamus. Macim in his montib. non habebis, sed Venetiis emere oportet. Ex India Alexãdriam fertur, postea Venetias. Lusitanorum nauigatio in insulis nuper repertis nucũ myristicarum syluas inuenit, ex quib. ingentisi-

mam

mam macis copiam, præter nuces asportarunt. E longinquo autē odorē spirare sentiebāt. Hispani nostro nomine vtūtur. Cretēses vulgò mace, Poloni muskatoui kruiat. Germani muscatbluſt nūcupāt. Tu reliqua prosequaris. SE. De corticib. quibus vtimur, satis dictum est. Prædicti solùm in vsu habentur. Opportunū erit quiescere, & in hac virenti herba prandere: postea meridiabimur, quoad radii Solis inclinātes intentiſsi mū calorē fregerint: Vespertina hora opus cœptum prosequemur. BR. Non ab re sentis, quippe in illa umbra apud illius riuuli murmur meridiei æstum fugiemus. Interim herbarie mappā sterne. SE. Iam cōmeatus deficit, qui tamen pro hoc prandio satis erit, interim Deus aliquis prouidebit.

DE LIGNIS, QVORVM APVD pharmacolopolas vſus est.

SEN. Nescio an hoc potius sit vesperascere, quam meridiari, quippe sol inclinare iā cœpit. BRA. Vesperascere dici oporteret, si hoc verbum vesperi dormire significaret. Quæ igitur in tua scheda sunt prosequaris. SE. Ligna sequūtur, inter quæ primū locum aloes lignū occupat. B. Quidā ignari aloen huius arboris liquorē esse putarunt, quum aloes herbę potius liquor sit, quām arboris, vt suo loco ostendemus. De hoc ligno nus-

quàm à Galeno(quod sciuerim)scribitur,à Dioſco.& Paulo agallochon lignum appellatur.Serapio Gal.adducit de hoc ligno loquentem,locũ non indicãs:nobis nunquam inuenire licuit,niſi quis librum Gal.adſcriptum adducat, cui titulus eſt, medicinalis experimẽtatio. in quo de huius ligni virib. & vſu agit.Nũc optima ſuffumigia,& odoratiſsima ex illo fiunt ſimul cũ gummi à nostris belzuinum appellato.Fiunt & coronæ, i.indices ad numerandas Deo mulierũ preculas,quos indices torno parant,perforant, & lineæ inſerunt ſexaginta,cẽtum, vel centum quinquaginta.Raméta vẽdũt,etiã caro pretio pro ſuffumigiis parãdis. Sed alia ſecũ miſcẽtes, & in pulueré reddẽtes, paſtillos in longũ & acutũ conformãt, quib.igne approximato ſine flãma in cinerẽ vertitur, ſolum per cubicula odoratum fumũ ſpargens.Hoc autẽ facit, quoad in cinerem verſum ſit,Odoratiſsima,qualia nũquã perſenſerim, Illuſtriſsimus Dux Alponſus parat. Duo à Pandectario mirè fatua ſcribuntur, Vnum,neminem vnquã vidiſſe huius arboris ortum, & ꝙ per flumina Paradiſi terreſtris,quũ aliqui rami franguntur, defertur. De terreſtri Paradiſo idẽ ſentit Serapio ex ſententia Chendfetebeni. Quod quãtum à vero diſſentiat,Luſitanorũ nauigatio oſtendit.

dit. Nam plures harum arborum syluas ingressi sunt Lusitani,& ingētes trūcos in Hispaniā portarūt. Gētes illarū partiū etiam hoc lignum in honore habent,ideo nō mirum si ad nos copia nō veniat. In insula,quę Sumatra nunc dicitur, vbertim crescit,quā plures optimi authores, Taprobanā existimant. Verùm vltra æquinoctialē Sumatra à Lusitanis inuenta est. Ptolemæus autem sub æquinoctiali Taprobanā ponit. Quicquid sit, vnū genus est huius ligni cæteris odoratius,quod illi suo nomine calāpat vocāt: cuius si festucā per quartam horę partē manu clauseris,mirū odoré persenties. Ad nos nō affertur hoc genus, sed ad regnū Cathai,ad regnum Cini, ad regnū Macini, ad Sernau, & Granay portantur, regna ab antiquis cosmagraphis nō descripta. Ibi ditissimi reges sunt, & qui plurimùm odore gaudeant,congeries horum lignorū in Dei honorē vrentes. Fortè hæc insula Sumatra ea est,quā Serapio ex sentētia Aboanisa Simua vocat,in qua probatissimum agallochum nascitur, quàm alio in loco. Certus autē sum, quod ad nos defertur,ex probatissimo genere nō esse:quoniam & si per horam manu clausēris,eximius ille odor non persentitur. Vnde hæc est ratio,ex quisitissimum agallochum in insula Sumatra, vel Taprobana proban-

di, vt referunt, qui per Lusitanorum naũiga
tiones illuc accesserunt, manu claudere, vt
redoleat. Nos autẽ aliter probamus, suprà
ignem ponẽtes. Optimum la crymam facit,
& bonũ odorem spirat, diúq; perdurat an-
tequam comburatur. Aliud vanũ à Pande-
ctario scribitur, sepeliri sub terra, vt odora-
tius fiat: Quod à Serapione accepit; ita ex
sententia Chedfetebeni dicẽte, sed per annũ
condi tradit. Cujus oppositũ Lusitani ocu-
lata fide demõstrãt. Hi recentes chamælæ
radicib. aduterari fatentur. Quod fieri nõ
posse certus eris, si crassiora ligna emeris.
Imò facillimè deprehenduntur ramenta an
ex agallocho sit prædicto modo. Nec Lusi-
tani dicũt ebulliri, postea vẽdi, vt de rheu-
barbaro etiã multi fabulãtur. Græci poste-
riores, vt Aetius, lignũ aloes appellãrut. Nã
hic vir speciatim de xyloaloes tractat. Venẽ
ti vnũ tantũ genus cognoscũt, quod Alexan
dria Aegypti habent, illuc ex Arabia alatũ.
Quod em ex India affertur, ad Venetos nõ
fertur, præsertim ex Sumatra insula, quãuis
ex India per mare rubrum, & per desertam
Arabiam mercatores Alexãdriam tendere
soleãt. Lusitani tres species cognoscũt, quas
etiam tractant: fortè eæ sunt, de quibus Se-
rapio. Tu Venetiis id emes, quod habe-
ri potest, quoniam in Italia non oritur. Ab

Hispa

Hispanis ligno aloes, à Polonis drzeuo aloes soue nuncupatur. Calidum & siccum ordine secundo. SE. Xylobalsamum secũdo loco scriptum est: at quia de eo in fructibus tractauimus, ideo qui tertio loco sequuntur, sandalos proponam. BR. Tria ligna in officinis habetis, quæ sandali nomen habent: album quoddã, id est, cõmunẽ ligni coloré habẽs: album verò ad alia comparatum dicitur rubrum & luteũ. Hoc recentes citrinũ dicunt, cæteris odoratius, imò solum inter alia odoratum. SE. Ita certè habemus. BRAS. Decepti sunt plures, sandalos rubros aspalathum putãtes. Quippe sandalus arbor est, aspalathus arbuscula. Sandalus non est amarus, sed amarescit aspalathus. Sandalus ruber nõ est odoratus, sed est odoratus aspalathus. Quãobrem qui rubros sandalos aspalathum putarunt, longè decepti sunt, cùm propter dicta, tum propter alia multa. In his sandalis Arabib. debemus. hi enim sandalos nobis ostenderunt. Dioscoridem enim, Galenum, Plinium, Theophrastum, de his nunquam scripsisse constat. Venetiis hæc tria genera sandalorũ emes, albos, rubros, & luteos. Cęteris præstant lutei, mox rubri, denique albi. In India potissimùm nascũtur. Lusitani nautæ harum arborum syluas inuenere. Maxima copia in agro Calechut, quod est totius Indiæ

diæ emporiũ, prouenit. In terra etiã Cubæ viget, & variis aliis locis, de quibus nusquã antiqui pertractarunt: sed nuper diebus nostris à Lusitanis inuenta sunt. Ad rẽ igitur, antiquiores de sandalis nusquam recordationem fecere, sed Arabum inuentũ est. Constat autem frigidæ, & siccæ naturæ hanc arborem esse, & in secundo ordine intenso frigidam, in secundo aũt remisso siccam. Deciuntur qui verzinũ, rubrum sandalum esse arbitrantur. nam diuersæ sunt arborum species, quarum copiam Lusitanorũ triremes, & celoces in Hispaniã portarunt. Apud Tarnasarim Indiæ vrbẽ verzinum nascitur. De hoc apud antiquos non habeo quid certi dicã: sed de sandalis, quidã libellus falso Galeno inscriptus circũfertur, qui de secretis Galeni inscribitur, vbi in eo de icteritia sermo fit, sandalorũ meminit: tamen non dicit sandalum, sed mahazari. Recentiores sandalos citrinos interpretati sunt: his aũt nulla exhibenda fides. nam ab Arabe collectus est liber, Galeno inscriptus est. Hispani sandales, Germani sandel, Poloni sandal, sandalos vocant, postea addunt biali, czernonii, & zolti, id est, album, rubrum, & citrinum. SENEX. Tamarix accedit. BR. Ferrariæ pro his, quibus lien tumet, dolia & pateræ fieri cœperunt ex myrice, vt his vasis vinum seruetur, quod

quod hi, qui malè affecti sunt liene, bibere
posſint. De ipso in herbis satis dictum est,
vbi ostendimus ab antiquis myricè appella-
ri. SE. Guaiacum ergo sequitur. BRA. De hoc
ligno plures frustra conati sunt apud anti-
quos aliquid inuenire. Constat enim Dio-
scoridem, Theophrastum, Plinium, Galenũ,
Paulum, Aetium hoc lignum ignorasse: sed
non mirum, quoniam Ptolemæus, Pompo-
nius, & cæteri cosmographi eas partes igno-
rarunt, in quibus nascitur. Nemo enim prę-
ter Lusitanos in nouis nauigationibus illuc
accesſit. Equidem in insulis nuper repertis,
potisſimùm oritur, in ea, quæ Corterati ap-
pellatur, & Hiſpaniola, quæ ab æquinoctiali
parũ distat, & in aliis plurimis, vbi nascitur,
ſimilem morbum habent, vt is est, qui Gal-
lica scabies vocatur, pro recuperãda sanita-
te, fructu vescũtur: & quibus fructus desunt,
ligni decocto vtũtur. Quod Hiſpani viden-
tes lignũ in Hiſpaniã portarũt, quod deinde
per totam Italiam diuulgatũ est. Fructus ci-
tò putrescunt, ideo ferri nõ posſunt. De hoc
aliàs diffuse scriptum reliquimus in cõsilio
(vt dicunt) quod pro reuerendiſs. & doctiſsi
mo Laurẽtio Cardinali Campegio fecimus,
omniũ Cardinalium splendidiſsimo lumi-
ne, magnifico Rodulfo Campegio doctore
ſtrenuiſsimo, & viro nũquam satis laudato,

proc

procurãte. Vt aũt noſcas (ſi accideret) quid empturus ſis, nũc breuib. expediemus. Tria huius ligni genera nouimus. Vnũ, quod vbique nũc per totã Italiã vagatur, meditulliũ ferè nigricans habens, & circumcirca albicans, quod odore, põdere, & pinguedine probatur, & quum in micas redigitur, præ pinguedine in globum ſibi iunguntur. Eſt aliud ligni genus, quod ſimiliter pharmacopolæ lignum ſanctũ appellãt, quoniã & primũ lignũ ſanctũ, vel palũ ſanctũ dicebatur, quod meditullium paruũ, lucidum, & magis albũ eſt, quàm prius, tamen in coloré luteũ tendit. Multiq; decepti ſunt, hoc eſſe ramos guaiaci putãtes, quum tamen arbor ſit ſecundũ ſe à guaiaco diſtincta, vt præcitato conſilio docuimus. Quãdoque annis ſuperioribus magna copia in Italia fuit. Nunc quinque, aut ſex anni ſunt, quòd ipſum Italia nõ vidit: tamen nobiles multi Genuã miſere, vbi prius copioſiſsimè habebatur, vt emerent. Tertiũ genus contigit me videre Venetiis in pharmacopolæ cãpanæ officina, quod in ruboré tendebat. deinceps nunquã videre potui. Tu Genuæ, nõ Venetiis, primũ genus emas, & ſecundum, ſi inuenire dabitur. De tertio nullum experimentum habeo, tamen ſi aliquo Italiæ loco haberi contingat, ne à tua officina abeſſe ſinas. Quãdoq; hebeni ſpeciẽ eſſe

ſuſ

suspicabamur: sed postea authores considerantes, à suspicione liberati sumus, & experti sumus hoc lignum in fine primi ordinis, vel in principio secũdi calidũ esse, in secundi verò medio siecum. Tu ergo alia ligna prosequaris. SE. Iam extrema manus lignis imposita est, nisi ea numeremus, quibus etiã pyxides siunt. BR. Nec istud abre est, scire quo loculo vnumquodq; exquisitius seruaretur. SEN. At quia nõ modò vmbræ maximæ cadunt, sed ferè ob Solis occasum sub orizontẽ inclinantis euanescunt, vt vna sola terræ vmbra præualeat, expedientius erit ab incœpto opere quiescere. BR. Imò nihil æquè cõmodum, quàm eos cibo, & potũ saturos fieri, qui iugi labore occupantur, Id tugurium petamus, quod ex monte pendere videtur. SE. Petamus. HER. Quis adeò audax hoc præcipitium inhabitat, à quo despiciendo tremunt membra, & crura vacillant? Rusticus: Ego, sed tutius est hoc præcipiti saxo inhabitare, quàm prope montis pedem, quo ingentia saxa plerunque deuoluũtur, domus, & turres obruenti. SE. Mi frater, cœna indigemus, & quiete. Si nos hospites benignè receperis, vt dignum est, liberè persoluemus. RVS. Nihil æquè gratum mihi est, quàm bonis placere: domus hæc vestra est. Non deerunt molles castaneæ, non mitia poma, nõ

case

caseus,& assam capreoli partem habebitis. Vino caremus, nisi ex syluestribus prunis: nec panis adeò albus est,vt vos deceret.SEN. Opiparam cœnam nacti sumus. Lymphas manibus demus. Tu hîc discumbe.BRA. Potius è regione ostii sedebo, vt spiranti aura fruar.SE. Vinum hoc ex syluestribus prunis non displicet.BR. Nec mihi,nisi stypticitatē quandam persentirem.SE. Postea quàm cœnati sumus, ne statim à cibo dormiamus, sed spatiari parumper conueniet.HER. Satis hodie spatiatus sum. Impleant vapores,quā tum lubet,caput: hac etiam nocte resoluentur.BR. Dormiat ipse,nos interim perambulemus.SE. Dic mihi Antoni Musa: Hieronymum Brasauolum auum tuum virum integerrimum noui, qui tres natos genérarat, Franciscum patrem tuum,Ludouicū,& Procurium: extántne patruorum aliquę proles?

BR. Ludouicus cœlebs obiit,quum adhuc infans esset. Procurius & ipse cœlebs, quū M. D. XXII. in Hispaniam ad Adrianum Pontificem nuper electum, ab Illustrissimo Duce nostro mitteretur, in Macra flumine, prope Lunæ desertā vrbē suffocatus est. Solus Franciscus sobolem peperit,nec rarā: cuius ego solus superstes sum.SEN. Doctissimus fuit,& excellētissimus medicus pater tuus,& inter alios,comes facundissimus. Noui etiā Ptolem

lemæum fratrem tuum, qui in ſummũ virũ euaſurus erat, ſi fata permiſiſſent. BRA. Puer adhuc eram, quum M.D.V. vita functus eſt: ſed ex altera matre ortum duxit. SE. Scio. Tu ex Margareta Brixienſi muliere digna decã rari, quæ vidua à tenellis annis vſque in viri lem ætate maximo ſtudio, & labore vos duxit. BR. Ex ea aũt præter me, Hieronymus, & Ioannes Baptiſta prodiere. SE. Ioannẽ Baptiſtam ignoro. BR. Non mirum, quia triũ annorum puer in cœlum euolauerit. SE. Hieronymus iam vir excellentiſsimus euaſerat, & nunc inter optimos Ferrarienſes medicos computaretur. BRA. Multis laboribus me leuaſſet, niſi vitã cum morte milleſimo quingenteſimo vigeſimo octauo cõmutaſſet, ſed nullus contra impia fata poteſt. Eo anno per totam Italiã peſtilens morbus euagatus eſt. SE. Tu quot annorũ es? BR. Nunc trigeſimũ quartum annum impleui: Nam in lucẽ pro dii milleſimo quingenteſimo anno à Chriſti ortu, decimaſexta Ianuarii luce, hora ſexta noctis cũ dimidia, ante diui Antonii feſtũ diẽ. SE. Quũ infans eſſes, te frequẽter inter vlnas portabã. Nam mihi ſumma familiaritas erat cum excellentiſsimo patre tuo. Dic autem, duxiſtine adhuc vxorẽ? BR. Multi iam aguntur anni, quum ſtatim è Gallia reuerſus ſum, Caſſandram præſtantiſsimi

Hieronymi de Robertis filiã duxi, quę mul
tos natos mihi peperit, Renatum, inquam,
Herculem, Hieronymum, Franciſcum, Ioan
nem franciſcum, & Hippolytum, & puellas,
Margaretam, Elleonoram, Lucretiã, Bernar
dinam, Lauram, Elleonoram alterã, & alterã
Lauram, atque Violantã. SE. Superuiuunt o-
mnes? BRA. Vndecim ſolùm nunc ſuperui-
uunt. SE. Ergo immunis es ab omni onere ci
uili? BRA. Sum, inquam, immunis, & amplo
priuilegio me decorauit Illuſtriſsimus, & ex
cellentiſsimus Hercules Dux Ferrariæ quar
tus. SE. Hora dormiendi inſtat: nã ſtellæ fre-
quentes ſunt, & vndique cœlum occuparũt.
BRA. In frondeum torum & hac nocte dor-
mire opus erit: ſed nihil mihi iucundius, vt
antiquorum philoſophorum toros contem
pler.

DE LIQVIDIS SVCCIS, ET LI-
quoribus, quorũ in pharmacopo-
larum officinis vſus eſt.

HERBARIVS. Hora iam eſt de ſomno
ſurgere, vt cœptum laborem perficiamus.
Heus, ſurgite. SE. Quoniam heri tẽpeſtiuius
accubuiſti, ab re non fuit & hoc mane tẽpe-
ſtiuius ſurgere. Te præpara ad liquidos ſuc-
cos, & liquores parandos. Succo bletæ in pri
mis, & violarum indigemus. BR. De bleta in
herbis, de violis in floribus diſſertum eſt. SE.

Diſſ

Disseruisti quidem, sed etiã succo absinthii indigemus, fœniculi, solatri, semperuiuæ, ebuli, iridis, celidoniæ, rutæ, eupatorii, corticũ mediorũ sambuci, hos Galli escorce du mylieu du surean vocant, quos in herbis expressimus. BR. Parasti certè: ideo nõ est opus iterũ repetere. SE. Balsamus, succus granatorũ, succus cotoneorũ sequũtur. Cotoneũ verò coing à Gallis, membrilles ab Hispanis, kuttè à Germanis nũcupatur. B. De his etiã in fructibus, & de granatis in floribus sermonẽ habuimus, quãdo balaustia colligere iubebas. Arbitror te per balsamum, liquorem ipsum, id est, opobalsamũ intelligere. SE. Itaquidé est: sed rosarũ succus ac oleũ sequuntur. BR. De oleo in fructibus, de rosarũ succo in floribus dictum est. Tamen oleum ex immaturis oliuis, & maturis habere oportet. Ex maturis autẽ primæ expressionis oleũ, & ex integris oliuis, & áliarũ expressionũ. A Gallis huille, ab Hispanis azeite, à Germanis oel, à Polonis oleii, oleum appellatur. SE. Vinum etiã in officinis habere oportet. BR. Imò in cellis in vinariis potius. De vino seorsum vno libello illustrissimo Alphonso Duci Ferrariæ dicato, vbertim scripsimus. Vbi sapidiora apud antiquos vina, & quot species haberent, & quibus æratibus bibenda, & quomodo, & quando degenerant, & de

optimis noſtri temporis vinis, deque medicatis diſſeruimus. Hunc libellum Ferrariæ habebis, ex quo, quæ vina in officina habere oporteat, diſces. Nunc enim tempus non eſt vina colligendi. Præſertim in tua officina Creticum habeas, & purum Creticum, non adulteratũ, quod Maluaſiam à loco, in quo naſcitur, appellant: alii monombaſiã dicũt. A Gallis viu, ab Hiſpanis, vt nos, à Germanis vvein, à Polonis vine nuncupatur. SE. Nec aceto carere debemus. BRA. De aceto etiam ſeorſum ſcripſimus in libello Illuſtri Iulio Taſſono Duci ſtrenuiſſimo inſcripto, vbi de variis aceti generibus, & eius qualitatibus diſſeruimus, & quibus modis fiat, & quomodo breui acerrimũ euadat. Frigidũ & ficcũ eſſe nulli hoc tẽpore dubitant. A Gallis vin aigre, ab Hiſpanis vin agre, à Germanis eſſig, à Polonis eazet dicitur. Tu in officina ex roſis roſatũ acetum præpara, & ex Cretico vino puro ad epithemata, & plura alia habeto. SE. Agreſte ſequitur. BR. Vinum omphacium vocatur: ſuccus eſt vuæ immaturæ, quæ & ipſa vua omphacia nuncupatur. Ex vua Thaſia, & Aminæa Dioſcorides v. libr. fieri docet. Tu ex hac noſtra præpara, & præſertim in agro Ferrarienſi. nam vinum hoc frigidæ naturæ eſt, atque ſiccæ. Quo autem modo fiat, in principio ferè quinti libri Dioſ

Dioscorides docet. A Gallis veriust, ab Hispanis agrazo, à Germanis & Polonis agrest vocatur. SE. Eo modo præparabo, quũ Ferrariæ erimus. Mel sequitur. BR. Mellis genera ex locis distincta fecere authores, potissimũ, & pretiosissimũ Atticũ, postea Siculum, præsertim quod ab Hybla vrbe Siciliæ Hyblęũ appellatur, ex thymi abundantia. In Creta apud Carinam montem huius generis nascitur, quod muscæ non attingunt. Ideo pro medicamentis eligunt. Non desunt tamen, qui Siculũ cæteris præferant, vt Varro, quia mellificium ex thymi floribus potissimum fiat. In Sicilia verò maxima thymi copia habetur. Nos autem Hyblæo melle non indigemus, quoniam Ferrariæ satis laudatũ sit. Mel verò Sardoum, & Ponticum abiiciẽda, vtpote nocua. Probatur mel, quod dulcissimum, odoratum, & gustu cõpungente, subrutilum, nec succo liquidum, sed ponderosum, tactu prætenuia fila mittens, atque validum, & quum trahatur, neque abrumpentibus se, neque resilientibus guttis, sed digitum versus, quasi reciprocãtibus. hoc est purissimũ mel, & eligendum. Nos duo genera Ferrariæ habemus, subrutilũ, & album. Sunt qui album probent: ego subrutilum, vtpote magis concoctum, quam album. Calidum est, & siccum ordine secundo. Pro melle, ne

alium locum quæras, quã patriam nostrã, vbi apes, & florum copia, & aquarũ exuberantia habetur. Hispani, & Galli eodem mo
Scylla do appellant miel. Germ. verò honik, & Po
5 loni myod. SE. In meo hoc indice, scillæ succus consequitur. BR. Notissimæ sunt scillæ, quæ & à Varrone, squillæ nuncupatur, quę omnes recẽtes medici secuti sunt; alba, & ni gra, id est, rubra, in nigrum vergẽs, reperi-
10 tur. Prima masculus, secũda fœmina dicit. Non solùm succus seruãdus, sed & ipsa scilla, quæ tanquã cæpa est, & cortices filo infixi, & interstincti fœniculo, & oleum scilliti cum, vinum, & acetum, fieri debẽt. Vos scil-
15 litico aceto vtimini, vino minimè. SE. Quãdoq; etiam oleum paraui, & scillã in pastil los redegi. BR. Imò ad trochiscos scilliticos, qui theriacẽ ingrediũtur, scilla indigemus, quæ pasta circundata in clibano decoquẽt,
20 Hæc de scilla, quã Poloni zamoska czebala vocant. Secundum Galenũ in secundo ordine calida est, & ficca. Tamen quære tu an sit in secundo ordine, vel in tertio: verùm profectò in tertiò callida, & sicca esse videtur.
25 Tu alia prosequaris. SE. Non sunt alii liquidi succi, quibus in officinis vtimur, & hera adhuc operi conuenit: ideo condensatos succos, & concretos liquores ante prandiũ colligere poterimus. BRA. Vt lubet.

DE SVCCIS PRAEDENSIS, ET concretis liquoribus, quorum in officinis vsus est.

SENEX. Inter prædenſos ſuccos, liquiritiæ expreſſum choream ducit. BR. De ipſo in radicibus egimus. SE. Ita conſtat. Manna ſequitur. BR. Mannam rorem condẽſatum, nemo dubitare audeat. Hoc autẽ adeò conſtat, vt nonnunquam in Ferrarienſi agro deſcenderit, ſed rarò fit. Tamen in ſtatis quibuſdam locis frequentius accidit: quemadmodũ ſuperioribus annis Ferrarię in horto excellentiſsimi medici Sigiſmõdi Nigri ſo li cecidiſſe deprehenſum eſt. Ipſe vir doctiſſimus copia collecta expertus eſt, atq; probauit. Eſt autẽ ſtatutus locus in Oenotria, in quem ſingulis æſtatibus deſcendit, & ab omnibus paſsim colligitur. Neapolitani reges occluſere locũ, ne quis ſine vectigali col ligeret, Dum locus occluſus fuit, nõ deſcendit, eo recluſo, & vectigali remoto, iterũ deſcendere cœpit. Sed & iterum clauſo loco, & tertio recluſo, & clauſo ceſſauit: vt neceſſariũ fuerit reges quibuſq; pmittere, vt colligere poſsint. Hoc mihi retulit illuſtriſsima & ſanctiſsima Iſabella Neapolis Regina, Illuſtriſs. Federici regis Neapol. digniſsima vxor, quę M. D. XXXIII. Ferrariæ obiit, dum illam ingraueſcẽti ætate, & febre acu-

Manna

N.

tissima laborantem curaremus: quam inter Christi martyres collocatã putamus. Sunt aũt tria mãnæ genera, in Calabro solo colle cta. Vnũ supra folia, quod perfectissimũ est, & ita vulgò apud Calabros appellatũ man na de folio. Quippe rustici folia aptãt, & ve luti tegete extendũt, plãtantq; latiorũ folio rum arbores, vt aptius colligatur, & parum supra aliam rem cadat. Alterũ genus primo deterius est, quod in lignũ colligitur, & su pra arborum caudices: hoc mãna ligni, vel trunci vocant. Tertiũ genus, in terrã cadit, cæteris deterius, quod manna terræ dicitur. Eadem igitur res supra diuersa cadés varia nomina, & varium genus (si hæc differentia eadé manna sit, qua Hebręi quadraginta an nis in deserto nutriti sunt, suspicamur, quia coriandrorũ grana habuisse fertur. Quum autẽ supra naturã id sit, quod singulis die bus plueret manna, & in sufficiẽti copia vt nutrirentur tot hominum millia, & si quis piam magis quàm pro vno die, aut duobus diebus festis colligeret, putrescebat: pro pterea alterã rẽ fuisse Hebræorũ mannam suspicamur. Quanquam dici posset, Deum rebus naturæ semper miracula facere, vel quantò magis naturę propria fieri possunt: ideo illã Hebræorũ fuisse verã mannam in

gran

granula cõcretã,vt Calabra est,videtur, sed miraculum in quãtitate fuit, & in eo quòd singulis diebus pluebat, & ob mandatũ putrescebat,quũ in maiori copia,quã esset mẽsura data,seruaretur. Ex partibus etiã oriẽtalibus ad nos defertur,& prẽsertim ex mõte Libano. Venetiis magna copia habetur. Tamẽ ego semper Calabrã mannã cæteris præfero, & si nõnullos aduersari sciuerim. An verò Dioſc.de manna locutus sit, multi dubitarunt. Hermol. sub elæomeli cõprehendit.Nam etsi primò dubitet, an elæomeli,aeromeli sit:infert tamẽ se in hoc esse perpensissimum, vt idem sint. Quod nos sentire non possumus: quia elæomeli ex arboribus sponte manàt, veluti oleum, ideo & elæomeli dicitur.manna verò è cœlo,id est, aere descendit,nõ ab arboribus.Nos tamen elęomeli nunquã vidimus:at nõ esse mannã scimus.nec iudicare possumus, qui snã melius loquatur,Dioſc.an Plinius,qui secus de elæomelite sentit.Tamen quũ Plinius de re ferè incerta loqui videatur, Dioſcorides de sibi certissima, ideo potius Dioſcor. quàm Plinio credere suaderẽ:adderemq; de manna nusquam à Dioſcor.tractatum, id est,de manna quę ros est. Nam mannã thuris primo lib.describit.Oribasius etiã, Galenus,& Paulus de sola manna thuris loquũtur,ideo

nusquam manna apud hos anthores reperi
tur. Propterea Auerrois rectè cẽset, mannã
vnum ex his esse, quæ à Galeno scripta non
sunt: quanuis vnus sit Galeni locus, vt infrà
edocebimus, in quo mannã designare videa
tur. De Serapione autẽ miror, qui Hibix sen
tentiã de mãna ita dicentẽ scribit: Adstrin-
git ventrẽ, & est siccæ naturæ manna. Vnde
arbitror de mãna thuris Hibix esse locutũ:
Serapionem verò mannam thuris simul cũ
manna roris cõfudisse. Nam ex eiusdẽ sen-
tentia addit, mannam compositiones medi
cinarum magnas ingredi. Cõstat autem ad
reprimendam intensam medicamentorum
vim, & mannã thuris: & gummi (vt ipsemet
fatetur) in magnas compositiones misceri.
Ideo certus sum Hibix de manna thuris lo
qui. At quia aliquis putare posset eo capite
Serapionẽ de manna thuris loqui, de mãna
roris tractasse ostẽdo. Quippe inquit, secũ-
dũ arbores, super quas cadit, diuersas vires
habere. Vnde si cadat supra tamariscum, ad
tusim valet. Quę de manna roris loqui de-
mõstrant. Quippe mãna thuris, quũ puluis
sit ex concussũ thuris factus, supra arbores
aliquas non cadit. Aliud est, de quo miror
Arabes duo capita facere, alterũ de mãna, al
terũ de tereniabim, describẽtes tereniabin
rorẽ esse de cœlo cadentẽ, qui supra lapides, &

& supra terrã coagulatur,& granuloso melli
similis efficitur: vnde tereniabin est nostra
mãna granulosa,quæ ex Oenotria affertur.
Verùm ex orientalibus partibus, & meridio
nalibus alterũ genus mannæ portatur,sicut
mel liquidũ, præter aliud albicãs granulosũ,
hæc est manna Arabum: quare tereniabim,
& mãna rores sunt,sed tereniabim est in gra
nula cõdensatus,manna apud ipsos tanquã
liquor melle dẽsior. Nicolaus Nicolucius à
Mauro quodã huius liquidæ mãnæ pyxidẽ
emit,quę miros effectus faciebat. Quod au
tẽ Hibix de manna thuris suprà locutus sit,
quũ eã adstringere dixit,ex hoc etiã ostẽdi-
tur,quia Serapionẽ in capite de tereniabim
adducit,vbi tereniabim ventrẽ emollire fa-
tetur, & bilim educere. Non defuere tamen,
qui Arabum tereniabim Dioscoridis saccharum
esse existimarint. Hoc verò absurdum est:
quoniã Serapio vbi de saccharo pertractat,
id præcisè scribit,quòd à Dioscoride suo sac-
charo prius dictum erat. Adde supra cãnas
saccharum colligi,sed tereniabim supra o-
mnes arbores. Quare Serapionis tereniabim,id est, manna nostra, alia res ab anti-
quorum saccharo, & idem cum melle, de
quo Auicenna,quod supra lapides,& arbo-
res sine apũ auxilio condẽsatur. Mesue visus
est tria illa genera, quæ separatim in arbo-

re,

re,foliis,& terra colliguntur,agnouisse. At Galeni sententiã affert,nusquam apud Gal. de manna(nisi de vno loco) & quomodo cũ aliis rebus misceatur,inuenire licuit. Arbitror hos Arabes alios libros habuisse, quã ad nostras manus peruenerint,Gal.falso inscriptos,in quibus multa reperirentur,quæ adducũt,ab ipsis tamẽ nunquã scripta inueniũtur. Nõ possum id credere,Arabes adeò temerarios esse,vt rẽ adducant,quam vel in fronte nõ viderint,aut ab aliquo adductam non cõpererint. Cõstat autem eos in pluribus Græcos adducere, de quibus nusquã locuti sunt. Quare apud Dioſc. manna nõ reperitur,quoniam saccharum non est: quippe saccharum in arundinibus cõcrescit modo salis: manna verò supra omnes arbores descẽdit. Nunc verò quæ Neapol. viderim M.D.XXXV. cũ illuc accessissẽt illustrissimus & excellentissimus patronus meus Hercules Ferrariæ Dux, vt Carolum Imperatorẽ Quintum inuiseret. Vidi autem seplasiarios mannam supra peponũ & cucurbitarũ folia colligẽtes,quæ liquida est & nigra: sapa videtur,est tamẽ dulcis,sed nõ soluit, pectori conuenit. Ingentem quantitatem colligunt & seruãt,in clysteribus adhibẽt. Vidimus & aliud mãnæ genus,quod supra summitates cuiusdam generis papyri,vel iunci in æstate

concrescit. Hanc plantã Neapolitani chio-
duno vocant, vel baula, Albũ est genus hoc
mannæ & dulce atq; fragile vt zuccharum,
quo ad solas oculorum ægritudines vtũtur.
Iudicant esse Arabicũ zuccharum alusar, &
antiquorũ saccharum. Adest & tertiũ man-
næ genus Neapoli, de quo superius egimus,
in mannam folii, mannã trunci, & mannam
terræ distinctum. Ineptior est manna cũ ca
dere incipit, & magis liquida est, atq; humi
da. Probatior est in Augusto, cũ granula fa-
cit parua, atq; cõglobata. hæc Neapoli ha-
betur. Nunc ad Græcos authores redeamus,
Galeni locus extat quo mannã adumbrare
videtur, quum de melle, tertio de alimento.
facult. agit, sed de ipsa tanquã de re incogni
ta sermonẽ fecit, & rarò suis partibus facta
inquit. Fit enim in plantarũ foliis, neq; suc-
cus earũ, neq; fructus, neq; pars, vllo pacto
dici potest, sed eiusdẽ cum rore generis est:
non ita tamẽ assiduò, nec copiosè prouenit.
Memini aliquando æstate super arborũ her
barumq; folia mellis quàm plurimũ reper-
tum fuisse, vt gaudio exultantes rustici can
tarẽt, Iuppiter melle pluit. Sed his nõ cõten
tus Galenus causam addidit inquiens: Præ-
cesserat autem nox, vt per æstatem satis fri-
gida (nam tum anni ęstiuũ tempus erat) pri
dieq; calida & sicca fuerat aeris constitutio:

quam

quamobrē peritis naturæ interpretibus ha
litus è terra, atq; aquis prodeūtes, Solis ca-
lore exactè attenuati, ac cocti à frigore secu
tæ noctis in vnū coacti, ac condensati, fuisse
videbantur. Sed apud nos rarò id accidit: in
mōte autē Libano quotannis persępe, adeò
vt expansis super terrā velleribus, mel à cō-
cusis arboribus decidens, excipiētes ollas,
ac fictilia plena referāt: vocātq; id rosidum
mel, aut aereum. Hactenus Galenus. Cōstat
autem mannā illam, quam ex Calabria ha
bemus, talē esse. Nec mirum si à Gal. ita prę
tereatur, vt nihil de eius viribus scribat: quo
niam apud ipsos nō extabat, sicut apud nos
rarò etiā fit. Ex eadem materia fit mel. Nam
apes rorem supra folia, & flores colligētes,
mel parāt. Verū & si singulis annis Ferrariæ
mel fiat, tamē mānа nō cadat, ratio est illi⁹
dispositiōis aeris defectus. Propterea nō ab
re ab Arabibus cōstellationes, quibus fiat,
id est, aeris dispositiones, quæ per astrorum
motus fiunt, edocentur. Idem sentit Plinius
lib. XI. cap. XII. ex aere, & maximè syderum
exortu fieri, præsertimq; in ipso Syrio splē
dēte. Itaq; prima aurora folia arborū melle
roscida inueniuntur, ac si qui matutino sub
diuo fuere, vnctas liquore vestes, capillūq;
concretum sentiant: siue ille est cœli sudor,
siue quędam syderum saliua, siue purgantis

se

se aeris succus: vtinámq; esset, & purus, ac liquidus, & suæ naturę, qualis defluit primò, vt ex his constet Plin. etiam hoc loco mannam tangere. Nam mel id spõte factum in arboribus manna est. Saccharũ verò nõ esse mannam, nõ solùm prædicta ostendunt, sed & ipse Plin. lib. XII. cap. VIII. vbi inquit amplissimum saccharum nucis auellanę magnitudine esse. Est verò mel in arundinibus collectum. Mãna autẽ est potius liquida, & quæ cõcreuerit, nucis auellanæ amplitudinem nõ habet, nec manna dentibus fragilis est. sed est valde tenella. Voluit enim duritiem ostendere Plin. per id, quòd dentibus fragilis sit. Nam mgna digitis eitam frangi potest, nõ antiquorũ saccharũ. Constat igitur nos Arabibus debere, qui mannã exquisitè edocuerunt, & eius vires in duas species dissecantes in mannã, & tereniabim. Manna liquida est vt mel, dẽsatur aũt. Tereniabim est manna coagulata. Verùm hoc nomine manna, in omnibus abutuntur, quòd apud Hebræos, quid est hoc, significat: quãquam ipsi man, non manna proferant. Hæcq; de manna satis, & super. SEN. Nondum satis de manna dictum esse arbitrabor prius quàm ab hoc onere me leuaueris. BR. Quódnam onus hoc est? SE. Vt coniicio tu Galenũ mannam non cognouisse arbitraris: tamen ex

Manna

hoc

hoc mannam cognouisse cõstat, quia illam descripsit, & exactè, imò & illã se vidisse fatetur. BR. Erat mannæ cognitio apud Galenum confusa, quippe semel tantùm illã vidit. Et præterea eius vires ignorauit, quas debebat, & in tertio de alimentorũ facultatibus, & in libro de simplic. med. facult. vbi de melle egit, prosequi, & ideo paruam habuit, atq; exiguam mannę cognitionem, & eius virium. SE. Videtur & eius vires nouisse, cùm dicat vires diuersas acquirere ex rebus, supra quas cadit. BR. Galeni verba non intelligis, quia eo in loco de melle loquitur, & inquit: Videtur autem ex plantis, in quarum foliis mel colligitur, boni vel mali quidpiã acquirere posse. De melle inquam, loquitur: quoniam apes mel colligunt, id est roris guttas, ex quibus mel fit, & in aluearia portant. Lege quæ nos amplè in nostris, in librum de ratione victus in acutis, commentariis de melle scriptum reliquimus. Et Galenum de melle loqui, id est, rore, qui ab apibus colligitur, ex eo constat, quare laudatissimum ait esse mel in locis vbi sit thymus, & herbæ ficci tẽperamenti. Et ideo ratio, qua probare niteris Galenum, mannæ vires nouisse, nullius momẽti est: quoniam de melle loquitur, id est, rore, quo apes mel conficiunt. Et licet Galenus mannam oculis vide

viderit, id semel fuit, neq; ex hoc eius vires
sciuisse deprehēdi potest. SE. Rationem ta-
men, quomodo fiat, egregiè docet. BR. Et si
ratio illa Gal. sua in regione & eo tēpore ve
ra esse potuerit, tamē in omnib. locis vera
nō est: quippe in Oenotria sub cane, cū dies
ardent, & noctes, fit manna: neque præcedit
nox frigida aliqua ante mānæ casum, præ-
terquam noctis æstiuæ frigiditas, tamē plu
ribus continuatis diebus descendit. SE. In eo
præterea dubito, cū probas mannā saccha-
rum nō esse. Inquis ideò non esse, quoniam
manna liquida est. At superius granulosam
illam esse dixisti. BRA. Tu soli in cauillis, &
tenuib. argutiolis versaris. Nónne audiuisti
adesse & liquidā & granulosam mannā? Ta
men & granulosa respectu sacchari satis li-
quida est: quare nō dura, sed valde tenella,
& mollis. SE. Te etiam audiui ex Dioscō. di-
centem saccharū supra cannas concrescere:
tamen non magis supra cannas, quā in can-
nis dixit Dioscorides, nempe ait: περὶ τῶν καλάμων.
Præpositio autem περί, si genitiuo iungatur,
tam supra, quàm in, significare potest. BRA.
In puerilibus nugis mihi versari videris.
Sit supra cannas, vel in cannis, in extima fit
cannarum parte, & est conglobatus succus
vi Solis è cannis expressus. Fortè erat in can
narum geniculis: imò ita esse certus sum, &

in aliquibus erat geniculis eadem in canna, in aliis non erat. SE. Mirum est, antiquiores non cognouisse mannam. BRA. Imò & apud Vergilium mellis aerei mentio facta est: sed eius vires ignorabant. Et Gal. præcitato loco dicit, ex monte Olibano frequentissimè haberi, & in ollas coaptari. A Vergilio autem 1. Georg. versu CXXXI. fit eius mentio, vbi ostendit Iouem homini laboré imposuisse omnib. in rebus, & canit: Malláq; decussit foliis, igné q; remouit. Nam supra folia mel inueniebãt. De qua re in nostris supra librũ de rat. victus in acutis, cõmentariis, abundè egimus. SE. Cuius est qualitatis manna? BR. Fuere ex recentib. qui mannam in secundo ordine calidã, & siccam facerét, sicuti & mel. Nos verò in præcitatis cõmentariis, id impossibile probauimus, quia ros est condensatus. Mel verò à florib. ex quib. fiunt faui, caliditatem ac siccitatẽ acquirit. Ros verò simplex, & conglobatus manna dicitur, propterea tãtam caliditatem habere non potest, sed eius caliditas est ferè tẽperata. Vnde & apud Serapionẽ mesarugie calidam in primo ordine esse dicit, & in passiuis qualitatib. temperatam. Verum secundum eundem authorem ex sententia Abix, calida, & sicca est, ordine secũdo intẽso. At de manna thuris locutus est, & non de manna

na roris, vt superius annotauimus. SE. Saccharum mannam consequitur. BR. Non minorem difficultatem moues, quàm quæ de mãna pertractata est: quippe nostrum saccharum aliam rem esse ab antiquorum saccharo constat. Antiquorum enim saccharũ, vt Dioscoꝛ. & Plinius testantur, genus mellis est supra cannas concreti. Nostrũ verò saccharum ex expressione cannarum fit. Hoc non modò re ipsa patet consideratis authoribus, sed Hermolaus clarè sentit antiquorum saccharum, & hoc nostrum diuersa esse, & ante Hermolaum Genuẽsis. Ex eo etiã accipitur, q̃ omnia antiquorum cõdimenta, melle fiebant. Imò & nunc addo, Serapionem nostrum saccharũ ignorasse. Nam quũ de saccharo loquitur, Dioscoꝛ. & Gal. adducit, qui de saccharo, quod mel cannæ est, loquũtur. Tamẽ de taberzet mox loqui videtur, ac si vnà confundat. Vnde à Serapio, de nostro saccharo nihil habetur. Auicẽna autem penultimo cap. secundi libri ipsum distinctè pertractat. Quæ verò ab Auicenna dicantur, in epistola ad Franciscũ Trotum Lucensem, apud Leonicenũ legere poteris, quia nõ arbitror nostrũ saccharum sub antiquorũ authorũ mellib. comprehendi. Tamẽ dici posset extra cannas vi Solis exire, & postea in modum salis conglobari: hócque

nos saccharum candidũ appellamus, quantis Venetiis saccharũ candidum arte fiat. Quod verò ex cãna resudet, Dioscoverba insinuare videntur, quib. inquit inueniri in arundinib. cõcretione sua sali simile, vt hęc concretio per guttã, quę ex cãna exeat, fiat: túncq; eiusdẽ materiæ erit cum nostro saccharo, sed nõ eodem modo factũ. S E. Arbitror ego antiquiores saccharum nostrũ nouisse, sed nouerũt iam arte paratum, nõ autem dũ in cãnis adhuc esset: sicuti alia multa cognouerunt, tamẽ nec quo loco nascerentur, edocuere: nec quomodo fierẽt sciebant: & tunc nostro saccharo omnia cõueniunt, quę ab authorib. scripta sunt. BR. En, ostendis te potius animo mordendi loqui, quàm discẽdi. Nam eodẽ argumẽto ad oppositа vteris: quippe si aliquid dixerim ab antiquis prętermissum, statim respõdes, Id neq; à Dioscneq; à Gal. dictum esse. Si verò aliquid sponte prætermiserim, arguis alia ab authorib. dicta esse, ac si omnia scriptis mandare tenear, quę ab aliis dicta sunt: tũc quoq; vis antiquos authores saccharũ nouisse, cum tamẽ nulla ab ipsis saccharo nostri, mẽtio facta sit. Nã authores tantùmodo saccharo supra cãnas, vel in cãnis cõcreti, nõ quidẽ intus, sed in geniculis mẽtionẽ faciunt. Neq; aliud apud ipsos inuenitur: an

verò

verò nouerint, certè credendum est: si nouissent, etiam si conficiēdi modū ignorassent, non dixissent supra cannas cōcretum, & formam eius enodassent. Verū ad alia te conferas: nempe indignū mihi videtur de hac tā manifesta re garrire. Tu quicquid lubet sentias, nobis id curæ nō erit. SE. Tamen tuā sententiam nulla ratione probas. BR. Ipsa se ipsam probat ex authorum verbis nihil de nostro saccharo loquentiū. Et hoc est egregius probare, quā tu tuā sententiā probaueris. Cannæ sacchari plenæ sunt, nō vacuæ, & inanes, vt nostræ cannæ sunt, papyri formā habent. SE. Nō sunt cannæ, quia plenæ sunt, non inanes. BR. O delirū caput, cannæ appellantur, etiam si baculi essent, nec opus est vacuas esse. Quū essem puer cānas sacchari libēter exūgebā, quas in foro emebā, quod ā Hispano mercatore portante: pro vnica canna obolus vnus expendebatur. Spero nostrā patriam, præsertim Illustriss. Ducis nostri montem, cannas quādoq; productūrum, ex quibus saccharū nostrum per ebullitionē liquatur. Antiqui suū saccharum salē Indum vocarunt, & mel arūdineū. De excellētissimo Leoniceno hīc miror, qui salem Indum aliud esse a saccharo taberzet probare voluit, & Herculanum, ac Gētilem reprehēdit Auicennæ interpretes, qui in capitulo de

asperitate linguæ, sal Indum.i. saccharum candum exponunt. Verba autem Auicennæ in IIII. canone, in capi. de asperitate linguæ febricitãtium, talia sunt: Sal qui asportatur ex India, est in colore salis, & dulcedine mellis. Leonicenus Auicennam reprehẽdit, quia (inquit) hoc remediũ à Paulo accepit, ideo opus est more Pauli, salẽ intelligere. At Paulus pro sale albo eũ intellexit, qui pro cõdimẽto cibis admiscetur. Addit saccharũ candum nõ esse album, sed potius colore subluteum. Re vera Leonicẽo nulla debeo, quo semper præceptore vsus sum, sed plura veritati, quã semper incorruptam seruare studemus. Itaq; Paulũ Aeginetã cõsiderantes II. lib. cap. LIIII. vbi de scabritie linguę pertractat, expresse idẽ sentit cũ Auicẽna, salẽ Indum. i. saccharum illud summi debere, nõ salem nostrum cõmunẽ albũ. Cuius verba sua lingua subscribere visũ est. Inquit ille: ἐπὶ δὲ τῶν ἐν ἀκάνθαις γραφέντων, ἢ ἐπὶ τῶν ἐν τραχύτητι γλώσσης, ἁλῶν τῶν ποιητῶν ἐστὶ, γένους τοῦ μελιτώδους. Quem simul verbum referamus, hæc dicit: Et sal Indicus colore quidem, & cõcretione similis cõmuni sali, sapore autem melleo. Vt ex his manifestè deprehẽdatur salem Indum Dioscorides saccharum esse, quod candum appellari potest, quãuis arte factum nõ sit, vt nostrum. Multi verò, præsertim Venetiis, & Genuæ, vt

vt superlucrentur, naturam imitantes, arte parant. Ideo Herculanus & Gentilis per Indum sal em, saccharum cādum interpretari voluerunt, nec subluteū est, sed quantò exquisitius, tātò magis albicat, præsertim natura cōstās. Nisi dicere velimus Leonicenū intellexisse salē Indum similem nostro esse substātia, & colore, solo differre sapore. Sed tūc Herculanus, & Auicēna in re nullius momēti reprehendūtur. Tu Venetiis saccharū nostrum emes, & ex eo plures species. Illud in primis eme, quod rubrū vocatur ex prima coctura factū, vel secūda imperfectum, vel qđ in secūda coctura degenerauit, quo in enematib. vtimur, quāuis perfectius vti deberemus. Etiā emas quod secūda coctura perfectū, & de madera, vel saccharū crassum nuncupatur: & etiā finum vocatum habeas, quod ex tertia, quarta, vel quinta coctura fit. Nec à saccharo cando abstineas: quod si naturale habere poteris supra cānas sponte concretum, cōueniēs erit. Sin minus, Venetiis arte paratum emes. Cādum verò naturale vocatur id, quod supra cānas cōcrescit, ex similitudine quā habet cū arte facto cando. Suaderē verò, vt Genuæ saccharū ex madera emeres, quoniā viliori pretio tibi vēdi tur: Nam facillimè ex Hispania, & Sicilia in Liguriam defertur. Cętera sacchari, genera,

vt cădum, finũ, viliori pretio Venetiis venduntur. De ſaccharo aũt cando, an ſiti cõueniat, ſuo loco diſputare decreuimus: quia plura à Leoniceno cõtra recentiores dicta ſunt, quę mihi veritati quadrare nõ videntur. SE. Gal. ſaccharũ nõ cognouit? BR. Non, ſed tantùm Dioſco. ſaccharum. SE. Fiebátne Gal. tempore cãnarum expreſsio? BR. Si fiebat, oſtendit ſe ignoraſſe, quia de ipſo nunquam locutus eſt, vel de expreſsione, vel de ipſis cãnis. Id tãtùm tractat, quod dicit Dioſco. in cãnis concreſcere. SE. Arbitrãdũ igitur Gal. tempore inuentum non eſſe? BR A. Hoc arbitrari non poſſum, imò certus ſum ante Gal. tempora cannas expreſſas fuiſſe, & ſaccharum confectum fuiſſe: ſed fortè Gal. ipſe ignorauit, quia non omnia poſſumus omnes: nec valde frequẽs erat. Quippe extant Marci Varronis Narbonenſis carmina, expreſsionem harum cannarum in hunc modum dicentia:

Indica, non magna nimis arbore, creſcit, arundo,
Illius & lentus premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeãt ſucco contendere mella.

Conſtat autem Varronem ante Gal. tempora extitiſſe, quia vixit ante Chriſti aduentum, quum Cæſar Imperium occupauit. Gal. autem poſt Chriſti incarnationem vi-

xit

xit tempore Marci Antonii Imperatoris, & tempore Adriani, in cuius gratiam Theriacam præparauit, vt ipsemet in primo libro de Antidotis scribit, vbi de cinamomo verba facit. SEN. Hoc non est paruum testimonium ante Galenum illarum cānarum saltem radices exprimi solere. BRA. Sed & Statius Papinius, qui tempore Neruæ Imperatoris fuit, id est, ante Galeni tempora, licet parum, tamen in Syluis harum cannarum meminit dicens:

Et quas præcoquit Ebusita cannas.

Vbi Hermolaus Hypasita legēdū corrigit, à fluuio Hypasi, à quo etiā populi Indiæ vocātur. SE. Nec istud paruum testimonium est. BR. Alia etiam addā: Nam Strabo in India non solū ex cānis, sed ex radicibus exprimi docet: & Solinus de India pertractās, ex radicibus quarūdā cānarum inquit succum exprimi ad dulcedinē mellis. Vnde certū est, ex radicib. posse fieri nostrū saccharum, & abundātius, quàm ex ipsa herba, sed ad generationē reseruātur. Nullus verò dubitat Straboné ante Gale. tēpera fuisse, quia ante Christi aduētum scripsit sub Imperio Octauiani, & in ipso aduentu. Galenus verò post Octauiani tēpora, & aduētum Christi in lucē prodiit. Quā ob rem si hunc liquoré antiquiores Gale. nouerunt, miror cur illum

præterierit. Fortè hoc cannarũ expreſſum de natura ſacchari credidit ſupra cãnas cõcreſcẽtis: quũ verò de illo abũdè tractaſſet, ſatis de dulci illo exp̃ſsè dictũ putauit. Aut Romanis totius orbis dominis, aliqđ apertum eſſe potuit, quod Græcis, & ſi propinquioribꝰ ignotũ erat. Opus autẽ eſt per longum tempus, antequã à præcitatis viris ſacharũ cognoſceretur, cãnas expreſſas fuiſſe: quoniã antequam ex India Romæ hoc ſciretur, fuit opus interponi tẽpus. Tñ de Plinio omniũ rerũ ſagaci inquiſitore, & Dioſcoride ſcriptore miror, qui hęc ſiluerit ante ſe ab aliis ſcripta, quum tamẽ Plin. Romæ eſſet. Sed non omnia poſſumus omnes. Ab Hiſpanis azuquar, à Gallis ſuccre, à Germanis zuckar, à Polonis ezukier nuncupatur. Tu reliqua proſequaris. SE. Optarẽ vt omnia in cumulũ redigeres, quę de his prędixiſti, mãnam etiã addes. BR. Imò & à melle incipiã.

Mel apum, eſt noſtrum mel.

Mel roris, eſt mãna quam habemus, quæ & mel ſylueſtre dicitur à Surda: & Pli. lib. xvi. cap. VIII. ſupra robora etiã fieri tradit. Mel cannę, & ſaccharum antiquorũ noſtro cãdo ſimile, quod in Aegypto, & India innaſcitur, & cõglobatur ſupra cãnas. Nos per expreſſionẽ cannarum vocatum à nobis ſacharum paramus, & per coctũram, in varias ſpecies

ſpecies diſtribuimus.

Mel canna ab Auicenna ſaccharũ Albuſar. Et ſal Indus dicitur, vt ſuprà docuimus.

SEN. Acacia ſequitur. BR. Noſtram vocatam acaciam, illam Dioſco. non eſſe, manifeſtè patet, quanuis & nos ex ſpinoſa quadã noſtra arbore faciamus. Habet Dioſc. Acacia ſiliquam ſeminibus plenam, ſiliquæ exprimuntur, & qui exit ſuccus, acacia nuncupatur. Nos ex arbuſcula, quę prunus ſylueſtris dicitur, vulgò brugnolo, quaſi pruneolum, paramus. Fructum ante maturitatem colligimus, & exprimimus, quod ſimul cum carne miſcentes in placentarum orbes conformamus, & exiccãtes pro acacia vtimur. Sunt inter ſe diſſidentes authores. Quippe Oribaſius, & Aetius idem cum ſpina Aegyptia acaciam eſſe volunt, alii negant. Dioſcorides in Aegypto ſolùm naſci memorat: tamen & in aliis locis prouenit. Imò & Syriam quoque ſpinam dici conſtat, Albam, nigrã, & viridis arbor reperitur in Aegypto, quæ huiuſmodi ſiliquas parit. Nunquam vidi antiquorum acaciam, ſed ex ſylueſtribus prunis tantum factã, quæ tamen conſtringẽdi efficaciam habeat. Nec deſpiciendus eſt hic noſter ſuccus: tamẽ quũ acacia indigeré, id potius ſumeré, quod à Dioſco. pro acacia ſumi poſſe docemur, & eius

virtus

virtutem habere. Id autem est rhus obsonio rum, id est, sumachium, quod frequens est apud nos. Ideo quum acacia indigeō, foliis rhu obsoniorū vtor, & nostra vulgari acacia in his, in quibus opus sit infrigidare, cōstrin gere, & repercutere. Tamen laudarem, vt no stram acaciam ex prunis maturis, & imma turis seruares: minus adstringit ex maturis quando opus sit vti. Nec alibi pruna syl ue stria quærerē, quā Ferrariæ. Nam in foueis ferè spōte nascuntur. A Germanis schlehen, à Polonis tarukoue pouidla nūcupatur aca cia. A Galeno sicca ordine tertio existima tur: & cùm abluta est, in secūdo ordine frigi da est, non abluta verò in primo. SE. Ipoqui stidos sequitur: tamē in primis scire percu pio, nunquid Arabicū gummi ex spina aca ciæ prodeat, vt inquit Serapio, qui tamē in alijs Dioscō. consentit. BR. De hac re suo lo co disseremus. Tu interim hypocisthis, non hypoquistidos dicito pro recto, genitiuo vtens. SE. Vt à cunis didicerā profero, & plu riū cōsuetudinē sequor. BR. Vtinā vt paucio res, sapere: quia in his recētiorum errata co gnoscerēs, à Leoniceno pro parte detecta. Cisthos apud Dioscō. frutex est, qui in saxis prouenit (hoc vt in pluribus intelligas) plu res ramos habet, multa folia (quod ratione fruticis intelligere oportet) nō multū altus,

folia

folia sunt in orbē cinnata, hirsutū est foliū, acerbo gustu, in marem & fœminā distinguitur. Mas florē punici habet, fœmina albescit: sub hoc frutice nascitur hypocisthis. Est aūt hypocisthis veluti fungus ad pedem cisthi nascens, forma cytini, ideo aliqui cytinum vocarunt. Est aūt ac si multi cytini suprà positi sint. Ita enim in Lucensibus, atque Senensibus montibus copiosè habetur, in reliquo Apennio non ita frequens. Frutex ille vulgò lingua canina appellatur apud Senenses, & Lucensiū rusticos. Arabū interpretes hunc fruticē barbam hircinam interpretati sunt. Exprimitur hypocisthis, & succus etiā hypocisthis appellatur: eādem virtutē cum acacia habet, tamen magis adstringit. Auicenna hoc ignorasse demōstratur, quoniam tria capita distincta facit, primò de barba hircina, quam cisthon esse apparet, his, ad quæ valet consideratis, & etiā ex Serapione, qui eadē in barba hircina dicit, quæ à Dioscoride in cistho. Aliud caput Auicēna de hypocisthide facit, appellatque ipse. vel malus interpres suo vocabulo, hēsistides: & per hoc succū intelligit. Postea aliud caput facit de taratith ab aliis distinctū, ac si taratith alia res sit, quū tamē verè hypocisthidem esse in cōfesso habeatur, vt ex Serapiōe apparet in eo capite, quo de herba hircina pertractat.

Sed

Sed, quod grauius est, cisthon cum cisso confundit, adeò vt cisthon hederam esse putet, & ex hedera ladanũ fieri. Deceptus autẽ est nomine, quia cisson hederam significat. Ipse aũt cisthon accepit, ac si cisson dictũ sit. Fit equidem ladanum ex altero cisthi genere in Cypro. quũ enim mane cisthos cœli rorem susceperit, oues, & capræ illorum flores comedentes, & hirci succum roris villis barbarum & femori insidentẽ abstergunt, qui natura tenax, & lentus facilè sequitur ad cõtactum, vt viscum: detractus hic succus purgatur, & in offas conuolutus reponitur. Alter modus faciendi est, attractis funiculis vbi sunt syluæ, pingue quod his adhæresci t, depectitur; & in panes diuiditur, qui ladanũ appellantur: quia & hic frutex ladon, vel ledon nũcupatur. Hypocisthidẽ in Lucẽsibus montibus & Senẽsibus potissimũ habebis. Ladanũ verò nõ fit in propinquiori parte quã in Cypro: Venetiis pro ladano, quendã succum vendunt, qui an sit ladanum ignoramus: tamen vidimus vt plurimum non habere colorem subuiridem, qualem illi Dioscorides tribuit, nec statim tactu mollescere. Ideo aut alteram rem, aut adulteratam esse putamus: quanuis & verũ ladanum Venetiis etiã viderimus. Disputatũ est non solũm de Auicenna, qui in cisso & cistho similitudine nomi

minum deceptus errauerit: sed de Plinio Nicolaus Leonicenus in Epistola ad Angelum Politianum disputat, in nomine cisson & cisthon deceptū esse probās, vt cisthon, id est, plantā ita appellatā acceperit, ac si cisson, id est hedera dictū sit. Pro Plinio in altera Epistola Angel. Politianus certat. inter hos summos viros iudiciū feras. SE. Cui potius inniteris? BR. Re vera nō possum nō assentire veritati, quam Leonicenus integrè detexit. Interim ne diu in hoc negotio versemur, ad alia pedē cōferas. SE. Hypocisthidis qualitates prius enarrato. BRA. Est in tertio ordine sicca, in primo calida, vel in actiuis qualitatibus tēperata, vt recētiores sentiunt. Tamē hypocisthidē frigidā esse primo ordine potius censemus: quare multò magis adstricto ria erit, quā cisthi folia. Quæ folia, & frutex cisthos dictus à Galeno adeò frigidus dicitur, vt tepidi caloris sit particeps. Hinc Serapio accepit de hypocisthide, quòd esset frigida in quantitate, & caliditas eius sit tepida. Cisthū verò in secūdo ordine siccū dixit Galenus: verū cùm hypocisthis magis sicca sit, in tertio ordine sicca erit. Cretēses vulgò ly cum tu achisaru, id est, lupum achisari hypocisthidem vocant. SEN. Et aterium sequitur. BRAS. Res est, quam potius latere optarim, quam sciri, nisi à summis & antiquissimis medic

medicis inter remedia poneretur. In cucumerũ genere, augurius cucumis numeratur alii syluestré cucumeré, alii erraticũ vocãt. Hic exprimitur, cuius expressum siccatur, & in pastillos autumno cõformatur, qui pastilli elateriũ appellantur. Modus exprimendi à Dioscoride quarto libro docetur. Theophrastus author est, eius vim vsque ad ducẽtos annos perdurare, & melius esse, quò vetustius: vnde Plinius dixerit, nullũ esse medicamentum, quod diutius perduret. Lucernas vsq; ad quinquagesimũ annũ extinguit. Probatur, si prius quam restinguat, sursum scintillet, & deorsum cogat. A trimatu suæ expressionis vires habere incipit secundũ Plin. ita vt eo vti possimus. Dioscorides à bimatu, vultq; ad decenniũ esse optimum. Maxima dosis vnus obolus, minima semiobolus apud Dioscoridem. Pueris dantur duo chalci, id est, quatuor grana. nocet enim maior mẽsura. Vbiq; nascitur, & etiã in nostro Fer rariẽsi solo mirificè soluit. Vulgò asininũ cucumerem vocamus, vt Arabes faciũt. In his montibus colligerẽ, & elateriũ pararem. Enquomodo pulchri sunt in his ruderibus, & in illis sabulosis cucumeres. Verũ & succũ foliorum, & radicũ habere studeas: imò & folia seorsum ac radices seruaré & radicis corticem, qui ad multa valet, si Dioscoridem

legas,

legas,& omnes aliæ partes. Caue dum cucumeres accipis,ne in oculos permingant. SE. Hoc meo magno incommodo iandiu didici:quum essem puer,huius generis cucumerē rei ignarus euellere tētaui:ille succus,quē emittit, oculos meos attigit, per tres aut quatuor horas,præ oculorū dolore, in maximo discrimine fui:tamen cōtulit postea, quoniā à caligine quadam liber euasi. BRA. Ita casu plura medicamenta inuēta sunt. Vi detur ferè vindictā sumere,quum euellitur. Est aūt probatissimum elateriū (vt Dioscor. inquit) quod candido colore humescit, & leuitatem habet,ac læuorem. Viride pessimū est,adulteratur amylo. SE. Plerunque cucumerem expressi,nunquam albus succus exiuit,vel per exiccationem factus est. BR. Hoc sæpe considerans,ex radicibus fieri oportere dubitaui:quas si expresseris,albus continuò emanabit liquor,vel in album tendens. Tamen ex hoc nō infero esse ex radicibus faciendum. Nam qui alia in patria nascuntur, fortè candido colore insigniuntur: & nunc ex his Ferrariensibus cucumeribus album liquorem fecimus. A Polonis suk odpolnich ogurkoro vocatur. Auicenna calidū & siccū in tertio esse cēsuit:at Galenus in secundo solùm ordine calidum dicit. SEN. Cera occurrit. BRA. De cera in melle dici oportebat:vt

autem nostro commodo satis est, animadueretis, ex apib. duo illa haberi, mel primò: postea cera, quæ fauis occluditur, per expressionem educitur. Plinius exprimendi ordinem indicat. Duo ex cera seruare oportet, ceram ipsam, quâ colore fuluo sumito, subpinguè, odoratâ, modicè referente halitum mellis, & puram. Aliud, quod in officina habere debes, est propolis. Propolim vulgus nostrum appellat, cirá verzene: quo nomine tanquã Latino multi recentiores vtuntur, Cera virgo, dicentes. Ea est, quæ ad foramen alueariũ fit, vt inquit Varro. Ferrariésem cerã, & propolim habeas si fieri poterit. Ipsa enim experientia cõprobauit, sinõ antiquorum authoritas. Si Ferrariæ, quantum satis erit, habere nõ poteris, eã Venetiis eme, quæ ex Creta, affertur: nec alibi, quã Venetiis, albã quæres, vbi ingẽtissima copia noctibus roscidis fit. Artẽ Dioscori. oste dit quomodo alba cerea dat. Quin Ferrariæ etiã sine aqua marina albissima fit. At opus non est tantùm expendere sumptus, & laboris pro tam paruo lucro. Rubram ceram mista anchusa, aut pseudominio Ferrariæ parabis: viridẽ viridis æris misto, nigrã atramentò, vel vsta charta mistis. Resina iuncta optima fit, veluti gluten res iungat, & cancellariis inseruit. Vna tantũ officina Venetiis albam concinnabat Hermola

molai patris tempore. Nunc nullus est pharmacopola, etiam minimus, qui nō dealbet. De cera satis, quū etiā nostri nobiles Principes imitati, nolint nisi alba cera vti. Sed re vera eadē est expēsa, quia non alba cera citius quā altera cōsumitur, vt id quod pondere æquatur, & pretio superatur, duratione prævaleat. Hispani, vt nos cera, Galli cire, Germani vuachs, Cretēses valgò cheri, Polonī nosk nuncupant. Temperata à Galeno iudicatur, nō tamē adeò quin caliditatē, & humiditatē habeat, & est plurimū rerū subiectū.

SE Opiū sequitur. BR. Nigrū papauer Ferrariæ habemus, quo opiū fit, sed adeò rarum, & paruos fructus habens, vt copia haberi nō posset. Ideo Venetiis emere suadeo, si folia, & calyces terantur, exprimanturque, & succeus in pastillos redigatur. Meconiū dicitur, quòd est ignauius opio. Nam opium ex nigro papauere hoc modo colligitur: quū matūrescere exaruerint, ex obliquo summa cute cultello incidere oportet, vt lacryma exeat, quæ in vas deriuanda est, & cortex ita incidendus, vt non penetret intus cultellus, & ita sequenti die facile edū. Diagoras vult id fieri quum turgescit, tollas, quum defloruerit. Primum nunc sequuntur opium parantes: succus vngue, vel gossopio excipitur, & in vas colligitur, exiccaturque. & hoc opium est

quod emanat,& lac.Nam meconium fit per expreſsionẽ,ideo & ſuccus appellatur, ſicut opiũ etiã lacryma dicitur: ex papauere nigro propriè fit.Tamẽ opiũ,quo vtimur, ex albo eſt papauere. Ex Apulia ad nos affertur.Ita papauer albũ incidunt.Nam in Apulia craſſos cortices habẽt,& lacrymã ſeruãt, quã pro opio noſtris pharmacopolis,& Venetis vendunt.Thebanũ opiũ laudatũ reperitur.Seminaré ego nigrũ papauer in Ferrarienſi agro,vbi tamen & ſponte naſci reperitur:ſed eò ſeminarem,vt maior copia haberetur,quo opium multis præferendũ parарem.Adde Apulos vt plurimum ad nos meconium afferre,non opiũ,id eſt,ſuccũ,nõ lacrymam:propterea apud nos ſeminandum, & parandum, quum ſolum ad hoc gignendum propenſiſsimũ habeamus. Frigidũ eſt ordine quarto,& humidum in tertio, vel in ſecundo intenſo. SE. Aloe ſequitur. BR. Aloe, & herba eſt,& eiuſdem herbæ ſuccus.quam paſsim in fictilibus habemus,etiã hyeme virentem, tamen apud nos degenerat:nam & amaritudinem amittit.In reliquis verò oẽs notas habet, quas illi Dioſcorides tribuit. Nos Ferrariæ ſuccum exiccauimus,nihil illi deeſt ex his,quæ ab antiquioribus dicuntur,dẽpta amaritudine,ſaltẽ,quã illi imponunt Galenus & Dioſcorides,inſigni. Soluit etiam

etiam nostra aloe, sed ægrè. Ideo aloen esse non dubito, quæ degenerauerit: quippe hi decipiuntur, qui aloen esse inficiantur. Nam idem est, ac si quis neget idē esse idem, quia alio loco natū, & vna sola qualitate deficiēs. Ideo nō erat negandum aloen nostram esse aloen, sed inefficacē esse dicendū, & degenerasse. Succus in terra collectus, quandoque terra plenus est, propter id lauatur. Septimo libro de arte curatiua Galenus diuersitatem lotæ, & non lotæ aloes tribuit. His notis bona aloe deprehenditur, pinguis, nitida, sine arenis, colore rufo, friabilis, iecinoris modo concreta. Inde recētes, quum optimā aloen insinuare volunt, aloen hepaticam proferūt facilè se diluens, & liquescens, amaritudine vehementi. Ideo nostra aloe inepta est: quæ nigra, & frangi non pōt, pessima. Quomodo adulteretur, & adulteriū cognoscatur, à Dioscoride docemur. Eam Venetiis emes, quæ ex India asportatur. SE. Quid sentis tu de quodā celeberrimo viro Mesuē reprehendente, quia ora venarū aperire admonuit? B. Nunc istud discutere opus non est. Nam de hac re aliàs copiosè scripturus sum. Tamen ita simplissimis verbis nūc animū meū aperiā. Cū Mesue & Serapiōe aperire ora venarū cēseo, ex quadā insita virtute, cuius causam ignoramus, forte ex eadē qualitate, qua ex-

trema amaritudine prodiit. Experientia du
cor, vt id sentiã. Nã qui hæmorrhoidas pati
consueuere, aloe magno pere offenditur, vt
in hoc statim incurrãt, ea vorata. Nobilis, &
magnificus Nicol. Tassonus inter alios hoc
magno suo incõmodo expertus est, quoties
aloen sumebat, semper venarũ ora aperiebã
tur. Quibuscũq; aliis pharmacis sumptis, ni
hil molestabatur, tamẽ pharmaca erãt, quæ
cãdẽ materiã cũ aloe educerẽt. Nec opus est
infinitos alios adducere, q hoc perpessi sũt,
vt ratio ex parte pharmaci, potius q̃ mate-
rię motę exhibẽdi sit. Non tamen inficior,
hoc etiã à materia fieri. At malã aloẽ magis
aperire iudico, & quãuis Gal. vj. aphorismo
rũ aphorismo xxvii. acredine humorũ hæ-
morrhoidas aperire cẽseat: nõ inficiamur,
imò addimus multa alia id facere præter a-
loen. Vnde & cæpę, & alliũ aperiunt, si non
nunquãvescamur: tamen aloe hoc priuatim
habet. Non possum enim huic sententiæ te-
merè repugnare sine certa ratione, quam o-
mnes imbibẽre, & experiẽtia dictat. Et quã-
uis alibi vulnera consolidare & adstringere
dicatur (quod recẽtes per exteriora applica
tum intelligũt, nõ per interiora) nõ mirum:
quoniã Galenus in libro de theriaca ad Pi-
sonem, antequã Andromachi carmina scri-
bit, de plurimis tractat, quę vno modo sum

pta

præcipue effectū faciunt, alio modo oppositū. Et
præsertim de aloe exemplum scribit, dicēs
per exteriora aloen supercrescentes vlcerū
carnes adstringere, & humores, qui sub ipsis
nascuntur, subinde exiccare. Si vero per os 5
sumatur, vniuersum corpus purgare, quod
aperire est. Vt manifestè deprehēdatur, ve-
narū ora aperire quod est quidā purgatio-
nis modus. Propterea non abre, à Mesue, &
Serapione venarum ora aperire scriptū est. 10
Quod per os sumptū intelligit. nā per ex-
trinseca applicata claudit, & præsertim se-
dis, & pudendi vlcera, vt Actius docet. Verū
hāc rem philosophicis rationibus suo loco
muniemus, nūc satis est per trāsennā adum 15
brasse potius, quā ratione aperuisse. s. Mihi
certè videt si aloe venarū ora aperiat, id ca-
su fieri, qa exiccat, & adstringit, & vulnera,
cōglutinat, secundū Gal. Et quamuis mea-
tus expurgare possit, qui multis obstructi 20
sint humoribus, sed ob hoc venarū ora non
aperit, quoniam differunt aperire, & expur-
gare: neq; plurimis ora venarū aperit, quod
facere deberet, si venarum ora aperiret. Et
medici insciticæ, ac indiligētiæ computan- 25
dum est, cū ad cæcas, & incognitas vires con
fugit. BR. Iam video te morbo animi labo-
rare, cùm rem hāc hostiliter tractes potius,
quàm humanè, fingisq; te esse quem, cū is

Inpus rapax, & gloriolę cupidus. Quōmodo actio aliquo casu fieri pōt, quę maiori hominū parte fit? At in maiori hominū parte, aloę vsus hæmorrhoidas, quocat, nō quidē perpetuò aperit, sed nonnunquā intumescere facit, dolores excitat, sanguinem manare cogit: imò, vt vniuersalē quandam propositionē enuntiē, In omnibus ad hæmorrhoidas propēsis ex vsu aloę excitant, tamē ex aliorū medicamentorū vsu nō excitātur, nisi rarò. Si quis sit huic propositioni aduersus, in seipso experiatur, potissimū si ad illas propensus sit, breui, an hoc verū sit, persentiet: si propensus nō sit, longiori vsu indigebit. Neque id erit ex humoribus, qui educent, quoniā ex alio medicamēto eo ipsi humores educēte non excitantur. Et quanquam exiccet, & adstringat, Gale. sexto de simpli. medic. facult. teste, id extrinsecè impositum facit, quippe in vulneribus hoc efficere docet. Adde quicquid expurgat aperire. Tamē aperire, & expurgare differūt sicuti quicquid est homo, est animal, tamē homo & animal differūt. Et maiori hominum parti venarū ora aperit. Etsi medicū insicia plenū iudicas, & indiligentia, qui ad multas qualitates cōfugiat: iudica & Galenū ignarum, ad indiligentē, qui in multis lapidib. nono de simpli. medica. facultā. ad occultas qual

qualitates cõfugit,& de his occultis qualitatibus libellũ scripsit. Cũ quo malim esse ignarus,quàm tecũ nimis sciolus.Sed hæc à nobis abudè aliàs tractanda sunt,quo in loco ostẽdemus ex qualitatibus etiam manifestis id efficere.Verùm impręsentiarum,quę iam animo cõcepimus,in medium prodire nõ placet,cùm alter sit nobis statutus locus de hac re loquendi. Nunc autem veluti per transsannam hæc effari voluimus. BR. In eo etiam Mesuen reprehendit, dicentẽ frigidis temporibus euitandã esse aloen. At ipse inquit,potius in calidis euitandam,quia calida,& sicca est.quid in hoc sentis? BR. Nihil aliud,quàm Mesuen certissima edocere: si ipsemet Mesuę mastix in seipso experiat,id perfentiet.Quod mihi in profunda hyeme accidit aloen sumẽti, per integram hebdomadam sedere non potui.Nec quicquã valet ratio,quòd calida,& sicca sit aloe,qa vẽtres hyeme, & vere natura calidissimi sunt: ideo magis hyeme,quàm ęstate(quia calor maior)nocebit. Vnde si eius ratio per manifestas qualitates facta,quicquã valet,& nostra hęc: quoniã id aloe tribuimus ob qualitate insitã,cuius causam ignoramus.Nempe fieri potest,& cõtinuè ita esse deprehendimus,proprietatem aliquam,& aliquę effectu nobis certũ esse,causam verò incertã,

& incognitam? & licet ad reporis rationem cõfugere posset, tamen nulla erit ratio, cur nõ calefaciat intrinsecas partes, sed hęc alias diffusius agentur: nunc satis est viam ostendisse. Aloe est in prima parte secũdi ordinis calida, vel in primo ordine intense, & in tertio sicca. Auerrois in secundo siccam esse dicit. à Polonis czarna alena vocatur. ER. Ad scammoniũ veniamus. BR. Optarim & hoc nunquam ad hominũm manus peruenisse, quoniam plus mali, quam boni affert. Nã & si alicui rei prosit, pluribus officit. Succus est radicis herbæ, quæ scãmonia nũcupatur: quãuis & hoc nomen scammoniũ herbam, & succũ, vel lacrymam significet. A Romanis colophonium dicitur: quia in Colophonia optimum nascatur. Tamen Veneti Alexandria Aegypti Venetias ducunt. E Mysia autem Alexandriam portant, sed potissimũ quod Venetias affertur, pessimũ est, quia ex Syria, & Iudęa facillime Alexandriam portatur. hoc verò Iudaicũ, & Syriacum deterrimum, & ponderosum est. Ideo nõ mirum si sumẽtes valde perturbet. Accidit enim me rarò bonũ vidisse ex Mysia Asię adductum, quod has notas habet: trãslucidum est, solutũ, sine põdere, taurini glutinis colore præditum, tenuibus fistulis, fungosum. Hæ autẽ notæ rarò in Veneto reperiuntur, sed præcipuè

ponde

ponderosum est, vt inde ex Iudea, & Syria allatum cognouerim. Modum vitiandi, & cognoscendi Dioscor. & Plin. ostendunt. In Apulia & hac plantam nasci tradunt, & nos Apulum habuimus (si verè Apulum erat) omnibus notis insignitũ, & efficacissimum. In morbo Gallico semidrachmã quandoq; exhibui, & mirè profuit. Ioãni Baptistę Toxico hydropę patienti scrupulum exhibui, nihil eduxit: inde & duos scrupulos, qui & nihil eduxere: tertiò integrã drachmã Vincẽtio Celato cõpatri charissimo, & Laurentio Augusto amico nunquã pœnitẽdo pharmacopolis admirantibus, tamen nihil in tã magna copia eduxit. Deinceps tentare noui, & nihil aliud exhibere statui, quã leuia pharmaca. Testes sunt excellẽtissimi iuuenes Francisc. Brusantinus prædicti patiẽtis affinis, & illustris. Ducis Ferrarię curialis medicus, Maurelius Sanctus illustrissimi Hippolyti Mediolan. archiepiscopi physicus, & Ioannes Franciscus Rossus chirurgus doctissimus, & Ioãnes Leo Vercellẽsis, qui tũc mecũ in praxi versabantur. Alia causa assignari non poterat, quã vel scammoniũ ineptum, vel ventriculũ aqua, vel multa pituita plenum fuisse, quę pharmaci vim compescebant. Non enim dici oportet, naturã non esse ausam aggredi, quia saltẽ scrupulũ aggressa

gressa esset. Vidi etiã in officina Iacobi à Columna pharmacopolę, quendam, qui duas scãmonii drachmas præter noxã comedit, quater, aut quinquies solũ eiiciés. Is autem scammonio assuetus erat, in partibus Orientalibus natus, vt testis etiã est Antonius Discalcius simpliciũ mendicamentorũ studiosissimus. Frequẽtissimè scrupulũ sine noxa exhibui ex zingibere, sale, aut pipere, vt Paulus Aegineta iubet, ne ventriculũ offendat. nã sine his maximè offendit. Ex scãmonio, si libebit, diagridiũ parare poteris, aut communi modo in cotoneo malo, & pasta, aut antiquissimo in dulciũ amygdalarum oleo. Pasta, qua circundatur, canes dysenteria interficiuntur, si quotidie frustulũ detur, quoad occũbant. Quandoq; vicini rustici canẽ interfeci hoc pane, qui gallinas meas absq; delectu vicinię comedebat: hoc effectum est tribus diebus, quotidie frustulum exhiberi iubebã. Nullus aũt prænoscere potuit, quónam modo obiissset, nisi ego dixissem. Putabant enim dysenteria occubuisse. Vt autem rusticos deterrerem, ne prædiolũ meũ continuis furtis depillarent, modũ interficiendi canem ostendi, cõminatus idem ipsis me facturum nisi à furto abstinerẽt. Hispani, vt nos, scã monea, & Galli, ac Poloni appellãt. Calidum est, & siccũ ordine tertio, sed calidum

dum intēse ficcum in prima parte eiusdem ordinis. SE. Lycium sequitur. BR. Pro lycio, quid pharmacopolæ vēdant ignoro, tamē lycium non esse certus sum: quoniā non crematur, nec rubētem spumā (dum extinguitur) facit: extrinsecus quidē niger est, sed intrinsecus nō rufus, imò etiam niger. Ex Bononiensibus mōtibus potissimùm lycium sumunt nostri pharmacopolę. Id vario modo faciunt. Sunt qui ex liguſtro, & qui ex herba, quę caprifolium nuncupatur, faciūt. Habet enim herba illa, vel frutex grana, ex quorū expressione lyciū fit: tamē vera lycia non sunt. Plin. & ipse cap. XIIII. XXIIII. lib. verum lycium ex pyxacantha solū fieri censet. Lycium dicitur, quia in Lycia potissimū abundat. Cùm Venetæ naues Ierusalem petent, ex Cappadocia, & Lycia habere nihil impediet, quāuis & in aliis locis nascat. Hoc modo fit: Arbuscula lycium nominata, accepta, & radicibus, ac ramis sumptis, & plurib. diebus in aqua maceratis, coquūtur semel, iterūq; ligno exempto, donec mellis crasitudo fiat: tunc spumā seruare oportet, & florem innatantem, & reliquū etiam cremorem, quoniā particulatim ad diuersa valent. Imò & semen exprime, & succū in sole pone, postea serua. Nihil etiam impediet in his mōtibus lyciū inuenire. Vides illā arborem

rem aculeatã, quæ ramos habet trium cubi
torum, & maiores, ac minores, dẽsa folia ha
bentem, buxo similia, & fructum piperis ni
grum? SE. Video. BR. Gustemus an amaru-
lentus sit. SE. Est omnino amarulentus. BR.
Leuis etiam est & densus, & arbor pallidum
corticem habet. Excaua radicẽ, Herbarie.
HER. Adeò multiplex est, & obliqua radix,
vt vix absq; magna scrobe euelli possit. SE.
Buxus mihi videtur. BR. Et buxus certè est,
sed spinosa, vt nomẽ ipsum ostendit: nam py
xiacanta appellatur. Ex hac verũ & propriũ
lyciũ fit. Collige, & pro tua officina serua,
& lycia ex aliis rebus facta dimitte. Equita
ui per innumeras pyxiacãthas, dũ Ligurię
montes cum illustrissimo patrono Hercule
Estensi peragrarẽ. SE. Nónne & ex lonchite
lycium fit. BR. Et quidam in India, vt Dio-
scorides tradit. SE. Quæ arbuscula est lõchi-
tis? BR. Multi eam esse putarunt, quam nos
vulgò sanguanum appellamus: est enim ge
nus sentis, virgas subrectas habẽs, tricubita
les, aut eo etiã ampliores, protinus ab radi-
ce multas, crassioréq; rubo, cortex absce-
dens cruétus: propterea à nostris sanguanus
dicitur, quo religiosi baculos parãt, in quo-
rũ summo rasurę in modũ vmbellę arte col
lectę sunt: hoc ad aspergẽda tẽpla, & homi-
nes benedicta aqua vtuntur. Tamẽ ego sy-

strem

neſtrem rhamnũ eſſe arbitrõr, ex quo lyciũ fieri Plin. xxiiii. lib. cap. xiiii. cenſet. Tũ autem ex pyxiacantha lycium tantùm habere ſtudeas, tamen Galenus Indicũ aliis præfert. Nos verò in India nõ ſumus, & ægrè habetur. Ideo illo cõtentus ſis: quinetiam ſi ex rhamno ſylueſtri parare libuerit, præpara. SE. Vidi etiã, qui ex ſylueſtribus prunis pararent. BR. Parent, omnino vim ſtypticam habent, vt ex ipſis etiã acaciam faciant: tamẽ melius eſt rem certam habere, cùm facilè poſsit, quàm per totres modò huc, modò illuc vagari: verũ tamẽ, quod ex his prunis fit, minus adſtringit. Scito etiã Lycii nomine apud quoſdã authore, omne id venire (ex quocunq; fit frutice) quod vim conſtrictiuam habet, & more lycii fit. Lyciũ in ſecundo ordine, & intenſo ſiccũ eſt, in actiuis qualitatibus medium, ſecundum Gal. tamen ad frigiditatem inclinare magis arbitror. SE. Sanguis draconis ſequitur. BR. Cur inter liquores hunc ſanguinẽ ponis, qui potius gummi eſt? SE. Eſt etiã & lacryma, ſed hoc nihil impediet: modò rem ipſam cognoſcam. BR. Eſto, verus draconis ſanguis ex ſerpente eſt, de quo Plinius cap. xii. lib. viii. qui ex elephãtis auris totum ſanguinem exhaurit, vt moriatur, poſtea cadens ſerpentem interficit: ſanguis ille exiens Draconis

ſang

sanguis appellatur, qui terra mistus colligitur, & in pastillos, ac rotundos orbes conformatur. SE. Non possum arbitrari nostrũ draconis sanguinem ex eo genere esse. BRA. Imò non esse certus sis: quin & Serapio Genuensi, Pandectario, & reliquis recẽtibus ansam errandi dedit, cùm tamen ipse nõ erraret. Quippe sanguinẽ draconis Serapio describens, quẽ hemalocoen vocat, eodẽ modo describit, quo Dioscor. quartam sideritis speciem, & easdem proprietates illi attribuit, quas syderiti Dioscor. elargitus erat, vt nullus sit tam cęcus, qui nõ videat. Et Galenũ adducit Serapio, ea recẽsens, quę ab illo de siderite dicũtur, vt cõstet sanguinẽ draconis Serapiõis, nõ esse nostrũ, quo vtimur, sed esse quartã speciẽ sideritis Dioscoridis, cuius succus vulnera sanat, & adstringit, quá multi millefolium putant: & re vera vna species est millefolii, qua rustici nostri ad boues, & equos vulneratos, sanãdos vtũtur. Recentes autem de sanguine draconis loquentes, de hoc Serapionis, & siderite Dioscoridis tractant, ac si eius succus sit sanguis draconis, ita nuncupatus, quem in officinis habetis magno errore. Vnũ est, vestrũ draconis sanguinem, sideritis succum nõ esse, qui etiam non est viridis. Sed esse triplicem apud vos draconis sanguinem constat. Vnus est in ro-

tulas

tulas circumuolutus, qui ex pseudobolo Armeno,& terra fit,res fictitia,& adulterata, quæ iam à Ferrarienſib. pharmacopolis abiici cœpit,niſi pro ornãda officina appẽſum habeãt. Alius ſanguis eſt cuiuſdã arbo ris lacryma. Tertius eſt eiuſdẽ arboris gũmi. In gũmi cortices arboris manifeſtè videtur,in lacryma abſunt:ſi guſtu ſentiãtur, ſtypticitatẽ quãdã præferũt. Hinc igitur vides draconis ſanguinẽ, quo vtimur,nõ eſſe draconis ab elephãte interfecti, nec eſſe ſanguinẽ draconis Serapionis, quãuis ab omnibus recẽtib.ac ſi ſanguis draconis Serapiõis in vſu ſit, quũ tñ ſanguis draconis Serapionis ſit quarta ſpecies ſideritis apud Dioſc.& Gal.Ego igitur in officina ſucco quartę ſpeciei ſideritis potius habere voluerim,quàm gummi hoc, quod vos habetis:& herbã habere facilius eſt, quàm gũmi, quoniã apud nos viret.SE. Quid eſt ille ſanguis draconis, qui verè ſanguis eſt?BR. Nonne tibi dictum eſt ex ſanguine draconis eſſe ab elephante colliſi,vt Plin.lib.XXXIII.capite VII.ſcribit, qui ab anquioribus cinnabaris vocatur, vt Dioſco.etiam lib.v.teſtatur. Qui autem pro cinnabari minium ſumunt.i. noſtrum vocatum miniũ,(vt plures medici faciunt) pro re medica,veneno vtuntur. Nã cinnabaris,qui eſt ſanguis draconis,rei medicę plu-

rimùm prodeſt,& nullus color magis fingit ſanguinem illo,vt Plin.teſtatur.Nunquam hunc cinnabarim vidimus vel draconis ſanguinē,ſed bene adulteratū,vt ſuprà ex falſo bolo Armeno, vel ſorbis tritis, & caprino ſanguine.Tū ſi Dioſco.idē cōſiderabis,ocu lata fide deprehēdes ſanguinē draconis nō eſſe cinnabarim,ſed duo eſſe diſtincta. Pro Plinio autē nihil impediebat,& ſanguinem draconis ſuo tēpore cinnabarim appellari. SEN. Id abs te ſcire peto,quo nomine apud antiquos gūmi hoc appelletur, qđ ſanguis draconis dicitur.BR.Nōdum legi apud aliquē authorē, cuius generis gūmi ſit, vel ex qua arbore lacryma emanet: ſcimus aūt ex Libya ferri,& ex Aegypto Venetias,quid verò ſit ignoramus. Vnū eſt,recentes ſummè errare,qui hoc gūmi,ac ſi ſit ſanguis draconis Serapionis,accipiunt,& Dioſ.ac Galeni. ſideritis, quum tamen non eſſe conſtet.Ab omnibus eodem ferè nomine dicitur. Galli ſang de dragon, ab Hiſpanis ſangre de dragō,à Germanis dracken bluot,ac ſi ſanguis draconis dicerēt, appellatur,à Polo.ſmoczakyeru dicitur. Teperatus eſt inactiuis, quāuis ab aliquib. calidus,ab aliis frigidus exiſtimetur,& in ſecūdo ordine deſiccat.SE. Camphora vltimū locū in his occupat.BR. Nuſquam Dioſco.Plin. Gale.aut Paulus de camph

, camphora locuti sunt, aut eam, vel à longè (quod sciuerim) ostenderunt. Soli Arabes ipsius meminerunt. Gūmi arboris esse certū est. Serapio ex Pāzor, Fafella, & aliis regionibus adduci tradit. Quę sint istę regiones, ignoramus. Nomina Mauritana sunt hæc, nō Latina, neq; Græca. Res ipsa, i. cāphora, omnibus nota est, eius arbor ignota, nec à Mauris rectè descripta. quippe nihil de foliis arboris cāphorā ferētis Serapio, aut Aui cēna loquūtur. Dicūt autē illis annis maximè profluere, quū multa tonitrua, & multa fulgura fiunt. Nec propriè gummi est, quod exeat, sed in intima pte arboris inuenitur, ac si medullę locū occupet. Lusitani, qui meridionale pelagus nauigarūt in Insula Burnei cāphorā inueniri tradūt, & qui in regione sunt, gūmi arboris esse censent. In regno etiam Fanfur, vt Marcus Paulus Venetus refert, optima cāphora prodiit. Fortè ea pars est, quę à Serapione ex sentētia Isaac Fafella nuncupatur. de hac re incertus sum. Disputant recentes an calida, vel frigida sit: multi effectus supra caliditatem arguūt, & gustus, & odor: alii frigiditatē. Hæc aliās disputanda sunt: quia hic locus non est pro ambab. partib. ratiōes instruere. SE. Nullus est apud antiquos, qui camphoræ meminerit? BRA. Nullus, nisi Aetius, qui multò posterior est.

Hic camphorę méminit ſub nomine caphura. In eo vnguento, quod ſalca appellat, pro axillis,& aurib. fœminarũ cõpoſitio: quanuis in codicib. qui paſsim habẽtur abſit, vt primo libro videre licet. SE. Habétne eundẽ colorem album perpetuò? BRA. Non. prius enim maculis rubris inſignitur, poſtea calore Solis,aut vi ignis dealbeſcit. Galli camphre, Hiſpani cãphora, Germani camphur appellãt. Tu cætera, venerãde ſenex, proſequaris. SE. De prædenſis liquorib. expeditũ eſt. Gummi genera ſequũtur. BR. Cur inter gummi camphorã nõ numeraſti? SE. Quia an gummi eſſet ignorabam, quum in arborum meditullio inueniatur. BR. Hoc nihil refert, modò rem ipſam habeas. Venetiis emes, quoniam ab his montib. imò & à tota Italia abeſt. Sed prius quàm ad gũmi genera veniamus, prãdere opportunius erit, æſtum euitabimus. HER. Hodie ad hãc vſq; horam virib. vigeo. Nã pauciſsimis in hoc monte occupatus fui, ſed omnia ferè aliunde quæſita ſunt. SE. Deinceps (vt arbitror) modicè occupaberis, quoniã pauca admodum colligemus, ſed collecta emere opus erit. Ad litus illius riuuli deſcendamus, vbi quiſcemus, & per compendium in aliquam villã peruenire poterimus. BR. Vt lubet, fiet.

SENEX

SENEX. Inter eundum, vt via breuior videatur, quibus moribus, Illustriss. Ducis nostri Alphõsi filii insigniãtur edoceas. BR. Nihil vnquam mihi gratius contingit, quàm quum triũ horum maximorũ luminum, & splendentiũ astrorum sermo inciderit, quos intus & in cute noui. Hercules primogenitus adeò cumulatissimis virtutib. pollet, vt nullus in Italia non modò princeps, sed nec religiosus eũ æquet, in publicis reb. gerẽdis dexterrimus, in armis fortissimus, in literis adeò egregius, vt ex insperato ꝓbatissima carmina effundat. Nõ potui diu cogitãs ali quid culpatũ in Hercule inuenire. Hippolytus secũdò genitus eum apprimè imitatur, qui non Archiepiscopali insula, sed triplici corona dignus est. Hic vniuersam Cylopædiã, & oẽs bonas artes adeò nactus est, vt nihil ad virtutũ cumulum desit. At quomodo potuit Franciscus tertiò genitus tantorum fratrum exemplo nõ contendere, vt æquet: quos nullus, qui homo sit, superare potest? SE. O felicem patrem. BR. Certus sum in vniuerso orbe patrem non esse, qui filios adeò probos, adeò obsequentes, adeò non morosos nactus sit: nullus vnquam ciuis horum causa cõquestus est, quum cæteri Principes his ætatib. stupris, & aliorũ diuitiis capiendis incumbant. Diis equidem comparandi

sunt hi tres virtutum soles, & tria inclyta sydera. Nihil aliud cordi habent, quã omnibus inseruire, & neminem lædere. Sed iam ad statutum locum peruenimus: in hac virenti herba ad specus vmbram sedeamus.

DE GVMMI, QVORVM VSVS est apud pharmacopolas.

SENEX. Institutum opus progredi expedit. Thus primum locum inter gummi habet: sed quum de ipso inter cortices egerimus, ad secundum, quod myrrha est, veniamus. BR. Myrrha, qua vtimur, à nonnullis bdellium esse creditur. SE. Quomodo bdellium, quum longè distincta sint myrrha, & bdellium? BR. Scito gũmi, quo vtimur, myrrha nuncupatũ, myrrhã non esse. SE. Omiror, myrrha non est myrrha. BR. Esto bono animo, in myrrha ostendã qđ in aliis pluribus feci, eam nõ esse, saltem optimam, quæ ab antiquis pingeretur. Nam Dioscorides myrrhã ex omni parte concolorem esse ostendit, & odoratam, & quæ cõfracta candidas vnguiũ modo, leuésque venas intus habeat, amaro gustu, acri. Hæc in nostra myrrha nõ sunt. Nos Venetiis verã myrrham vidimus talẽ, qualem à Dioscoride pictam audiuisti, sed ramam. Id tamẽ scito, odorem quidem suauẽ, non suauissimum habuisse, sed potius erat cum quadã grauitate. Adde in nostra myrrha

rha, quandoq; veræ myrrhæ fruſtula inueniri, ſubuiridia, & quæ vnguium modo candorē habent. Ex Troglodytica regione, quę eſt Africæ pars, probatiſsima myrrha Alexādriā fertur. Myrrha, quā nos habemus, ea eſt, quæ ſecundo loco à Dioſco. ſcribitur, & caucalis vocatur, quæ cū tertia ſpecie partim miſta eſt, quæ ergaſine dicitur, minus matura eſt, & colore atro. Hæ duæ ſpecies miſtæ ſunt, quæ bdellii odorē habēt. Alexādriā ferūtur, poſtea Venetias. Quum emes, optimam habere cures, aut ſaltē quę pluriumas partes cādidas vt vngues habere ſtudeas. Eſt aūt Arabicę arboris lacryma. Cortice plaga laxāt, exit ſpuma, quā colligūt, & circa corticē addenſatur, taquā gūmi reliquum. Sed nō myrrha ſolū cōtētus ſis, imò & ſtactē. i. recentis myrrhæ expreſſam pinguitudinem habere ſtudeas. SE. Quid ſtactę eſt? ER. Plures ſtyracē liquidam à nobis vocātam, ſtacten arbitrari ſunt. Nempe myrrhæ odorē ferē habet, & cætera, quæ à Dioſco. numerari videtur. An verò ſit, infrà edocebimus. Si quādoq; veram myrrham aſſequi cōtingat, quæ colorem ſubuiridem habeat, & mordax ſit, ac perlucida, odorata, aſpero ſitu obducta, recēs, leuis, ex omni parte cōcolor, & quę confracta cādidas vnguiū modo, lenésque venas habeat, hanc leui ex-

preſsione exprimes. Qđ exibit ſtacte erit, quãuis ex recenti magis fieri cõueniet, tñ & ſtacten habebis, & pro eo ſtacte vti poteris. Hi verò ſummè aberrant, qui ſtacté ſpecié myrrhæ cõtra alias diſtinctam arbitrãtur. SE. Huius ſentẽtiæ ſemper fui. BR. Nunc ſententiam muta admonitus: quoniã ex omni ſpecie myrrhæ ſtacten fieri nihil impedit, præſertim ex pinguiſsima, vt ea eſt, quę pediaſimos à Dioſc. nuncupatur. Revera ſtacte ea res eſt, quam nos liquidam ſtyracem vocamus. SE. Gaudeo nouiſſe liquidam ſtyracem, ſtacten eſſe. BRA. Compertius ſcies, quum de ſtyrace ſermo inciderit. SE. Incidat nunc. BR. Fiat. Odoratus hic liquor, qui ſtyrax liquida nuncupatur, nomẽ hoc habet, quia ab Arabibus impoſitum eſt, quos recentes poſtea ſecuti ſunt. Nunc autem ſpeculemur, quam rem Arabes ſtyracé liquidam appellent, tũc ſtatim deprehẽſum erit, quid ſit liquida ſtyrax. Serapio in capite ſtyracis, quum eam edocuiſſet, quam calamitam nuncupamus, liquidam ſtyracem pertractat, & Dioſc. in hac re adducit, ita (ſecundum ipſum) dicentẽ: Styrax liquida eſt pinguedo myrrhæ recẽtis, & extrahitur à myrrha, quia terunt eã, cum aqua pauca, & premunt cũ torno, & eſt boni odoris, & ingreditur in confectionib. & ſola etiam ſine aliqua

qua admistione est bona,& melior ex ea est, quæ non habet admistionem alicuius olei, & purum ex ea est multæ virtutis,& calefacit,& est calefactio similis calefactioni myrrhæ,& oleorum calidorum siccorum. Si modò legas, quæ à Dioſc. de ſtacte dicãtur, manifestè deprehendes ſtyracem liquidam Serapionis, esse Dioſc. ſtacten: quoniam idem oculata fide Dioſco. de ſua ſtacte dicit, quæ à Serapione de ſtyrace dicũtur. Inquit enim Dioſco. Est pinguitũdo recentis myrrhæ: tunditur hæc cũ modica aqua, dein per machinas aqua foras exprimitur. Odoratiſsima hæc, & pretioſa impendio est, & per se vnguentum facit sine oleo, ſtactè vocatum. Commẽdatiſsima verò, quæ impromiſcua & libera oleo ſit, & quæ minima portione plurimùm calefaciat, ſimilémq; vim, tum myrrhæ, tum vnguẽtorum ex calefactoriis obtinent. Si hæc ſpeculari tentes, Serapionis liquidam ſtyracem, ſtacten Dioſco. esse deprehendes, niſi ſpontè hallucinari voluetis. Quod ſi in aliquibus diuerſi videantur, id potius est interpretis Serapionis cauſa, qui etiam quum ſtyrax liquida interpretatus est, Stacte interpretari debuiſſet. Ita eñ Græcè, & Latinè dicitur. Storax verò liquida (vt interpres apud Serapionẽ vtitur) nec Latinum, nec Græcum nomẽ est. Myrrham

Galli mierre, Hiſpani, & Germani, vt nos ferè, illi myra, hi myrrhe dicunt. SE. Liquidam ergo ſtyracem, ſtactem eſſe iudicas? BR. Equidem iudico, ſed ex myrrha, quam habemus factam, non ex exquiſita myrrha. Calefacit ſecundo ordine, & myrrha, & ſtacte, & exiccat: verùm ſtacte hæc agit vehementius. Sicuti autem myrrha, quæ paſsim vēditur, myrrha nō eſt, ita nec ſtyrax liquida verum ſtacte. SE. Euphorbium ſequitur. BR. An id ſit euphorbium quod habemus, non ſum anceps: tamen antiquum quādoq; emitis, quod eo ardore caret, quem illi authores tribuunt. Quippe inquiunt colligentes valde timere, adeò vt ſupra contum vtriculo hœdi ligato ſuccum arboris feruIaceæ à longe colligant. Guſtaui ego nō ſemel antiquum euphorbium, mirum illum ardorem nō perſenſi, nec hi perſenſere, quibus guſtandum tribui. Nōnunquā in recens magno meo periculo incidi. nam per integram diem intēſiſsimum in ore ardorē habui, qui nec frigidiſsimis aquis extingui poſſet. Venetiis habetur, ſed Genuæ magis. In Aphrica naſcitur, monte Tmolo in Mauritaniæ parte, è regione Hiſpaniæ. Facile eſt Hiſpanū illuc nauigare, niſi Mauritanæ naues piratarum interturbarent, & interclude rentiter. Tamen Imperator Carolus multa

Euphorbii

nunc

nunc Aphrica possidet,& Deo duce possidebit, Mediterraneũ mare,ea parte,qua Tyrrhenum dicitur,ab infidelium incursionib. liberans. Genuæ igitur & transluciduum, ac perspicuum emas. Adulteratum frequẽtissimè venditur. Nomẽ habuit ab Euphorbio Antonii Musæ fratre eius inuẽtore, qui Iubæ regi Mauritaniæ inseruiebat. Duo celebratissimi fratres in nostra inclyta, & salutari arte fuere, Euphorbius,& Anto. Musa, cuius nomen patri meo Francisco Brasauolo imitari placuit, quum ab vnda baptismatis atollerer: sed vtinã doctrina, non solũ nomine, antiquum illum Antoniũ Musam Augusti medicum imitarer. Ita etiã ab Hispanis nominatur euphorbio, à Gallis euphorbe. Cùm caustica sit virtutis, calidum, & siccum erit ordine quarto. SER. Serapiũ sequitur. BR. Sagapenum dicas. SER. De nominibus cura nõ sit, deinceps sagapenum dicemus. BR. Est succus fruticis ferulacei, vt Dioscorinquit. In Media nascitur, Alexandriam Aegypti portatur, quæ vniuersale emporium est illarum partium, inde Venetias. Foris transluciduum esse debet, colore rufo, & quum frangitur, candido intus, odore medio inter laserpitii succum, & galbanum, gustu acre. Quæ omnia indicia in nostro vocato sagapeno sunt. Plinius capite decimo

Sagapenũ

cimo octauo vigesimi libri in Italia nasci asseuerat, vbi inquit: Sagapenũ, quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur. Etiã libro decimonono, capite septimo, in hortis seri dicit ad rem medicã solùm. At nec arborem, nec folia Plinius docet, ac si de re nota loqueretur. In Apulia nunc prouenit. Tamen quum Medum habeamus Venetias per Alexandrię nauigationem allatum, hoc potius emerem. Est enim verũ sagapenũ illud, & efficacius, quod, vt inquit Mesue, porri odorem habet: qui eo loco à quodam excellenti viro immeritò reprehenditur, di cente quasi per calumniã, vnde ipse odoraue rit. At si doctissimus hic vir, vt nos fecimus, gustasset, porri, & ferè allii odorẽ persensisset, quẽ à mane ad vesperam etiam prãdens in ore habui. Ideo non est quisquam temere culpãdus, præsertim in res gustus, prius quã gustu tentatum sit. Calidum est ordine tertio, & siccum in secundo. SE. Opoponacũ sequitur. BR. Et nunc opopanax dicere oportet. Succus est herbæ, quæ panaces heraclion dicitur. Est autem prima in ordine panacũ Dioscoridis. Dicitur autẽ opopanax, id est, succus panacis. In Bœotia, & Arcadia, præsertim Phocis habetur, & in Syria, ex Syria Alexandriam, & postea Venetias affertur. Olitorum industria magna copia parari pot

poteſt. Hoc vnum eſt ex his, quæ Illuſtriſs. Dux noſter, ex Syria, vel Arcadia habere curabit. Tamen in Italia, & in monte Apēnino naſcitur, & in Gargano Apuliæ. Folia habet ſiculnea quinque partita, & per ambitū lanc. 5
cinata, quæ in terra iacent, & inſigniter viridia ſunt. Caulem ferulaceum habet, & altiſſimū, lanuginē candidam habentem, & folia circum ſe minuſcula, vmbraculum ſuſtinentem, vt anethū, flore luteo, ſemine odorato, 10
feruentiq; in ore, pluribus ab vno principio radicibus candidis, graueolentibus, multi, ſalſiq; corticis. In Apulia naſcitur vbertim, & in Apēnino monte variis locis. Nos ſupra Mutinēſes alpes vidimus, & in orto fratrum 15
ſancti Hieronymi Ferrariæ. Non emerē Venetiis, niſi ob id, quòd ex calidioribus, & ſiccioribus partibus venit. Curarem tamē, vt ex Apulia radice inciſa, lacryma excipere-
tur: ſubſtratis enim eius foliis in terra exca- 20
uata colligitur. Quū aūt opoponacē proba re inſtitueris, amariſsimū ſaporē habere debet, interius candidū, & ſubrufum, extrà luteū, leuē, pinguē, friabilem, tenerū. Noſtrū, quod habemus, aliqua amaritudine inſigni- 25
tur, nō tamē amariſsimū eſt, & graui odore ſentitur: propterea cū noſtro aliquid miſtū arbitror, quod intēſam amaritudinē tollit, vel opus eſt quantitatem notatu dignā man-

dere,

dere, si intẽsa amaritudo sentiri debeat: in re liquis notis penitus conuenit. SEN. In hac re quid Arabes sentiũt? BR. Serapio cum Dioscoride eodẽ modo scribit. Mesue autẽ tria panacis genera cõfundit, Heraclium, Asclepium, & Chironiũ, id docere volens ex quo opopanax fiat. Cur autẽ opopanacem inter gummi genera posuisti: quum potius cõdensatorum succorum ordinem ingredi debuisset? SE. Ne cure sit, modò ex his simplicibus, quibus in officinis vtimur, nullum omittatur. BR. A Gallis opopanac vocatur. SE. Ammoniacum sequitur. BR. Et hic succus est ex frutice eiusdem nominis sumpto, quãuis nomen hoc ammoniacũ, & genus salis, & succi significet. Ambo in Libya apud Cyrenẽ inueniuntur: sed ammoniacũ appellatur, quia in arenosa Libya, apud Iouis Ammonis templũ prodiit. Sal ex terra sumitur: gutta (ita enim Romani succũ illius arboris vocant) ammoniaca ex arbore manat. Miror ego de Paulo Aegineta, qui inter odoraméta numerauerit. vnde colligere potes, quę apud ipsos pro odoribus existimarẽtur. Nam & Dioscor. ammoniacum thymiama vocat: tamẽ eius odor grauis est. Nec verũ ammoniacũ nobis deest, quãuis antiquũ forte sit, & qñq; adulteratũ. Venetiis emes, quãuis Genuæ melius esset: quoniã ex Aphrica mercatores Genuã fac

facillimè transeunt, tamen & Alexandriam portant, ac Venetias. Ita probatur quod est maximè coloratum, non lignosum, sine aeris, & ad thuris masculi similitudinè in grumos cõcreuit, quale nõ semper esse constat, purum, prædesum, liberũ sordibus, & odore castorei, gustus amarulenti. Nescio, cur Galenus odorem coriandri habere fateatur, & cur Paulus ad odoré ammoniacũ accendat. Fortè diuersum est id Pauli, & Galeni, ab eo Dioscoridis, qui graué odoré, vt castoreum habet. Et quòd de re diuersa loquãtur, hoc signum est: quia in simpliciũ medic. facultatibus, ea dicũt, quæ à Dioscoride in ammoniaco tractantur. Ammoniacũ supra descriptum thrausma nuncupatur. Est aliud terrosum, & lapidosum, quod phyrama dicitur. Nos frequenter hoc habemus: nec primum deest. quãdoq; ab Hispanis, vt nos vulgò facimus, à Gallis armonia vocatur. Apud Auerroim calidum est in prima parte tertii ordinis, & siccũ in primo. Auicẽ. aũt calidũ in fine tertii ordinis cẽset. Auerroi potius fauere statuimus. S E. Sarcocolla occurrit. B R. A glutinandis carnibus nomẽ inuenit. Gummi est arboris in Persida thuris pollini simile, colore subrufo, gustãti amarũ. Si nostram sarcocollam gustaueris, nonnulla granula amara sunt, alia minimè, vt quæ à Dioscoride

ride dicuntur, vera esse deprehendam: adulterari scilicet gummi permisto. Nam pura grana amaritudine afficiuntur, impura nequaquã. Nec illos probo, qui sarcocollã esse inficiantur. quia pollini similis non sit. Imò pro maiori parte, adeò tenuia grana sunt, vt pollinẽ imitari videãtur: quãuis aliqua etiã crassiora sint, quæ tamen non impediũt esse pollini similia. Quod aũt à Mesue corpora impinguare dicitur, & à quodã meo præceptore reprehẽditur, quia si soluit, impingua re non põt: nõ est dignũ reprehensione: quoniam multa soluere possunt, quę impedimẽta remouendo, impinguationis causa fiunt, qualitatẽ quandã ventriculo condonantes, præter id quod euacuent, qua facilius digerere posint, & in nutriti substantiã cibũ vertere. Quam ob rem idẽ euacuare, & nutrire põt, id est, causa esse cur nutriatur corpus. SE. Videtur Mesue voluisse ex se corpus impinguare, & non ab euentu: quia inquit, eius vsum corpora impinguare, neque Dioscori. hoc dixit. BRA. Mesue excusandus est, vt nos diximus: neque opus est, omnia à Dioscori. dici. Si excusatio placet, illã accipito: sin minus, tu exquisitiorẽ inuenito. A Gallis etiã sarcocolle nuncupatur. SE. Styrax vtriusque generis sequitur. B. Intelligisne liquidam, & quã siccã vocamus? SE. Nihil aliud. B. Liquidam,

dam, esse Dioscori. stacte, id est, primũ myrrhæ expressum, suprà edocuimus: tamẽ paruã amaritudinẽ habet, vt ego adulterari putarim. Vnde myrrhæ fragrãtia nosci posset, si purũ stacten haberemus. Arabes decipiuntur, qui ex eadẽ arbore styracẽ liquidã, & calamitim haberi iudicãt: imò addũt, huius arboris fructũ in magnitudine auellanæ esse, & exprimi: quod exprimitur, styrax liquida est: cortices styrax sicca sunt. Hæc aũt arbor gũmi habet, quod est ambra. Hæc Serapio ex sententia Isaac. Hoc errare fecit Pandectariũ, vt tres styracis species esse arbitrarentur, liquidam, siccam, & calamitim. Re vera id vocabulum styrax, solùm eam significat, quæ à probis authoribus calamitis nũcupatur, de qua Serapio post prædicta ex sententia Dioscoridis tractat. De fructus expressio ne nihil apud authores fide dignos scriptũ reperi: vnde vel de alia re tractabat Isaac quàm de styrace, vel, vt cõtingebat, locutus est. Verũ quia sub eo vocabulo scripserat Serapio ad caput miha, id est, styracis duxerat. Styrax aũt Isaac, alia res est. Nunc igitur de Dioscо. Plinii, Galeni, & aliorũ bonorũ authorũ styrace loquemur. Hi omnino distinctũ styracẽ habẽt, nõ per liquidum, & siccũ, sed per proprias quasdã qualitates, vt hic à calamo, calamitis, ille chrymatias, alter a-

spros, id est, albicãs nũcuparetur. Hęc aũt nomina in diuersis antiquorũ cõpositionibus inueniũtur, nec species euariãt. Ad rem verò accedentes, styrax lacryma est arboris cotoneo malo similis. Ex Cilicia Alexandriã, & Venetias defertur: quãquã, & in aliis plurib. locis nascatur. Nã ex Cypro, & Creta habetur, sed ex Creta illaudabilis, quę frequẽtius habemus. Nõ est opus dubitare, an verũ styracẽ habeamus: quia verissimus est, & si ineptior sit, habet simul scobẽ sui ligni. Globi qñq; in modũ gũmi inter styracis massas inueniũtur. Si optimũ styracẽ quæris, cũ accipe, qui rufus sit, resinosus, pinguis, & grumos habet albicãtes, qui diu sui coloris bonitatẽ seruet, & quũ subigitur lentorem mellis habeat. Talẽ Venetiis eme, & pśertim in quo lacrymæ gũmi similes appareãt. Nec styracinũ vnguẽtũ prætereũdũ esset, si haberi posset. In Syria fit. Singulis annis Venetorũ naues, quæ Ierusalem litora appellit, in Syriã peruenit. Fuliginẽ eo modo para, quo Diosco. thuris fuliginẽ fieri docuit. Hispani storaque nũcupãt. Calidus est in secũdo ordine & siccus in primo. s. Vtraq; pix sequitur. BR. Per vtranq; picẽ quid intelligis? SE. Hispanã vocatã, & naualẽ: dubitas etiã in *picib.* B. Maximẽ dubitabã, quoniã pix ficci, & liqui. dæ inueniũtur. Pix naualis notissima est, ex pinu,

pinu,& picea fit,pinguissimis harũ arborũ assulis acceptis resina plenis in struẽ cõgerũtur,& igne appositõ in fictitiũ canalẽ fluit resina accẽsa,quæ extincta pix vocatur,& ni gredinẽ ab igne acquisiuit:à nobis pix naualis,ab antiquis liquidà nũcupatur,ad differẽtiã alterius per alterã coctura factæ,quę pix sicca dicitur. Ambarũ vsus est in officinis.SE. Et ambas habeo. Ex Germanicis partib. ad nos cõuehuntur,præsertim ex Tridẽto.BR. Imò & ex plurimis Italicis.SE.Pix igitur ex resina fit?B.Equidẽ ex resina in teda occulta, qua exusta,pix exudat.Nec putes ex his dũobus tantũ picẽ fieri,quoniã in Syria terebinthi teda exusta fit,quia ibi pinus abest, aut rara inuenitur.Si etiã ex picea fiat, maior ps ex pinu est.Laudatur pix nitida,lenis, pura. Etiã ex cedro in Græcia habetur,præter duo picis genera,liquida,& sicca,quã palim pissam dicũt,quæ & ipsa in aridũ, & viscosum diuiditur.Oleũ picinũ habẽre studeãs,quod fit parte aquosa picis separata: id enatat,vt in lacte serũ.Dũ pix coquitur,puris velleribus excipitur supra eã halitũ expãsis,& quũ permaduerint in vas expressis:& hoc semp fit dũ pix coquitur.Nec picis fuligẽ in tua officina omittas,quã eo modo facias,vt primo lib.Dioſc.tradit.Nec zopissam despexeris,quę est derasa à nauib.resinæ cũ cera:quã

ob rẽ pix ex resina fit, id est, pingui teda cõbusta, resina plena. SE. De pice Hispana prosequaris. BR. Hæc & pix Græca vocatur, qua picata vina fiunt: accepto enim pugillo, vel duob. aut trib. huius picis in vas vino plenũ proiiciũt, ne marcescat, & vinũ potãtius euadat: hinc Græca vina ferè omnia, quę ad nos ferũtur (Cretico dẽpto, Maluasia nũcupato) picis odoré habẽt, & ea præsertim, quæ Romania vulgò dicũtur. Est aũt res fictitia: nã ex omni resina fit, sed præsertim ex pini resina, quoties per decoctionẽ ad id ducitur, vt in puluerẽ redigi possit. Hinc est ꝙ pix Hispana varios colores habet: quãdoq; fuluũ, & aureũ, si ex laricis resina fiat: qñq; albicãs, si ex pini, vel piceæ resina. At nomẽ picis sortita est, quũ sit resina cocta, propter coctũrã, quã nõ habet resina, sed spõte à natura prosilit. vnde pisces per ignẽ fiũt: resinæ spõte ex suis arborib. prodeũt. Hispana nuncupatur, qm̃ ex Galliæ, & Hispanię montibus ad nos magna copia cõportatur, quãuis & in Italia fit plurima. Eadẽ rõne & Greca dicitur, quia ex Gręcia affertur: & Colophonia, quoniam Colophone inuehebatur. In his resinis diuersos authores cõperio. Nã Plinius ex pinu, & picea siccas esse: Dioscorides aũt ex omnib. arboribus resinã emittẽtib. humidas: & siccas haberi tradit. Quicquid sit, nos ea tantũ prosequę

quemur, quæ in officinis habẽtur, aliàs determinatè de his rebus tractaturi. Tu in officina Hiſpanã picẽ ex reſina pini habere ſtudeas: quanuis & ex aliis reſinis ſeruare nihil impediet. s. Rẽ mirã edocuiſti. hactenus Hiſpanã picem gũmi alicuius arboris eſſe arbitrabar. BR. Deinceps intelliges Hiſpanã picẽ per decoctionẽ reſinæ, vt in puluerẽ redigi poſsit, fieri, & lõgè à gũmi differre. s. Quibus notis reſina à gũmi differt? BR. Reſina oleagina quodã modo eſt gũmi aqueũ, quod experiẽtia maximè demõſtrat: qm̃ reſina igne accẽditur, gummi crepitat. Difficile præterea eſt, reſinas & aquã miſcere, facillimũ gũmi & aquã: difficillimũ gũmi & oleũ, facillimũ reſinã & oleũ. Quæ experiẽtia, reſinę naturam oleaginã, gũmi verò aqueã eſſe oſtẽdit. Ideo noſtri tẽporis inepti quidã medici rerũ naturas neſciẽtes, in variis cõpoſitionib. gũmi & oleũ miſcẽt, reſinas & aquã, quæ nõ ſe cõpatiuntur, magno pharmacopolarũ clamore. SE. Tamẽ miſcentur. BR. Miſcẽtur quidẽ, ſed difficulter. SE. O quoties hoc mihi acciderit memoria habeo. De reſina aũt proſequaris. BR. Dictum iam eſt, te pini reſinã ſeruare oportere, de qua Plinius de pinu minimũ colligi ſentit, quũ tamen experientia oppoſitum oſtendat: fortè quia Plinius à Theophraſto ſumit, apud Theophraſtũ verò pi-

nus larix est, ita ipse acceperit. Omniũ verò optima terebinthina est: SE. Tu ergo inter resinas terebinthinã numeras? BRA. Equidẽ, & ab authorib. inter resinas numeratur. At ne putes illã esse terebinthinã, quæ pro terebinthina passim vẽditur. flaui coloris, quia ex larice resina est: ideo laricina potius nũcupari deberet. Vnde Veneti, & plures Italiæ gentes, nõ terebinthina, sed larga, quasi larica ex larice vocãt. Nã habet mellis Attici colorẽ: terebinthina aũt alba esse debet, perlucida, in modũ coloris vitri cærulea, odorata, sed potissimũ odore terebinthi. Ex Cypro Venetias affertur nũc vera terebinthina: aliàs laricina pro terebinthina vtebãtur, nũc error detectus est, & verã terebinthinã portãt: sed vt cõmodius vehatur eã coquunt, & in massas rotundas, veluti placentas congerunt. SE. Vt coniicere possum ex his, quæ dixisti, pix terebinthi nuncupari potest, quoniã per coctu ram fit, vt aliæ pices. BR. Poterit, & nihil impediet, nisi diuersam esse terebinthinæ cocturam ab aliis picibus dicamus quoniã terebinthina in aqua, aliæ siccæ, & per assatio nem potius densantur. Chiã summè laudat Galenus in lib. de Antidotis primo. Andromachus Libycã præfert. Satis est, nos Cypriam habere. Venetiis etiam nõ coctam vidimus, quæ duritiem quãdam præ se ferebat.

SEN. Gaudeo meis temporibus inuentã esse terebinthinã, id est, ad nos allatã, quę prius non afferebatur. BR. Ex Aphrica etiã, & Cycladibus insulis Venetias comportatur. Verùm ex multis aliis locis & multis arboribus resina fit. SE. Mastichen quid esse arbitraris? BR. Inter resinas à Dioscoride numeratur, & ita sentit Theophastus, & Plinius: quippe resina lentisci est. SEN. Legi medicos quosdam recentes, qui suo quodam libello Auicennam reprehendunt, qui ignorauerit lentiscũ esse arborem ferentem mastichen. BR. Et si Auicenna de Romana masticheloquivideatur, quam in rerum natura nõ esse recentes quidam scioli profitentur: nos ex oppositio Romanã mastichen, id est, Italam esse scimus. vnde Plin. præter Chiam, Italam etiã scribit, & Cicero rusticæ plebi necessariam esse pro variis tẽporibus cognoscendis tradit. Circunferũtur de hac arbore Ciceronis versiculi, ex lib. de diuinatione:

Iam verò semper viridis, semperq; grauata.
Lentiscus triplici solita grandescere fructu
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Vt Apud Roma. in honore fuisse lentiscum deprehẽdatur. Recẽtes ergo immeritò Auicennã reprehendũt, qui de Romana mastiche loquatur. Imò & si non dicat arborẽ fe-

rentem mastichen lentiscū esse, id tamen innuit, quum inquit ex ea fieri dentifricia. In hoc autē erat apud antiquos laudatissima lentiscus, & in hoc opere dentiscalpio à Dioscoride collaudatur. Imò Auicēna idē cum Dioscor. dicit in lentisco, quod arbor in vsū acaciæ, & hypocisthidis respondet: quanuis ille vocabulo barbaro vtatur, herisistides. Vnde de his recētibus apprimè mirandum, qui ita temerè sine culpa Arabes reprehendant, & Mauritanos accusent, qui è sua lingua in Latinā peruersè interpretati sunt: fortè si tot haberent Mauritani literarū sectatores, quot Græci, mēdis carere in pluribus perciperemus. Adest in agro Romano & Neapolitano lentisci maxima copia. SE. Habētne duritiem illam mastiche, quū in arbore sumitur? BR. Non, sed resinæ duritiem solùm, postea magis ac magis exiccatur. SE. Resinarum ordinē secūdum perfectionem, & impefectionē libenter addiscerem. BRA. Id libenter agā, de his præsertim, de quibus antiqui meminere. Inter alios Galen. lib. de simpli. med. facult. VIII. per adstrictionem resinas scribens, hunc ordinem obseruat:

Prima, lentiscina, id est, mastiche.
Secunda, terebinthina
Tertia, strobilina
Quarta, pinea

Quin

Quinta, picea
Sexta, abietina
Septima, aliæ.

In digerendo resinarum ordo.

Prima, terebinthina
Secunda, lentiscina
Tertia, aliæ, quæ parum differũt in maiori, aut minori digerendi actione.

In abstergendo resinarum ordo.

Prima, terebinthina
Secunda, aliæ, quæ non differunt in abstergendo sensibili aliqua differentia.
Tertia, lẽtiscina, quæ minus aliis abstergit.

In attrahendo resinarum ordo.

Prima terebinthina
Secunda, aliæ, quæ in attrahendo eadem vi insigniuntur.
Tertia, lẽtiscina, quę cęteris minus attrahit

In emolliendo resinarum ordo.

Prima, terebinthina
Secunda, lentiscina
Tertia, cypariſsina
Quarta, aliæ, quæ æquo modo molliunt, quanquã & exiccandi vim quandã habeãt, & nõnullis in emolliẽdo quãdoq; vti nõ debeamus. Possemus & secundũ acrimoniam eas comparare. Sed Dioscor. nos vocat, qui omnes resinas alio ordine disponit, absolutam perfectionem resinarum considerans,

quę in hunc ordinem disponi possunt:
Prima, terebinthina
Secunda, lentiscina
Tertia, picea
Quarta, abiegna
Quinta strobilina
Sexta pinea.
Venetiis pro officina tua, veram terebinthinam, & mastichen emere poteris. Et præter hæc, ex omni resina fuliginē para, vt Dioscorides primo libro scriptum reliquit, & ad medicos vsus serua. SE. Sūntne aliæ resinæ? nam tu in exarādis Galeni ordinib. cypariſsinę meministi. BR. Imò & acerna, vel zigia reperitur. Est autem tertium genus aceris zigia, & multæ aliæ ex variis arboribus: sed quæ in vsu potissimū sunt, ex prædictis fluunt. SE. Vnum solum aduerto, quum resinam absolutè dicimus, illā pini intelligimus, quam rasa, nulla determinatiōe addita vocamus. BR. Ita vsus fecit. Nam & si apud antiquos resinam inueniamus, terebinthinā ob excellentiam intelligere oportet, nisi alioqui appellare consueuissent, vt in nostro vsu est. Nunc reliqua prosequaris. SE. Oro te aliarū gentiū nomina prætereas. BR. Id libenter agā. Pix à Gallis pois, ab Hispanis Pez: à Germanis bech, à Polonis smola nūcupatur. Mastichē verò Galli mastic, Hispani ex Lusitania

nia almezaga vocāt,& Galli etiā vt nos ferè, & Hiſpani, ac Germani terebinthinā vocāt: nam primi terebinthine, alii termentina, tertii terbentin proferunt. A Polonis verò modrzcuioua ziuicza nuncupatur. SE. Arbi tror te obliuioni mādaſſe, harum picium & reſinarum qualitates referre. BRA. Id nunc efficiam. Gal. VIII. de ſimpli. medicam. facultat. picem ſiccam inquit excalefacere, & exiccare ordine ſecundo, & plus deſiccare quàm excalefacere: vnde in medio ſecūdi ordinis calefacit, in fine exiccat. At humida plus calefacit, quā exiccet. Nā eſt in medio ſecundi ordinis calida, & in prima parte ſicca. Auerrois v. Collectionū, inquit eſſe calidā, & ſiccā ordine tertio. Arbitror mendoſum eſſe Auerrois codicē, & legendū ordine ſecundo: quia in reliquis Gal. verba egregiè refert. Maſtiche & ipſa ſecundum Gal. calefacit, & exiccat ordine ſecundo. Auerrois à Galeno diſſentit, inquiens in ſecundo calidam eſſe maſtichen, & in tertio ſiccam. Gal. potius inhærendum. Terebinthina & ipſa, in ſecūdo ordine calida & ſicca exiſtimatur. SE. Gummi Arabicū ſequitur. BR. Gūmi genera tot eſſe, quot ſunt arbores, è quibus manāt, authores teſtātur: ſed hoc genus, qd Arabicū nominamus, & ab aliquibus Babylonicū, ab aliis Saracenicū dicitur, à nullo

antiq

antiquo authore particulari nomine donatur: quũ verò hoc nomen potius sit ab Arabibus inuentũ, quàm Græcis, gummi Arabicum, ideo ab Arabibus petẽdum est & ex ipsis quid sit inueniendum. Serapio gummi Arabicũ ex arbore acaciæ manare dicit: & Dioſc. lib. 1. ex arbore acaciæ gummi colligi ſcribit, aptum ad ſpiſſandum, refrigerandumq;, quod ex ſpina fieri monet. Vnde Plinius capite vndecimo XIII. libri, optimum gũmi docẽs, ex ſpina Aegyptia eſſe inquit. Acacia verò eſt Aegyptia ſpina, vt à Dioſc. docemur. Eſt autẽ vermiculatũ, colore glauco, purum, ſine cortice (ſcilicet arboris, non ipſius: multi quidẽ decepti ſunt gũmi cortice habere arbitrantes) dentibus adhærẽs. Sed Græci nullum habent peculiare nomen, quo ipſum indicent, niſi Arabico vtamur: tamẽ ex ſpina gũmi, vel acaciæ gummi dicunt. SE. Noſtrum gummi glaucum eſſe nõ videtur. BR. Imò quandoq; glauci coloris vidi, quãdoq; albi, quãdoq; aurei. In cauſa eſt arborũ diuerſitas, à quibus educitur. Nã ex vña arbore non ſumitur gummi noſtrũ, ſed ex pluribus: propter id diuerſos colores, & diuerſas proprietates habet. Spina autem illa, quę acaciã facit, etiam in Arabia naſcitur: hinc nomen ſortitum eſt, gũmi Arabicum. Babylonicum verò, quia circa Babylo

niam

niam Aegypti concreſcit. At Saracenicũ dicitur, quia vulgus noſtrum infideles, & preſertim Mauritanos, Saracenos appellare ſolet: propterea quod ex Aphricæ parte, & Mauritania venit, Saracenicũ vocãt: vt hoc gummi, quod Saracenicum dicitur, quia ex Aphrica etiam conuehatur, Latinè gummi acaciæ, aut gummi Aegptiæ ſpinæ dici deberet. Verùm aliarũ arborum gũmi miſta ſunt, ideo varii colores in ipſo cernũtur. SE. Quarum arborum? BRA. Amygdalarum amararum, ceraſorũ, prunorum, vitiũ, olearum, vlmi. SE. Habéntne diuerſas vires huius gummi genera? BRA. Habent, & vnum alio deterius eſt. SE. Niſi ægrè tuleris, optarim vt quendam ordinem perfectionis, & imperfectionis edoceres. BR. Id libenter agam, à pefectiori exordiens, & mox alia ſecũndum vires ſcribentur.

Primò. gummi arabicũ ex Aegyptia ſpinà.
Secundò, ex amygdalis amaris.
Tertio, ex ceraſo.
Quartò, ex pruno.
Quintò, ex fructibus.
Sextò, ex vlmo.

Quum alia ſint gummi genera, penes ordinem prędictum perfectionis & imperfectionis, eorum firmam experientiam & ſtatum nondum habeo: ideo ad aliud tempus pertra

tractare differam, præsertim quia ad nonnulla priuatim valet, vt est gummi ex vitibus, quòd priuatim infantiũ vlceribus aptissimũ est, & olearũ priuatim dentiũ dolo-
5 ribus succurrit. Nuces quoq; suum gummi habẽt, quod eodẽ modo, sicut alia, ex trunco emanat. Apud Arab. electuariũ sit, quod de cineribus vocãt, apud Auicen. præsertim in quod gummi nucis intrat. Gummi ara-
10 bicum exiccat ordine primo secundũ recentes, imò ad secundum peruenit, & infrigidat ordine primo: tamẽ Auicen. iudicat omnes gummi species esse calidas, & Auerrois charaben excipit. Et re vera gummi Arabicum
15 potius calidum ordine primo, quã frigidũ esse censerem. Tamen è diuersarum partiũ Venetias affertur, ex Cephalonia. A Polonis dicitur gũmi Arabskie. SE. Nónne & dragagantum inter gũmi species numeratur?
20 BR. Naturam gummi habere Dioscoridit. Propiè autẽ gummii non est, quanuis recentes gummi dragaganti appellent. Est autem tragacantha (vt rectè loquar) radix lata, & surculosa, supra terram eminens, è qua
25 rami humiles, firmi, latè diffusi, folio numeroso, tenui, pusillo, intercurrentibus spinis, fronde sua cõrectis, & candidis, validis, sub-rectis. de qua tertio lib. Dioscoridis agit. Ex hac radice incisa succus emanat, qui in lacry-

mam

mam coaleſcit: hic etiam ſuccus tragacantha nuncupabatur. Recentes vocabulũ corrupere,& dragantum,vel dragagantum dicunt. Conglutinat vt gũmi. Antiqui in Creta ſolũ naſci arbitrati ſunt:& re vera in Creta abũdat,& è Creta Venetias affertur. Imò nomen Tragio Cretam ſignificare certum eſt,quia ſpina ſit Cretica. Tamen aliis locis naſcitur,in Arabia,in Achaia, in Media Aſiæ,in Peloponneſo. Quicquid ſit, naturam gummi habet: ſecundum Dioſc. per radicis inciſionem fit. At Theophaſtus ſponte emanare cenſet. Ad gummi igitur redeuntes, Paulus Aegineta quum de cõmi,id eſt,gummi pertractat,ea tantùm animaduertit,quę à Galeno breuiſsimè expoſita ſunt. SE. Notas ſcire optarem,quibus probatiſsimã tragacantham noſcere poſsim. BR. Ex Dioſcoride libẽtiſsimè aperiã: Si trãslucida, leuis, gracilis,pura,ſubdulcis. A Polonis dragant dicitur. Deſiccat ſecundum Gal. vt gummi: propterea in ſecundo ordine ſiccum erit, & frigidũ in primo. ſunt qui iudicẽt in ſecũdo humidum. Ab Hiſpanis alquitino dicitur. SE. Iam noui. Ad reliqua gummium genera accedas. BR. Enumera tu quibus in officinis vtimini. SE. Gummi habemus, quod elemi nuncupamus. BRA. Cuius arboris eſt? SEN. Abs te peto. BR. Quid ſentiã, lubens edocebo.

bo. An verò nodū explicabo, iudex eris. Dioſcorides lib. 1. de gummi oleæ Aethiopicæ pertractat. Hoc gummi, Arabicū gūmi eſſe putat Hermol. Nos ecōtra gūmi ſpinæ Aegyptiæ acaciā ferentis eſſe gummi Arabicū arbitramur, imò ita eſſe debere certi ſumꝰ: quanuis & aliarū arborū gummi miſta ſint. Nam à Plin. id gūmi cæteris perfectius dicitur. Nos autem perfectius gummi nō habemus Arabico dicto: quāobrē & ex his, & ex colore nō poſſum cum Hermol. aſſerere gummi oleæ Aetiopicę eſſe gummi Arabicum, ſed quandoque inclinauimus, vt gummi oleæ Aetiopicæ eſſet gūmi elemi dicti (vt inquit Hermol.) quaſi enhæmi. In id autē nunc potius inclinor, corruptū eſſe vocabulum oleæ, in eleæ, poſtea in elemi. Reperitur aūt hoc gūmi & in Italia, ſed vos pharmacopolę re quadā vtimini mihi valdè odorata pro gummi elemi, quam reſinā potius, quàm gūmi, exiſtimo. Quid verò ſit nondū cōperi: ſatis tibi nunc fit, ex olea Aethiopica, & etiā Italica gummi oleę haberi, vel, vt vos dicitis, gummi elemi, quod Plin. dentibus valere oſtēdit. Quin & ex oleaſtro habetur, quod his notis deprehenditur: ſimile eſt ſcāmonio, ſed rufiuſculū, & exiguis ſtillicidiis cōcretū, guſtu mordaci, nec gūmi aſpectū habēs. Id enim dānatur, qd gūmi aſpectum

ctum præ se fert. Quã verò vos pro elemi, i. oleæ lacrymæ accipitis, cum scammonio simili tudine nõ habet, nec rufa est, cõcreta exiguis stillicidiis, nec gustu mordaci: imò potius quãdoq; dubitatur quod gũmi hederæ nuncupatis, gummi elemi esse, si mordacem illum gustum habuisset. SE. Nescis igitur quid ea res sit, quam gũmi elemi appellamus? BR. Ad hoc vsq; tempus quid sit, quo vtimini, ignoro: sed breui spero rem hanc assecuturum. Satis nunc sit, gũmi elemi verum, esse gummi oleæ: nõ dico Aethiopicæ, sed cuiuscunq; loci, modo olea lacrymã habeat. BR. Oblitus es aliarũ gentium in prædictis gũmi nomina edocere: his tamen maximè oblector. BR. Ne herbarium nostrum suo desiderio frustrari videar, à Gallis gummi Arabicũ, gõme Arabic, & Hispanos gõma Arabica nuncupare scias. Dragagãtum verò Galli, gõme dragãt, Hispani gõma dragante, Germani driant vocãt. SE. Gũmi hederę prosequaris. BR. Ex hedera libro tertio fieri lacrymam Dioscorides censet. Vos pharmacopolæ gũmi quoddã circunfertis hoc nomine appellatum gũmi hederæ, quod non esse gũmi hederę, id testimoniũ est, Dioscoridis lacrymam hederæ psilothron esse dicẽtem: sed gummi illud vestrum, non solùm psilothron non est, imò nec mordicante gustum.

habet, aut qui calorem ostendat. Vnde & Gal.lib.VII.de simp.medic.facul.de cisso.i. hedera tractans, inquit, lacrymam eius pilis nudare, & esse usque adeo potestatis calidæ, vt obscurè adurat. Quamobrē nō est gummi hederæ, vel lacryma hederæ, quam vos pro ea circunfertis. SE. Quid ergo est? BR. Gummi alterius arboris, quā ignoramus. Nam & experientia hedera considerata, verum gummi.i. lacryma hederæ, cognosci potest. Ego quādoq; hanc lacrymam supra hederæ truncum concretam vidi, ab ea quā habetis, longè diuersam. A Gallis gomme de lierre nuncupatur. Fit incidendo hederæ truncū, succus, qui exit, hederæ gūmi vocatur, qui potius liquor nuncupari deberet. Quādoq; de se fluit, sed rarò. s. Putā sine sandaracha inter gummi numerādam? Nam gummi videtur, si proprietates eius cōtemplor, & gustū, & corticem arboris quādoq; coniunctum. BRA. Apud probos authores, duo nomine sandarachæ intelliguntur, Vnū est, quod cherātemum dicitur, vel rhitaces, quo in apomeli Dioscoridis quarto libro & Hermol. in corollario capite. DXLIIII. in lilio. Sed hæc vestra sandaracha, quā à vernore vernicem dicunt, nihil ad rem medicā. Est alia sandaracha, de qua Dioscor. v. lib. quæ cum auro, & argento inuenitur, & argenti fodinis

fodinis flammeo colore ad satietatem rufescit, fragilis, puráque,& habens quodam modo cinnabaris colorem,& reddens virus sulphuris. Nec est vera sandaracha, quam in officinis haberi oportet. De qua Gale. Paulus,& Dioscо. medicas vires tradunt. Cuius vice auripigmento vti possumus, quoniam eadem vires habet. Inter auripigméti massas sandaracha inuenitur. Et nũc ego domi habeo veram sandaracham, auripigmento nexam. eadem enim fodina colliguntur. Fit etiam adulterina sandaracha ex ceruſſa decocta, vt Vitruuius septimo architecturę libro docet. Illud autem casu inuentum est, facto incendio, vbi erat ceruſſa. Hęc sandaracha pictorib. magis apta est: naturalis verò medicis. SE. Sandarachã libenter cognoscerem, qua omnes ferè medici vtuntur,& paucissimi, imò nulli cognoscere vidẽtur. BR. Tibi in tua officina sandaracham osten dam. SE. In mea officina? fortè illam portabis. BR. Imò in tuis pyxidib. inueniam. Considera auripigmẽtum tuum, videbis aliqua parte rubescere, vt ferè in minii colorẽ vergat. SE. Id frequentissimè video, imò auripigmentum ita rubrum superioribus mensibus à luteo discreui. BR. Illud rubrum sandaracha est. Eadem enim fodina,& sandaracha,& auripigmentum effodiuntur: imò si-

mul mista sunt. Sed quod maius est, audias: auripigmentum, & sandaracha idē re sunt: differunt tamen per maiorem, & minorem decoctionem naturæ. Nam & idem ab arte fieri percepi, & tu ipse experiri poteris. Sume auripigmentum, & vitreato vase impone suppositō igne, vt liquescat, & accendatur, accēditur ferè vt sulphur: si per aliquod spatium combusseris, inde frigescat, videbis oculata fide per hāc decoctionem auripigmentum sandarachā euasisse. Si etiam auripigmento pinxeris, & sandaracha, eundem ferè colorem faciunt, nisi quod in sandaracha intensior est, quàm luteus, in auripigmento magis floridus. Nam sandarachę color in eum, qui vulgò ranzo appellatur, inclinat, in quem etiam is dependet, qui ab auripigmento vsto fit, vt auripigmentum vstum in sandarachæ naturā transiuisse deprehendi possit. Nec mouearis, q̄ sandaracha rubra dicatur: quoniam rubra quidem est visu, sed quum teritur, & aqua miscetur, hoc est, aptatur ad picturę opus, hunc colorem luteum intensum facit, nō rubrū. vnde minio similis est visū sandaracha, nō autem opere, quum ea picturæ fiunt: vt manifestè cognoscas sandarachā verā, esse auripigmentum à natura magis coctum. Quod si arte conaris, eundem colorem insigniri videbis.

Tu

Tu ipse experiaris, quemadmodum & ego pro nosce dis exquisitissimè sepius expertus sum. Imò & ꝙ risagalū vos nuncupatis, ex auripigmenti genere est. Qui verò inquiūt Venetiis auripigmentū liquefieri, & arte in lęuigatas assulas parari, quas risagalū postea nuncupāt, decipiūtur: nā in fodinis auripigmēti arsinagal reperitur, & eiusdem generis est, sed vilius. Ideo & viliori pretio vēditur, in quo reperitur etiā sandaracha: color eīn sandarachæ magis ignitus est, & aliqua parte cinnabarim refert, redolētq; sulphuris odorē. Recētes chymistæ arsenici nomine tria intelligūt, auripigmētū, risagalū, & quod particulari nomine arsenicū vulgò dicimus. Chymistarū nomina hæc sunt, arsenicum croceum, quod est auripigmentū, arsenicum rubrū, quod est sandaracha, arsenicum album, quod ita simplici nomine à nobis vulgò dicitur. Sed in vno decipiūtur, quia arsenicū album non esse minerale arbitrantur, sed inquiunt Venetiis esse, qui vi ignis ita parēt, & arte ex auripigmento faciūt. qđ falsissimū esse, & inexpertes agyrtæ noscūt. Nā ex minera defoditur nostrū arsenicum. Sed chymistæ suā hanc distinctionē ab Auicēna accepere, ita innuente: Serapio autē sub cap. Narneth, quod est CCCLXXXI. i. auripigmenti, sandaracham etiam intelli-

git & arsenicum album. Quod verò sub auripigmẽto sandaracham accipiat, ex eo deprehenditur: quoniam ex sententia Dioscoinquit in eisdem fodinis auripigmentũ cirtrinum inueniri, in quib. inuenitur auripigmentum rubrum: hoc autem à Dioscoditur sandaracha, & in calce verborũ Dioscà Serapione adductorum, caput de sandaracha Dioscponitur, & suas proprietates assignat sub nomine auripigmẽti rubri, vt certum sit apud Serap. sandaracham esse auripigmentum rubrum: vnde frequentissimè in auripigmento sandaracha inuenitur, & in dicto risagalo, quod & ipsum in auripigmẽti genere censendum est. Risagalum verò, & nonnulli arsenicũ vocant: sandaracha à Serapione auripigmentum rubrum appellatur. SEN. Gaudeo senescens semper plurima discere. Sandaracham habeo, habere autem ignorabam. Verùm quũ venenum sit praesentissimum, quomodo à Dioscin vsu medico valere iudicatur? BR. Nõ mirũ, quoniã nõ multa venenata aliis mista, mitiora fiũt, & apta medelæ. Nam Dioscvi. lib. sandaracham inter venena numerauit, & quib. remediis eius noxa aboleatur. Miror de Rodulpho Agricola, qui in suo Bermano sandaracham non olere virus sulphuris scripserit. Si ipse tractasset, & manibus fricuisset, sulphu

sulphuris odorem euitare nō potuisset. Imò si (vt nos fecimus) accēdisset, oculis fumum sulphuris vidisset, & nidorē narib. persensisset. Adde eundē authorē admirari Dioſc. qui cinnabaris colorem habere dixerit. Tñ à Dioſco. nusquam hoc dicitur, sed qđ aliquem colorem cinnabaris habet. i. aliquo modo inclinat: in rubrū enim vergit. At mista aqua, & optimè trita luteum colorē facit parū intensiorē colore simplicis auripigmenti, sed eiusdē apparentiæ cum colore auripigmenti vsti. Quū ergo in antiquorū descriptionib. sandarachā scriptam inueneris, partē rubram auripigmēti accipito, aut rubram partem risagali dicti. Si verò desit pars rubra, eā partē arsenici, aut auripigmēti sumas, quę in rubrū magis inclinat. SE. Id autē, quo pro sandaracha vtimur, & gūmi videtur, quid est? BR. Est gūmi iuniperi: nā Arabes sandarachā appellāt gūmi iuniperi ex quo puluis fit, quem vernicē vulgò nuncupamus ad deliniendas chartas, ne bibulæ sint, & pictores eo vuntur in quadā compositione vernicem appellata, ex oleo nucum, aut lini, aloe (vt lucē colorib. tribuāt) & hoc gummi. Miror cur in vsum medicū venerit hoc gummi, quoniam Plin. lib. XIII. cap. XI. gummi iuniperi ad nihil vtile censuerit. SE. Quare ducti recentes hoc gūmi sandara-

cham putarũt? BR. Decepti sunt in nomine: quia apud Serapionẽ sandarax scriptũ inuenere, ipsi sandarachã putarũt: tamẽ Arabes, quos Serapio adducit, multas vires huic gũmi attribuere videntur, quales Dioſc. & authores veræ sandarachæ attribuũt. Sed vnũ est præsidium, à quo abstinerẽ, fumum, scilicet sandarachæ per os recipere, licet à Dioſco. præcipiatur. SE. Cur vernix dicitur? BR. Aliud cõiectari nõ possum, quàm cũ Hermolao dici quasi vernus ros. Gũmi enim vere potissimũ fit, & æstate perficitur, præsertim ex rorida substantia. Galli, vt nos, vernix, Hispani verniz, Germani virnis appellant. Calida est & sicca apud Serapionẽ, ordine primo: nobis autem videtur secũdum attingere. Si vratur, iuniperi odorem spirat. SE. Aliud gũmi sequitur, qd charabe nuncupant. BR. Nescio an alia simplici re incõltantiores sint authores tã antiqui, quàm recentes, quã in hoc vocato charabe. Omnes electrũ, vel succinũ esse putãt, tam qui nuper, quàm qui antiquitus scripsere. Tu Plinii lege ca. II. lib. XXXVII. vbi Græcorũ poetarũ fatuitates aperit, qui putarũt lacrymas esse sororum Phaethontis in populos conuersas circa Eridanum, vt hinc etiam collectum sit charabe, aut electrũ gummi esse populi nigræ, quod Serapio, & Auicenna scutare visi sunt

sunt. Ipsi enim caput faciunt de haur romu, i. populo, & omnia scribunt, quæ à Dioscoride in populo nigra traduntur. Duo autē capita ab Auicenna fiunt, in quib. idē præcisè scribit. Vnū quod est CCCXLIIII. in quo de lauro Romano differit: aliud quod est D.X. vbi de nuce Romana percurrit. Sunt autem duo capita, vbi de eadem re, & eodē modo scriptum est. Capita autem CCCLXXIIII. de charabe loquitur, quod nucis Romanę gummi esse dicit: appellat aūt charabe lingua Persica, quasi paleā rapiēs. Nō est autē hic locus contrarietatē pertractādi in horū capitum qualitatibus quia nostrū institutum est rem tantùm aperire. Quòd autem Auicenna de gummi nigræ populi loquatur, tum ex proprietatib. apparet, tum ex nomine ipso: inquit enim haur Romanū appellari achirosa. Græci aūt, vt Dioscor. & Gal. populum nigram, ἄιγειρον appellāt, vt manifestè appareat, Auicennæ interpretem corrupisse vocabulum, & pro ἄιγειρον, achirosa scripsisse. Vel fortè librarii fuere ita per vices describētes corruperint. Ad rē igitur, video antiquos authores in hac re adeò diuersos, vt quid dicēdum sit, ambigam. Plinius cap. II. & III. vltimi libri de hac re incertè tractat. Dioscor. electrum gūmi esse nigrę populi in Eridanum defluens sentit primo libro, in

nigræ populi capite: postea secundò lib. lyncurium. i. ex vrina lyncis factũ lapidé, electrum esse iudicauit. Hęc tñ incertè proponit, vt de re ipsa incertus esse videat. Gal. & Paulus de gũmi albæ populi pertractãt, tamen electrum, vel succinũ esse nõ dicũt. Res adeò incõstans est, vt ferè me explicare non sciam. Hoc tamé certè deprehẽdo Genuensem, Pandectariũ, & cæteros recẽtes aberrare, putãtes rem illã, quam nos ambro appellamus, esse Arabũ charabe. Error aũt est, quia charabe Arabum est gũmi populi nigræ, & etiam albæ, quam Græci simpliciter λευκην appellant, nos populum albã Latinè, nostra materna lingua Græcos imitamur: quia albaro quasi albũ appellamus, vt Græci λευκην. Ex his duob. populi generib. gũmi fieri certum est, quod ab Arabibus charabe vocatur, à Græcis albæ populi resina, vel gũmi, à Latinis eodem modo dici debet. Causa autem erroris fuit, quia Dioscoridis hoc gummi electrum appellari monet, & chrysophoron. Sed Dioscoridis verba pensitanda sunt, qui ita esse simpliciter non dicit, sed ab aliquibus ita appellari: tamen non est verũ electrum. i. nostrum vocatum ambrum, quamuis ab aliquibus tali nomine ob similitudinẽ appellatur. Vnde in hoc me resolvo: Charabe Arabum, & gummi populi albæ Græcorum

corum idem sunt, & non sunt nostrum electrum, vel ambrum, vt recentes putant. SEN. duo abs te scire percupio, quid sit res ea, quæ pro charabe vtimur: præterea, quid apud antiquos sit res ea, quã ambro vocamus, quo indices fiunt, quibus mulieres numerãt preces, quas Deo singulis dieb. fundunt. BR. Id, quod in officinis pro charabe habetis, idem est penitus cum ambro, quo indices fiũt. Tu experimentũ sumere poteris, vt ego frequẽter expertus sum. Accẽditur charabe, & ambrum, & eodẽ odore redolent, eandem guttam faciunt, eandem flammã. Sume frũstum eius rei, quã vocas charabe, & vnum indicẽ ambri, & accensæ candelæ admoueas, accenduntur eodẽ modo, & eisdem omnibus notis præscriptis. Imò in visu, colore, & splendore conueniunt, & ex eodẽ loco ad nos defertur: ex mari Dantisci ad nos fertur, & ambrum, & charabe. Est aũt Dantiscum mare in Germanico Oceano: ea aũt pars, quæ nũc Dantiscus dicitur, ab antiquis Cosmographis Prussia nucupatur. vnde ex Prussia habetur. Quid verò sit, nesciunt se explicare, qui illinc veniũt. A Germanis ex Prussia in Pannoniã mox (vt inquit Pli.) Prouinciam (est aut Prouincia ea pars Galliæ, quæ nunc Prouẽza vocatur) inde Genuam affertur, & nonnulli mercatores Venetias contendunt,

Qu

Quæ à Plinio dicuntur c.iij.lib.xxxvij. certissima sunt. Nasci in insulis Septẽtrionalis Oceani, defluẽte medulla pinei generis arboris. vt gũmi in cerasis, resina pineis: erumpit humoris abundantia, densatur rigore, vel tempore, aut mari, quum intumescens æstus rapuit ex insulis, certè in litora expellitur, ita volubile, vt pẽdere videatur, atq; consistere in vado. Quod arboris succũ esse, etiã prisci nostri credidere, ob id succinum appellãtes. Pineæ aũt arboris esse, indicio est pineus in attritu odor, & quod accẽsum tedæ modo, ac nidore frãgret. Qui in Prussia prope mare Dantiscum habitãt, colligũt circa maris litora ambrum, charabe, vel succinũ, sed ipsi vnde veniant, nesciunt. Quod verò distillet, hoc argumẽto notat Plin. quia sunt quædam intus trãslucẽtia, vt formicæ, aut culices, lacertæque, quas adhæsisse mustẽo non est dubium, & inclusas indurescenti. Hoc nos frequẽtissimè vidimus ambrum apes, muscas, formicas, festucas inclusas habẽtem. Imò & domi habemus, in quo adeò mirè formica, & integrè inest, vt nec minimũ crus desit. Et indicè vidimus apud Blasium Epidaurẽsem, in cuius singulo globulo animans adest. Ex his paruis nostræ mulieres sibi parãt indices ad salutationes angelicas numerandas, & ad ornãda colla. Sed tẽpore Plinij, erat agrestiũ

fœmin

fœminarum Trãspadanarum ornamẽtum, monilium vice, ſuccina geſtãtium, maximè decoris gratia. Etiam & noſtro hoc tẽpore ſolæ populares, & agreſtiores ſuccino pro ornamento vtuntur. Succinum igitur, & charabe idẽ ſunt, & gummi eſt pineæ. Nos in pinetis Rauennatibus gummi vidimus ſimile ſuccino, & accẽdimus eodẽ odore quo ſuccinum, ſed nõ ita durum, fortè quia alio cœlo quàm ſeptentrionali ortũ. Conſtat autem & ex India conuehi. Vnus tantũ eſt ſuccini color, ſed differt per magis, & minus: Aliud enim eſt candidum, aliud colore ceræ nouũ. SEN. Hic eſt color charabe, quod habemus paſſim in officinis. BR. Aliud eſt fuluũ, aliud tanquã mel coctum. SE. Et etiam noſtrũ charabe hunc colorem habet. BR. Nunc mulieres noſtræ nonnullæ flagrantẽ probant, aliæ turbidum. Tempore Plinii erat maxima authoritas tranſlucentibus, prætereaquã ſi nimio ardore flagrarent: imaginẽmq; igneã ineſſe, non ignem eſſe placebat. A Germanis gelbernic ſtean nuncupatur, ac ſi dicant, crocei coloris lapis: quãuis Plinius referat ſuo tẽpore, à Germanis gleſſum dici, & propterea inſulam Gleſſariam in mari Oceano dictã. A Polonis bierſtyn vocatur, ab Hiſpanis amber. Martialis & ipſe nouit in ſuccino formicas occultari, inquiens:

Cùm

Cùm Phaethöt&æa formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram.

Sed ipſe poſtea veluti poeta ex ſororib. Phaethontis plorãtibus ſuccinũ prodire arbitratur. Decipiũtur, qui è terra veluti bitumẽ cõcreſcere dicũt. Præter dictos colores, nos nigrum ambrum habemus, ſed arte factũ eſt. nam tingitur omni colore, præſertim Plinii tempore, ſeuo hœdino, & radice anchuſæ tingebatur, quippe etiã cõchylio inficiebãtur, quum ſit ambrũ tinctũ: an verũ ambrũ ſit, id eſt, ſuccinum, vel electrum, igne deprehendes: quoniã verũ ambrũ flammeſcit, odoré pineæ ſpirans. Si verò ex re dicta ſmaltũ ſit, non flammeſcit, nec odorem pineæ habet, quãuis ſuccinum alio colore infectũ ægrius flammeſcat, quã purum, tamen non poſſunt non habere etiã ſuccina tincta proprietatẽ eam feſtucas, paleas, & ſicca folia ad ſe trahẽdi, quũ attritu digitorũ, aut veſtis caleſcunt. Hoc etiã vnum indicium eſt cognoſcendi verum ambrũ tinctum à non vero: & hæc proprietas fecit, vt Arabes charabe nuncuparẽt quod lingua Perſica ſignificat paleas ad ſe trahere. Vnde & Dioſco. in lyncurio ipſum pterygophoron, quia in ſe trahit floccos, & ſtramẽta vocat. Tamen multa alia ſunt præter ambrum, quæ ita trahunt: quamobrem ſuccinum, veſtrum charabe, & electrum idẽ ſunt:

sunt: & gummi pineæ induratum esse credẽdum, imò certè asserẽdum est: quanuis hoc vocabulum, electrum, ad multa alia significanda ab antiquioribus accipiatur. Nã vocabulum electrum succinum significat, & lapidẽ ex vrina lyncis factũ, & naturale quoddam habens quintam partem argenti in auro, & arte factum, ex tribus partibus auri, & vna argenti. Hoc autem tertium electrum aurum, & argentum mistum habens à Chymistis Phaethon nuncupatur. A Neapolitanis populus alba, alano vocatur. Putant quidam cùm putrescit, partim in agaricũ transire, partim in charabe, magno errore. Charabe aũt apud Auicẽnã in libello de viribus cordis, est calidum ordine primo, & siccũ in secundo: quanquã nonnulli frigidũ esse censuerint, qui errore detinentur. Quid verò sit ambraca dictum, apud nullũ antiquorũ inuenire potui: quanquã arbitratus sim antiquos aliquos sub succino hoc ambracũ nostrum intellexisse, eo argumento, quia nonnulli odoratissimũ ipsum fecere, & ex terra veluti bitumẽ prodire: tamen incertus sum. Tria genera ambracæ apud recentes inueniuntur. Vnum, rufum, & pingue, quod cęteris præfertur, quod Selachiticũ à loco Indię vbi nascitur, appellatur: Aliud, subalbidum, qđ sechra dicitur, ex Arabia felici asportatũ

Tert

Tertiũ nigrũ, quod cæteris ineptius est. Primũ vidimus Genuæ, vbi manicæ odoratiores fiunt, quã in loco altero Italiæ. Secundũ, & tertiũ frequẽtissima sunt Venetiis. Auicẽna & ipse in capite de ambra, triæ genera numerat. Intelligit aũt per ambrã, ambracam. Laudat & ipse primũ genus, quod (suis vocabulis) ipse dicit esse grisei coloris. Nigrũ vilipendit, quod fuisse in ventre piscis asserit. Idẽ Serapio de ambra, id est, re illa odorata, quã ambracã nuncupamus. Nullus est antiquus (quẽ legerim) qui de hac ambraca loquatur. Apud Actiũ reperiri ambar, scribit Hermolaus, hoc intelligens, vt putat. Nos autẽ nõ ambar, sed ambrã inuenimus libro decimosexto c. cxxxiii. An verò de ambraca loquatur, vel de succino, aut altera re, incerti sumus. Suspicamur tamen loqui de ambraca, tum quia illud, nomen habet propriũ succinum, & electrum, de quibus secundo libro agit sub illis nominibus: quanuis simul, & semel lyncurium scribat, vt visus sit succinum verum ignorare: tum quia ponit ambram in compositionem suffumigii muscati, in quam potius ambraca, quã ambrũ, id est, succinum interserẽdum erat. Quanquã & succinum non careat odore, præsertim quum aduritur, & ad suffumigia aptum est, quia igne recipit. Hermolaus tamẽ nomen

inue-

inuenit noſtræ ambracę, quippe iubet ſuccinũ orientale appellari primus omniũ. Fabulantur qui ſperma ceti eſſe contendũt, & qui fructum cuiuſdam arboris ſub mari exiſtentis, & qui iecur piſcis, aut piſcis ſtercus eſſe putant. Conſtat enim ſcaturire variis locis, ſicut bitumen, & ſulphur in India, & Arabia. SE. Reperitúrne apud Serapionẽ noſtrũ ambrum, quo indices fiunt? BR. Fortè eſt in cap. XLVI. apud Serapionem, vbi de ſtyrace pertractat, inquit (de quadã re loquens) vocari ſtyracem eremitarum, qui eſt ambar, & lubne eremitarum: niſi hoc ſit noſtrum ambrum, vel ſimul confundat in charabe (vt videtur) nunquã apud Arabes inuenire potui. Tu alia proſequaris, quoniam in charabe, id eſt, ſuccino immodicus videor, licet non inneceſſarius. SE. Gummi pini cõſequitur. BR. Præter reſinam in pini truncis, gummi albi cans concreſcit, quod à nobis pini gummi, à Gallis gomme de pin nuncupatur: ſed ob reſinam in raro vſu eſt. SE. Ergo ad aſam fœtidam veniamus. BR. Quod nos laſer, Arabes corrupto vocabulo aſa dicunt, σίλφιον à Græcis nuncupatur. Vnũ tantũ genus apud Dioſcoridem, & probos authores inuenio: vos autẽ pharmacopolæ, & recentes duplex genus aſæ facitis, fœtidũ, & odoratũ. Opus eſt apud antiquos experiri, an hæc duo ge-

nera inueniantur. SEN. Ego frequenter asam odoriferã, & asam dulcem inueni, sed nunquam videre cõtigit. BR. Recẽtes in asa dulci decepti sunt. Nihil enim apud probos autores, etiam Arabes, reperitur, quod dulcis asa nuncupetur: ideo illi recentes aberrant, qui glycyrrhizæ succum arbitrantur, & per peram Rhasim interpretãtur in capite de diminutione coitus, vbi inquit Altit, ipsi interpretantur asa dulcis, quum potius gummi asæ interpretari debuissent. Sed hęc alias. Tu (vt inquis) fœtidam asam vidisti, odoratam autem nunquã videre cõtigit. SE. Equidẽ. BR. Et ego odoratã asam apud antiquos inuenio, sed ipsam ostẽdere nõ possum. Fœtidam verò apud eosdem inuenire, difficile est. SE. Abs te quid hæc sunt, libenter addiscã. BR. Alias putabã, quod à Dioscoride filphiũ, à Latinis laserpitium appellatur, duo cõplecti, vestram dictam asam fœtidam, & belzuinum. Itaque à pueritia ferè imbiberam. Auicenna in causa fuerat, qui asam in fœtidam, & odoratam distinguit. Ipse Altit. sua lingua dicit. Interpres, barbarus, non Latinus, laserpitium scribere voluit, & asam dixit, hoc nomen corrumpens, sicut cętera alia corrumpere assuetus erat. Tamen Dioscoridem, Plinium, Galenum, Paulumque consideras, laserpitium non esse nostram asam fœtidã, multus.

multis testimoniis probari potest. Si Plinius lib. xxvj. ca. xxiij. legeris, manifestè deprehendes silphium, aut laserpitium in medicina, & coquina valere: nostra aũt asa fœtida in coquina nihil valet, imò oẽs dapes corrũperet. Et quanuis plura genera distinguat, id est, per varias prouincias, in quibus perfectius, & imperfectius nascitur. Idẽ facit lib. xix. capit. tertio, vbi laserpitiũ inter ea, quæ comeduntur, enumerat, & in vtroque loco magnam existimationem ostẽdit, in qua laserpitium fuit, & ingens ipsius pretium. At vestra asa fœtida in nulla existimatione vnquam fuit, & nunc non est, vtpote cuius vna libra decẽ Ferrariensibus solidis ematur, qui sunt viginti Veneti. Dioscorides quoque inquit, radicem eius commendari sapore ad intinctus, & iusculenta, & garum. Idẽ sentit ad cibaria esse vtile laserpitium. Theophrastus libro sexto de plantarum historia: vt hæc omnia ostendere videantur vestrã asam fœtidam non posse laserpitium, aut silphium antiquorũ esse. Adde laserpitium colorẽ modicè rufum habere, translucentem, & redolere myrrham, habereque inter sum odorẽ: sed nostra asa fœtida, omnia in oppositum habet: quare asa fœtida laserpitium esse nõ potest. Belzuin verò ita a nobis vocatũ, antiquorũ laserpitium esse videtur. Nam commendare

tur inter cibaria,& credẽdum est, arboris ra
dicẽ,ex qua colligitur,odoratas dapes redde
re posse:vnde animus inclinat laserpitiũ,la-
crymam illam esse à nobis belzuinũ appel-
latum.Hi enim qui triremes, & Lusitanorũ
celoces ascenderunt,arborẽ, ex qua belzui-
num colligunt,describentes, laserpitiũ Dio
sco.aut silphrum exquisitè describunt, præ-
ter id, quòd ipsimet ab ipsa veritate coacti
belzuinum laserpitium appellant. Serapio
etiam inter Arabes laserpitium sub nomine
Aniudem,id est,asæ tradens, ea tantũ dicit,
quæ à Dioscoride,& Galeno de ipso scripta
relinquuntur. SE. Ergo de nostra asa fœtida
antiqui nusquam locuti sunt? BR. Dum tecũ
loquor,in ipsam incidere videor, & quid sit
apud antiquos,præsentatur.Vnde quum la-
serpitium ex Syria, Armenia,Media, Aphri-
ca,& India conuehatur , quod ex Aphrica,
Armania,& India affertur,suauissimũ odo-
rem habet,præsertim Cyrenaicum: vnde &
opos Cyrenaicus,id est , succus Cyrenaicus
appellatur.Medicũ verò & Syriacum, id est,
quod ex Media,& Syria affertur(vt Dioſco.
inquit)virosum odorem habet,& putrilagi
nem resipit:hoc est nostra asa fœtida : quo-
niam ex Syria Alexandriam , & Alexandria
Venetias fertur. Obscurum verò colorem
habet,quoniã adulteratur etiã addito Saga-

pen

peno, antequã areſcat,& ſimul etiam terra. Vnde ſi rectè odoraueris, ſagapeni odorem perſenties: ſapit enim (vt optimè dicebat Meſue,& falſo à quodã viro reprehenditur) porri quadantenus odorem:& à Dioſcoride etiam dicitur Sagapenum medium odorem habere inter laſerpitium,& galbanum. Ideo opus erat laſerpitium Syriacũ ſagapeno adulteratum, ſagapeni odorẽ habere,& ſuũ viroſum. Propterea non mirũ, ſi adeò fœteat. Aſa igitur ab Auicen. non ab re in fœtidã,& odoratã diſtinguitur. Vnde & laſerpitiũ duo complectetur ſecundũ varias vrbes,& vt diuerſis locis naſcitur. Quod nos belzuinũ vocamus, ex Aphrica, & Armenia fertur, vt Dioſcorides inquit. Adde tu,& ex India: veſtram autem aſam fœtidam ex Media,& Syria comportant: tamen vtraque laſerpitium dicitur. Nam laſerpitiũ lacryma eſt ex inciſa radice,& caule ſilphii. Primum ad vſum menſarum eſt, ſecundum minimè. Succus, qui eſt è caule (vt Plinius inquit) caulias dicitur: qui autem à radice, rhizias. Inſpiſſatur furfure & farina: propterea in belzuino frequenter quaſi grana furfuris videtur. Cyrenaicum ſummè laudatur, ideo abſolutè opos Cyrenaicus dicitur, vel ſimpliciter opos, aut ſimpliciter Cyrenaicus. In tua officina folia, radices, caulem, & lacrymam

habere ſtudeas. Primum vocant maſpeton; ſecundum magydarim, tertium ſilphiũ. Lacryma verò laſerpitium & ſilphii ſuccus, vel lacryma appellatur. SE. Hæcne certè teneſ?

BR. Inclinor nunc, aliàs hanc rem ad oculũ tractaturus. Nec admiratione afficiaris, ré fœtidam inter intinctus, & cibaria ad ſaporem gratiorem accõmodari, quandoquidé & nos allium, cæpas, porrum, inter cibaria delectameti gratia miſcemus, quæ tamé re vera fœtent. Nec omnia antiquorum, quæ odorata dicuntur, grato odore redolét, aut omnia ſapida ab ipſis laudata. Quandoque Vergilianũ Moretũ parari iuſſi impoſsibile erat, etiã maximè ruſticum, comedere. Nonnunquam etiam aliqua Plin. vnguenta parauit, quæ graui odore offendebant potius, quàm delectarẽt. Ideo nõ mirũ ſi laſerpitiũ Syrium inter cibaria pro delectamẽto ponere debet, quã illa lacryma forte ſtercore adulterata. Imò & à ſtercore nomẽ illi dederẽ Germani, teufelſz dreck dicentes, id eſt, ſtercus diaboli, quo nomine nos vulgò ſolemus appellare petroleũ. Poloni benzoin vocant, & aſiam fœtidã czarczie. Calida eſt in principio quarti ordinis, ſecundum Auicen uam, ſicca in ſecundo. SE. Galbanum ſequitur. BRA. Ab albedine nomen ſumpſit gal-

ban

banum. Quod autem nos habemus, mistũ est, vt putarim adulteratũ esse. Tantò verò purius est, quantò magis albicans. Similitudinẽ thuris habere debet, aut ammoniaci. In Dioſc. codicibus thuris solũ legitur: à Plinio additur, & ammoniaci. In Dioſc. codice ammoniaci deesse arbitror, non ob hoc, quia Plin. illã particulã addiderit, ſed quia Serapio Dioſc. verba in galbano adducens, ammoniaci addit, & res ipſa ita esse ostendit. Rarò enim thuris ſimilitudinẽ habere vidi, frequentius ammoniaci: quanquam & ammoniacũ thuris ſimilitudinem habeat, quia ita concretũ ſit. Hæc igitur optimi galbani indicia ſunt, nõ eius, quo vtimur, qđ vel adulteratũ, vel fæx boni est: Similitudinẽ thuris habeat, vel ammoniaci, grumoſum ſit, purũ, pingue, minimè lignoſum, & in quo nonnihil ſeminis ferulæ admiſtũ ſit, odore graui, non multũ liquidũ, nec multũ aridũ. Quod aũt nos habemus, lignoſũ est. Ex Syria Alexandriam, poſtea Venetias portatur. Venetiis quandoq; pulcherrimũ vidimus. Miror autẽ cùm habeat grauem odorem, cur ab antiquis inter vnguenta numeretur, vt Plin. primo capite libri XIII. teſtatur. Verũ id fortè fecere, vt grauia acutioribus miſcentes, tertium quoddã perfectum, odoratumq; inueniret: nam, vt eo etiã loco

manifestum est, compositionē odoratā ex fœnugræco parabant, quod grauē odorem habere nemo dubitat. Aut igitur (vt prædiximus) grauia acutis permiscentes, medios quosdā odores fingebāt, aut quę nobis graueolētia, antiquioribus bene odorata videbantur. A Polonis galbā dicitur, à Cretēsib. vulgò galbani. Calidū in principio tertii ordinis, siccū in principio secundi apud Auerroim. Auicen. oppositum dicit, calidū in secundo, siccū in tertio. Auerrois cum Gal est, qui inquit esse ex tertio ordine calefacientium incipiēte, aut secundo cōpleto: in exicādo verò ex secūdo incipiēte. & ita esse experientia ostendit. SE. Bdellium sequitur. BR Bdelliū apud Græcos vnū est, per regiones, quibus innascitur secundū perfectius, & imperfectius distinctū. Apud Arabes duplex molechil, id est Bdelliū reperitur, de quibus tāquā de diuersis rebus Serapio cap. CXVII. & cap. CCXCIIII. pertractauit, quāuis Auicenna eodē capite vtrunq; cōfundat. Cùm tamē bdelliū primū Serapionis genus frutectus sit, qui maturatur in Mecha, in Hispan. minimè, nō est idē cum bdellio Dioscoride sed secundū Serapionis bdellium cum Dioscoride bdellio idem sunt. Primum enim Serapionis bdellium est genus palmæ. Auicen. bdellium antiquorum in Arabicum, & Iudaicū

distin

distinguit. Dioſc. tria genera facit per regiones, & colores diuerſa. Primum genus Saracenicum eſt, id eſt, ex Lybia allatũ: ea enim parte homines Saraceni vocantur. At quia hoc vocabulũ Saracenicũ Hermolao Dioſc. tempore extaſſe non videtur, propterea Sébracenicum legit: quoniã Africani, qui verſus Aethiopiam habitant, nondum Saraceni dicebãtur. Marcello placuit vt Scythicũ, & Arabicũ legeretur. Tamẽ nomẽ hoc Saracenicũ antiquiſsimũ eſt, & antiquior Dioſcor. Saraca vrbs eſt. Imò duę ſunt hoc nomine inſignitæ vrbes, vt apud coſmograph. patet: vna in Media, altera in felici Arabia: Adeſt & Saraca poſt Nabathæos, vnde Saraceni. Quod verò fingit Hermol. Afros nõdum dici Saracenos, voluntariũ potius eſt, quàm certa ratione dictum. Tamen ego in Dioſc. Bactrianum legendum putaui, quod à Plin. cap. 1x. duodecimi libri dicitur. Serapio Arabicum in Dioſc. legit, hoc eſt, perfectius: propterea non ab re legendũ fortè eſt Saracenicum, à Saraca vrbe felicis Arabiæ, non à Libya, vt fingit Hermol. Probatur verò his indiciis verum bdellium, quod amarum ſit, translucidum, glutini taurino ſimile, in profundo pingue, & cùm tractatur lentescens, ſine ligno, ſine ſordibus, cùm incenditur odoratum odore marini vnguis. Hic

locus interpretes perturbauit, quia Hermo. odore marini vnguis in Dioſco. interpretatur. Marcellus autem humano vngui colore ſimile exponit. Græcus codex, quem habeo, & plures alii, quos legere volui, dicunt ὀσμὴν ἐν τῷ ὑμιάσει κοινὸς ὄνυξ. id eſt, bono odore, cùm accenditur, ſimile vngui. Duo me mouent, vt potius Hermolao conſentiam, quàm Marcello. Vnum eſt, quia vnguis corpus habere nō debet bdellij, nec Dioſco. de vnguis colore quicquam dicit. Alioqui idem cum myrrha videretur. Nec Plin. hoc animaduertit de colore vnguis. quod erat ſummopere obſeruandum. Aliud eſt, quia Serapio in pluribus Dioſco. interpretis eius verba referens, inquit: Accenſum blactæ Byſantiæ odorem habere. Sunt autem marini vngues. Nos hoc genere bdellii caremus, qui noſtrum amarū nō eſt. Vnde frequēter inclinauit animū, vt gummi, quo prō myrrha vtimur, hoc bdellii genus ſit, ex Africa Alexandriā, & Venetias cōportatum, quia amara eſt, & alias notas habet. Noui poſtea illud eſſe, quod ex Arabia Petræa, & quandoque India affertur. Quo verò nos pro bdellio vtimur, adulteratū eſt. Ita deprehēditur quia nō eſt amarum: & ſi accendatur, gūmi odorem redolet. Contingit tamē mihi ſemel verum bdellium, & verā myrrham videre Ve-

netiis

netiis in officina Campanæ, i. hæc duo exquisita. Quòd si arguas, nostrã myrrhã bdellium esse nõ posse, quia odorata non sit: dicemus Indicum, & ex Arabia Petræa petitũ graué odorem habere, qualem habet nostra myrrha. Sed hæc aliâs. Hispani bdelliũ, Cretenses vulgò vdegli vocãt. In bdellii qualitatibus cõfusi sunt authores. Et in causa fuere diuersi bdellii species secundũ nationes diuersas, qui dicũt Iudaicũ calidũ in secundo, humidũ in primo: alii volunt calidũ, & siccũ in primo. Nostrũ, quod nũc habemus bdellium calidum est in secũdo, quia absq; ratione, sed solo sensu calidũ esse deprehenditur. De qualitatibus passiuis sum anceps, quia in aliquibus exiccare video, in aliis humectare: tamẽ exiccare potius crediderim, quã humectare. SE Lacha sequitur. BR. Duplice, potius scribendũ cẽseo, quanuis hoc ad rẽ cognoscẽdã nihil faciat. Si caput Serapionis de lacca perlegeris, idem esse cum cancamo Dioscorides & antiquorum indicabis. Inquit enim esse gũmi arboris, quæ nascitur in terris Arabum, & est in ea simile myrrhę, & styraci: habet virtutem extenuãdi, seu macrefaciendi pingues. eadẽ de cancamo ferè à Dioscoride dicuntur. Inquit enim: Cancamũ est gummi Arabicæ arboris, myrrhę quadãtenus proximũ, & viroso, in gustu, odore sentitur

tur(hoc à Serapione prætermittitur.)Eã ad odorẽ incendunt,& voporant veſtes additis myrrha,& ſtyrace,eiuſdẽ fumo etiam vapo rant.Serap.autem non ſcripſit vaporare veſtes,ſed in ea eſſe ſimile myrrhæ,& ſtyraci. Neſcio an fuerit Serapionis interpres, aut librarius,vel ipſemet Serapio,qui impefectè Dioſc.adducat. Additq; Dioſcorides: Naturã eius narrant corpus obeſum leuandi one rore,& ad maciem reducendi. In reliquis ita etiam cõueniunt,vt nullus ſanæ mẽtis dubitare debeat cancamum Dioſc.apud Serapionem laccã eſſe.Poſtea Serapio Gal.adducit de cancamo ſecũdum interpretationem Athabarith. At ego nuſquam Galenum reperi de cancamo ita loquentẽ. Cùm autem verba,quæ adducũtur, Pauli Aeginetæ præciſe ſint,ob id arbitror,quod aliàs cogitarã, & animaduerteram verum eſſe,vbi Serapio adducit Athabarith, Pauli Aeginetæ verba eſſe,non autem Gal.Sed ille Athabarith interpretatus eſt Paulum , ac ſi Gal. fuerit,& ita à Serapione receptum eſt. Tu ipſe Paulũ de cancamo,& Serapionem de lucca ſcribentes ſi legeris , eadem præciſe verba ab ipſis dici animaduertes. Verũ gummi illud,quod vos habetis,non eſſe laccam Serapionis,aut Dioſcoridis cancamum, ex hoc deprehẽditur, quia odore caret: & ſi ad ſuffitus vtamur

mur,nō redolet.Imò ſtyrace,& myrrha additis,ſi veſtes ſuffumigentur, in odorē nihil addit,nec aliquam habet cū myrrha affinitatem.Si autem cancamum eſſet,vetus,inodorum,& fæcem potius cancami,quàm cācamum dici oporteret. Scito aurē tria hoc nomine lacca nuncupari.Vnum eſt,verum Dioſc.cancamum.Alterum grana quædam arte facta,quę Veneti is virgino parātur,aut cocco,& aliis nōnullis:hac pictores vtūtur. Eſt & tertia lacca,ex qua ruber color fit,qui vulgò charmeſinus appellatur.Ex his Serapionis error detegitur,qui ſimul cum lacca, quæ gummi eſt, & cancamum apud Dioſc. laccam,quæ chermeſim vulgò dicitur,confundit, ex qua floridus ruber fit, qui charmeſinus nūcupatur.Quippe Dioſc.& Galenum adducit de prima lacca loquētes:poſtea eodē capite,Rhaſim,Athabarith,Iſaacq; adducit,qui de altera lacca,quā è cœlo venire inquiūt,& qua tingitur,loquūtur.SE.Alii Arabes deceptíne ſunt?BR.Auicen.grauiori lapſu cadit:nā de lacca caput facit, quam gummi eſſe fatetur,& præciſe Paulū Aeginetā ad verbū ferè adducit.Poſtea aliud caput facit de Cheichē,vbi oculata fide deprehenditur cancamum deſcribere,& eius proprietates aſsignare, quanuis per alia verba incedat, quàm ab authoribus cancamū deſcrib

scribatur. Re autem vera idē sunt, Iusquiamus, & ammoniacū, si in aqua ebullierint, & in hoc decocto laccā addideris, mirus ruber color efficitur. SE. Gūmi cedri sequitur. BR. Ex cedro ingentissima arbore plurima habētur. Cedria (vt inquit Plin.) est pix, vel resina, vel lacryma cedri. Quod circa stipitē induruerit, gūmi est: dum tenella est, resina dicitur: pix vocatur, cū è teda eius accēsa fluxerit. Multi gētes cedria vi ignis è teda sumpta pro pice vtuntur, quando pix paratur. Primus succus, qui fluit in canalē, & est veluti aqua, cedriū dicitur. Alter liquor, qui mox fit, pix appellatur. Venetiis & gūmi cedri, & cedriā emere poteris, & fructus cedri conditos, qui cedrides vocātur. Cedria etiā dicitur oleū cedrinū, quo antiquitus ad perpetuandas res inunctas vtebantur. Vnde carmina, & sapientū cōsulta digna cedro. Oleū hoc in lucernis positum, luce magis splendē tē, & fulgidā cæteris præbet. Sed eius fumo capitis doloré mouet, fructus eius in myrti magnitudinem crescit. A Galeno existimatur quartum ordiné accedere caliditatis, & tertium siccitatis, VII. de simpl. medic. facul. libro. A Polonis gummi cedrone vocatur. SE. Viscum sequitur. BR. Apud recentes hęc nomina reperio: Viscum quercinum, viscū aquæ aptum, viscum soli aptū, viscum Romam

manum,& viscum absolutè. Viscum Roma-
num compositionem catapotiorũ de colo-
cynthide ingreditur. Recẽtes, quid sit, inter-
pretari conantur, dicẽtes esse gluten Roma
num, id est, mastichẽ. Qui magnoperè aber-
rant: quia nusquã apud aliquem probatum
authorẽ, viscũ Romanũ inuenitur: & quod
mastichẽ significet, & in cõpositione Mesuæ
intret, errant. Nam in aliis codicibus, & an-
tiquissimo Mesuæ legitur, Absinthium Ro-
manum, non viscum Romanũ. Nescio ergo
(nisi gratia librariorum fuerit) vnde tam su
pinus error emanauerit. Sed ad viscorum ge
nera accedamus: Viscum aquæ aptum, arte
paratum est, aucupes eo vtuntur. Melle ali
qui parãt, alii oleo nucũ, alii oliuarũ. Ita nũ
cupatur, quoniam & si pluerit, non impedi-
tur, quin aues irretiãtur, & quoniã sub aqua
eo vtuntur, vt nonnulli ad capiendos pisces
vsi sint. Fit hoc viscũ ex sebesten in Syria, de
inde aut recto cursu Venetias, aut prius Ale
xandriã, postea Venetias fertur, sed rarò bo
num inuenitur. Quæ autem nos sebesten vo
camus, illi mixa dicũt: & ita ab antiquis se-
besten myxa dicebatur. Tamen & ad vsum
aquæ viscum cõmune parant, vel pro aqua-
tilibus auibus. Nã visco Damasceno dicto
vtũtur aucupes, ad omnes aues, aquatilibus
demptis. Sed facto ex sebesten, etiã ad aqua-
tiles.

tiles aues vtuntur: Viſcum verò ſoli aptũ à nobis ita vocatũ, ab aliis Damaſcenũ ex acinis viridibus fruticis cuiuſdã fit, qui ſupra arbores naſcitur, à Græcis ἱξὸς dicitur, vt à poeta in hunc modum decantatum ſit:

Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum
Frõde virere noua, quod nõ ſua ſeminat arbor.

Semper etenim viſcũ buxi folio, ſupra alienas arbores viret. Ingens copia in Italia eſt, in Gallia, & Germania. Vnde nõ poſſum nõ mirari pro viſco Damaſcum petere, cũ hic propè ſit. Acini virides naſcuntur, hos aliqui ore ſumentes, quia dulces, cortice nudant, mox excoquunt & pinſunt adeò, vt id corpus reddatur, quod viſcum dicimus. Hoc etiam aucupes ad aues omnes capiendas vtuntur, aquatilibus demptis: & ideo vulgo viſcum ſoli aptum dicitur, & ab aliquibus Damaſcenum. SEN. Fit potius ex myxis hoc viſcum, quàm ex viſco vocato: quoniam nec acrimoniam, nec amaritudinem vllam habere vnquam Galenus & Dioſcorides ſuo vſui tribuunt. BRAS. Et de eo loquuntur quod ſupra robur naſcitur, & præterea de toto frutice loquuntur. Si guſtes, vt ego ſæpius, viſci granum dulce eſt. Plinius lib. XVI. cap. vlt. Viſcum ſupra quinque arbores tantùm naſci cenſet, quercum, robur, ilicẽ, prunum ſylueſtrem, terebin

terebinthum. Dioſco. duos addit, malum, & pyrum. Nos verò addimus meſpilum, cotoneum, & ſalicẽ, quod ſummo ſtudio obſeruaui, quũ M.D.XXVIII. in Galliam cum Illuſtriſsimo Principe, ac patrono meo Herculi Eſtenſi proficiſcerer, vt Illuſtriſsi. Renatam cõiugio ſibi iungeret, ſupra omnes ferè arbores viſcum obſeruaui, imò, & ſupra vitem, vt inde cõiectatus ſim ſupra omnem arborem naſci poſſe. Qui autẽ viſcum, ſtercus eſſe turdellæ ſubactũ arbitrantur, quia apud authores reperitur, turdellam ſibi viſcũ cacare, & ſibi pedicas, ac mortẽ parare, longè decipiuntur: quippe viſcũ nuſquã naſcitur ſeminatũ, aut plãtatum, ſed hoc modo frequẽs fit. Turdeilę, vel turtutes, vel turdi (eſt autem in genere turdi turdella) viſci acinos comedũt, mox cacãt. Viſcũ ſupra eas arbores naſcitur, ſupra quas cacarint: vnde naſci nõ poteſt, niſi digeſtionẽ quandam in huius auis ventriculo nactum ſit. Quum verò ſupra omnes arbores excernere poſsint, etiam ſupra omnes viſcũ creſcere, nihil impediet. At ſupra quercũ frequenter inuenitur. Imò hoc ſupra quercum inuentũ apud Gallos in honore erat. Quam ob rẽ ob excellentiam etiã abſolute, quernum viſcum nuncupatum eſt. Secundum arbores, ſupra quas naſcitur, differentiã habet. E robore,

amarum est, dryos hyphear vocant, quod è quercu est. Aliqui per duodecim dies grana aqua macerãt, postea pinsunt. Decipiũtur, qui putãt homines grana viſci comedere, & eius ſtercus viſcum effici. Naſcitur & ſupra radices arborũ, vt Dioſc. tradit, & nos vidimus frequẽter, ſed detectę ſunt, vt vice trũci fungantur. Fit tamen & viſcũ ex radicib. quibuſdã maceratis, vt ex hibiſco: nos vulgò, maluaueſchiũ nuncupamus. Propterea à poeta dictum eſt, aues fallere hibiſco. Reperitur & apũd Plinium, viſcũ radicẽ quandam eſſe venenoſam, à Gręcis ἰξίαν nuncupatam, vt in vocabulo deceptus videatur Plin. Nã Gręci viſcũ ἰξὸν appellãt. ἰξία verò affine huic voci ἰξὸν eſt. Ideo vel in nomine deceptus eſt ob ſimilitudinem, vel ſibi placuit, id etiã interpretari viſcum, quia nomẽ Gręcũ ſimilitudinẽ habet cũ viſco. Leonicenus in epiſtola ad Monochiũ, Plinii errorẽ in hoc nomine oſtendit ἰξίας. Aut nõ erraſcum interpretari voluit, quia omnino nomen eſt à viſco, quod ἰξὸν dicũt, deductum, quo loco etiam oſtẽdit ixian, diuerſam eſſe à chamæleõtis nigri radice. Vnde Plin. excuſari poteſt. Auicena præterea de viſco. IIII. canone agens, tanquam de veneno ea dicit, quæ de ixia à Dioſco. ſcripta ſunt: &

hoc

hoc in re ipsa,& remediis. Sed recentes turpi errore detinẽtur, putãtes viscũ, quo aues fallimus, venenũ esse,& id esse, quod à Plin. & Auicẽna inter venena tractatur. Sed hæc omittantur, vtpote à Leoniceno præcitata epistola diffusè scripta. A Gallis viscũ. guy de chesne, à Germanis vogelleim. i. auium gluten dicitur,& ita absolutè viscũ vocant. Habent autem aliud nomẽ, Eichel mispeu, quo viscum quernũ significant. A Cretẽsib. vulgò oxon, à Polonis, dam boua yemiola, vocatur quercinus ille viscus, sed Romanus rzimskilep, & Damascenus, Damascenus lep dicitur, ab Hispanis viscum liza nũcupatur. SE. De visci qualitate si parumper disseras, gratum mihi feceris. BR. A Gal. calidus existimatur,& humidus humiditatẽ superflua: vnde calidus est ordine tertio, & in eo quod tardè excalefacit, quia est crassarum partium, tẽpus requirit vt tapsia. Auerrois hæc Gal. verba refert, ac si dicat esse calidũ, vt tapsia. Melius ab Auicenna Gal. verba referuntur. SE. Colla piscis sequitur,& gluten. BRA. Hæc duo non ab re simul copulasti. Quod enim Græci colla, nos glutinum appellamus. Fit ex corio piscis colla: alii ex ventre fieri dicunt,& Ichthyocolla vocatur, quasi piscis glutinum, apud nos vulgò colla de pesce nũcupatur. Accidit enim plerunq;

in nostro vulgari idiomate Græcum nomẽ notius esse Latino, vt in vrina, & lotio deprehendi potest. Si verò ex coriis, & taurorum aurib. fiat, glutẽ taurinum dicitur, nos vulgò collam garauellã vocamus. Fiunt & glutinorum plura genera, vt ex pellib. anguillarum, ex pellib. hœdorum, ex caseo, ex piscibus plurib. per decoctionẽ talẽ quouſque ferè liquescant, & glutina sunt. Tñ excellentissimũ est ex taurorum, & boũ pellibus ac aurib. Quod Aristo. libro de animalibus tertio animaduertit, vbi inquit, in omnibus coriis esse muccosum quendã lentorem, sed in aliquib. minor est, in aliquib. maior, vt in bubus sit maior lentor, propter ïd colla fit. Sunt & alia genera apud nos ex farina & aqua: ex farina, aqua, aceto, & oleo ex farina, caseo & aqua: ex tragacantho, & aliis plurib. quę omittere decreui, ne in immẽsum crescat opus. Tu in tua officina duo genera habere studeas, quæ ad rem medicã proficiunt, Gluten piscium ichthyocolla à Græcis dictum, & gluten absolutè, qđ glutẽ taurinum ab authorib. à nobis colla grauel la nuncupatur, qua nihil tenacius. Tu hoc genus taurinum parare poteris Ferrariæ, & facilè. At ichthyocollam Venetiis emes, vbi magna copia est. SE. Audiui ex piscium intestinis collam piscis fieri. Idné PUTEO. BRA. A quib

A quibusdam recentibus asseueratur. Ego autem ex corio dorsi, & ventre fieri vidi: quanquam & ex intestinis etiã parari nihil impediat. SE. Quo nomine piscis ille appel latur? B. Ichthyocollam nominari supra do cuimus, cuius cornum, venter, & omnes ferè partes glutinosæ sunt. Verũ ex aliis plurib. piscibus fieri potest, imò ex omnib. sed nõ ita tenax: quin & ex vitulorum, & taurorũ, & maximè suum pedib. à nostris quandoq; colla quædã satis tenax fit. Sed hæc aliâs dicétur. A Germanis glutẽ leim, ab Hispanis grudes, à Gallis colle nuncupatur. Ichthyocollam verò Galli colle de poisson, Germani fischleim. i. piscis collam vocant. Quæ vulgò colla garauella dicitur, à Cretensib. vulgò pezo collo vocatur. At piscis colla à Polonis ieszietrzi kliy nũcupatur. Glutina omnia vim siccam habere videntur: calida autem, vel frigida sunt vt substãtia, ex quibus fiunt. Alia prosequaris. SE. De his gummi satis iam dictum est. Mihi summè placeret, prius quàm cœnę hora incumbat, ossa percurrere, quibus in mea officina indigeo. BR. Et ossa in officinis habetis? SE. Eadem, & quæ varias compositiones ingrediantur. BR. Eiã, tua hæc ossa exerant. SEN. Ossa mea in me sint, & diutius tecta carne perseuerent. Alia solùm prosequar.

DE OSSIBVS, QVORVM IN officinis vsus est.

SENEX. Os dactylorum primum locũ sibi vendicauit. BR. Quid est os dactylorũ? Ego nũquam in palmulis os inuenìri didici. SE. Anima dactylorum. BR. Adhuc grauius erras. Semen potius dicito. Nescio vnde venerit & vulgus nostrũ omnia semina animas vocat: fortè quia in medio fructus sunt, sicut animã in medio corporis esse arbitrantur, aut quia semine progenerãtur arbores. quanuis autem in aliis semen dici possit, in palmis nucleum dicere cõsueuerunt authores: de quo in fructib. plenè edocuimus. SE. Deinceps non os, sed dactylorum nucleum vocabo. BRA. Probè egeris: sed meliora ossa interim prosequaris. A Gallis os dentes, ab Hispanis vuesses de Tamaras. A Germanis Detelkern. Eadem significatione, à Cretensibus vulgo phinicocudo, à Polonis kostki dactylóue nuncupatur. Siccum esse ordine secundo constat, & in qualitatibus actiuis simile. SEN. Os de cornu cerui sequitur. BR. Et hoc æquè os est sicut primũ. Nã cornua ab ossib. distincta sunt: quãuis ceruinum ita solidum sit, vt ferè ossis naturam habere videatur. Sed ne in hoc osse soliciti sis: nam quum Illustriss. Principes Hercules Estensis, venatorũ optimus ceruos figet, mihi corn

hi cornua impartiri curabo, quę tua erunt. Illa autem habere ne cupias, quæ nonnullis annis mutāt, quoniam nusquam & nunquā ab aliquo inuenta sunt, vt in prouerbiū cessesit pro his rebus, quæ nunquam inuenire liceat. A Gallis os de corne de cerf, ab Hispanis yuesses de cuerno de cieruo, à Polonis rogu yebemyzo roscz, à Cretēsib. vulgò elaphu cherata appellatur. Frigidum est in primo, siccū in secundo. SE. Illustriss. Principi, & tibi semper debebo. Os de corde cerui sequitur, quod si ab Illustriss Principe enanciscī potero, tibi, & illi immortales gratias semper habebo. BR. Nec istud os est, sed ossea quædam cartilago. Prius quàm verò de hac edisserā, opus est cornu cerui vstum in officina habeas, vt Dioscor. secundo libro docet, sectum sit in assulas, & in ollam opercu latam positum, luto circunlitā, donec albescat vti debet, postea vt cadmia lauandum. Multi hoc agentes pro spodio vendunt. Ad os in corde cerui redeuntes, Venetiis bubulum, aut vaccinū os quoddā vēditur, quod verè os est, etiam ingenti pretio, pro osse de corde cerui. Ego duo corda cerui aperui, vnū statim eo mortuo. Neruus quidā, aut cartilago neruea apparuit, nō multū dura, in crucis modum, quæ nerui duritiē præ se ferebat: iterum aliud cor aperui per sex die-

rum ſpatium interfecti. Neruea illa cartilago durior valde erat, & tẽſa, tali ferè figura, quali Venetiis, os de corde cerui vẽditur. i. os illud bubulũ, vel vaccinũ, quod pro illo vẽdũt. Illius nerui vis apud antiquos nõ reperitur, minúsq; in cõfortãdo, & roborãdo corde valere arbitror. A Gallis os de cueur de cerf, à Cretẽſib. vulgò cocalo tis cardias tu laphiu, à Polo. koſczſſzierczа iclenyego nuncupatur. SE. Blattæ biſantiæ ſequuntur. BR. Nomen hoc blattę biſantiæ, nec Arabũ, nec Græcum, nec Latinum eſt: neſcio vnde Serapio. interpres illud inuenerit. Quippe blatta eũ vermiculũ ſignificat, qui à nobis tarma dicitur, pãnos, & res alias corrodens: & blatta pro purpura accipitur, vnde blatteus color medius inter albũ, & purpureũ. fortè Byzãtiæ dictę ſunt, quia apud Byzantium. i. Cõſtantinopolim colligãtur: tamen quæ ibi naſcũtur probatę nõ ſunt, ſed tantũ quæ in India circa paludes, vbi nardus oritur, & oſtreę illa nardo paſcuntur. Quę etiã à rubro mari aduehuntur, prę cipuã authoritatẽ habẽt: quin & Babylonia afferuntur. Apud Dioſc. vnguis odoratus eſt, de quo ſecundo libro agit, capite decimo. ſunt concha yliorum cruſtæ, & cõchæ, colore ſubcandido, quę ad nos afferuntur, albeſcẽtes quidem aliquas habẽt venas, ſed & nigras. Ra-

tio

tio est, quia Babylone Alexandriam,& Venetias portãtur. Nigricant Babylonici vngues,vt Dioſc.cenſet.Quos noſtri pharmacopolę Venetiis emũt vngues,ex foſſa Clodia inuenta cõchylia arbitror: quæ non ſolùm non redolent accenſa, ſed plurimũ fœtent. Græci ſimplici nomine ὄνυξ.i. vnguis vocant.Latini oſtracum vel vnguem odoratum.Laudaré vt nõ emeres,niſi odore probares:quia aliqui vngues Venetias afferuntur probati.Calidi,& ſicci ſunt ordine ſecũdo. A Cretéſib.vulgò Mathia tu cochilia dicuntur.Alia oſſa proſequaris.Nã hoc ita os eſt,ſicuti caro os. SE. Nihil refert ex duritie oſſa appellari.Iámq; oſsium finis eſt. BRA. Tam paucis oſsib.vtimini? SE. Non plurib. BR.Expediet in propinquum illud caſtrum proficiſci, vt tutè, & quietè pernoctemus. SE. Citò proficiſcamur, vt cras ſummo mane ſurgẽtes ad fodinas properemus pro legendis metallis,vbi cuiuſlibet generis portionem nobis neceſſariam ſumemus.

DE METALLIS, QVORVM IN officinis pro re medica vſus eſt.

HER. Meo labore fruſtrari videor,quoties herbas, radices, aut ſemina prætereo. Nunc geſtit animus,quoniã vt metalla effodiam, illius mõtis cacumen aſcẽſurus ſum.

BR. Arbitraris forsan ita euelli metalla sicut herbæ? HER. Ignoro. Audiui tamẽ homines diu excauare, quoad ipsa inueuerint? BR. Inueniunt quidem excauantes, sed terræ mista, mox igne probantur, & à sordib. diuellũtur. Senex noster adhuc dormit. SE. Imo nuper experrectus quid cum Herbario loquebaris, audiebam. Citius quam fieri possit, illius montis cacumen superemus, ne solaribus radiis perculsi vramur. HER. O quot instrumẽta, quot machinas, quot caminos, quot homines, qui labori incumbunt? BR. Omnia pro metallis parata sunt. Hîc aurũ euellitur. SE. Et hîc purũ, & defæcatũ reddi-
tur. BR. Tibi purum aurum hic emas. Quoniam principũ ignauia, & innata quadã hominum auaritia nunc obryzũ illud. i. defæcatissimũ non habetur: sed omnes monetas adulterãt, vt nulla nũc sit præter fraudẽ. Veneti etiã, quorũ moneta probatissima erat, Scutos (ita eã appellatur impuri auri monetа) cudere cœperunt, & oẽs Italiæ Principes secuti sunt. Tibi ergo obryzũ. i. defæcatissimum hic emas, ne ardẽtium aquarum vi, & ignitarum ab aliis metallis segregare cogaris, quãuis rarissimus sit apud antiquos eius in re medica vsus. Solus Plin. inter antiquos ad puerorum vulnera valere censẽt, vt minus noceat. Quippe multa sunt ad vulnera magis

magis efficacia, sed aurũ minus mordicat, fistulas sanat. & lychenas. Serapio, & Auicenna ad melãcholicas ægritudines exhibent, in puluerẽ redactum. quos recẽtes ferè oẽs imitantur. Arbitror ego vt melancholicis gaudium inferatur, pelui aurearum monetarũ donãdos esse. Ita melãcholico humore potius priuabuntur, quã auri puluere deglutito. Nempe de quibusdã medicis summoperè miror, qui vt vires animales ægris augeant, & cor (vt dicunt) cõfortent, & exhilaret, aureas monetas inter capones decoqui iubent: ex quib. nihil aliud absumitur, quã multarum manuum sudor, quę ipsas tractarunt, inhęrẽs. Arbitrarer potius aurũ pernicio sam naturam habere, vt cętera metalla: quia nihil aliud est aurum, quàm argẽtum viuum purũ condensatũ, purissimã sulphuris partẽ actu recipiẽs: quamobrẽ aurum in honore habeẽ, quia gaudemus posside tes, adeò stolidi effecti, vt rubrã terram existimemus, & albam. Nam argẽtum, & aurum nihil aliud sunt, quàm terra rubra, & alba. Argẽtum enim est viuum argẽtum purum, condensatum sulphur potẽtia mistum habens. Quod ex hoc deprehenditur, quia si tractetur, sulphuris odorem spirat. Non est autem actu: alioqui auri colorẽ habuisset. Et hoc etiã purum, hîc emes quoniã maxi-

ma

ma Italiæ Principũ discordia, argẽteas monetas adulterari fecit, & ęre ad quandã normam miscentur. Quod etiam Veneti in suis perfectissimis monetis fecere. Hæc aũt aliàs deploranda sunt. Futurum autem speramus, vt monetæ in puram metallorum perfectionem reuertantur, vt sub diuersis Imperatoribus factum esse annales testantur. Aurum à Gallis or, ab Hispanis oro, à Germanis gold, à Polonis złoto, à Cretensibus vulgò chrisaphi nuncupatur. Germani verò argentũ silber, Galli argent, Hispani plata, Poloni szrebro, Cretẽses vulgò alsii vocãt. Et aurum, & argẽtum frigida, ac sicca existimãtur aqueæ naturæ. Aurum tamen minus frigidum est, ob sulphur quod actu mistũ habet. SE. Calcecumenon sequitur. BR. Quid illud est, quod calcecumenõ dicis? SE. Aes vstũ. BR. Vocabuli corruptio fecit, vt intelligere non possem. Quippe dicendum erat chalcos cecaumenos, id est, æs vstum, de quo Gale. prope finẽ noni libri de simplicium medicamentorum facultati. tractat, & Dioscorides quinto lib. Aes notissima res est, & quomodo aduratur, norũt omnes. Ex eo adustum serua, & quam vos æris batituram nuncupatis. Græcè λεπὶς χαλκὸς. Latinè squamma æris dicitur. Squamma ex malleorũ percussionibus decutitur, quæ duplex est, lota, & non lota. Lauãdi modum

dum Dioscorides quinto libro ostẽdit. Pari modo & ferri squammam, & chalybis squãmam, & ęris, ferri, atq; chalybis scoriã in officina habere oportet. Est aũt scoria Latinè recrementum, vulgò cacaturam appellatis. Decipiuntur qui scoriam dictã putant quasi coriũ, vt squammulæ sint, quæ ex percussione eleuantur: quoniã illæ propriè squammę dicuntur, & Grȩcè λεπίδες. Nec plumbi scoriam despicito: imò & vstum, & non vstum plumbum seruato, & vstum ablutũ partim, partim non ablutũ sit. Quomodo hæc fiant, à Dioscoride luce clarius edocemur. Inter squammas, partem squammæ ęris subtiliorẽ, quæ in superficie est, & crassiorem serua. Crassior pars propriè squamma dicitur, subtilior stomoma dici põt. Et adde ęris stomomatis squãmas, esse squãmas æris iam laborati, ac roborati, & densati. Nomen etenim hoc stomoma, & de ferro, & de ære dicitur, vt apud Dioscoridem videre licet. At rarius de ære, frequentissimè de ferro, ob metalli densitatẽ scriptũ reperitur. Squammæ, quæ ab his abducuntur, cũ prius vel in mucronẽ, vel in aliud instrumentũ elaborata sunt, dicuntur squammæ stomomatis æris, vel stomomatis ferri, id est, æris laborati, vel laborati ferri. Præter hæc æris florẽ habere curabis. Græcè χαλκὸς ἄνθος dicitur. Decipiuntur,

tur, qui æruginem æris, florem æris putant. Qui error plurimũ est pharmacopolarum: sed nihil hoc referret, nisi & probatissimi vulgò medici cũ eisdẽ sentirẽt, maximo ægrorũ incõmodo. Est aũt flos æris, vt Dioscori. inquit, & Plinius li. xxxiiii. cap. ii. id, quod sponte fuso ære, & in alias fornaces compor tato, cũ flatu crebriore excutitur veluti squãma, sed videtur tanquam granula: differt verò a squamma, quia ipsa fit dum æs percuti tur, sed sponte prosilit flos. Optimus est flos feriabilis, & qui rufescit in attritu, & exiguis granulis, veluti grana milii, constat. Ex ære præterea æruginem habere studeas, quę à recẽtibus viride æris appellatur. Apud Dioscoridem & Plinium præcitatis locis quomodo fiat, variis etiam modis edocemur, & de naturali, & de ærugine rasili, & scoletia, & vsta, & nõ vsta. Tu hos authores considera, ni piguerit: nõ enim opus est, quæ ab illis exquisitè dicuntur, enarrare. Præter æris æruginẽ, quæ à Græcis dicitur ἰὸς χαλκοῦ, à nostris vulgaribus viride æris. Præterea ferri æruginẽ habere studeas, & chalybis: quanuis nihil aliud chalybs sit, quã depuratũ, & defæcatũ ferrum. Arte fit, si natura perfectum non sit. Eos etiam derideas, qui æruginem plumbi haberi volunt, vt quidam amicus noster in foro absq; ratione contendens. Nam plumbum

bum(vt philosophi docēt)ærugine penitus caret. Reliqua prosequaris. SEN. Ex his, quæ meo ordine in hac schedula digesta sunt, plura inter loquēdum enumerasti, quę ab Herbario prætermissa non sunt. HER. Nihil ego prætermisi, sed ipse aliarum gentium nomina edocere desiit. BRA. Mente exciderat, tot simul confuderamus: tamen ne laborē subterfugere videar, Plumbū vstum, à Germanis bleigebraad, à Gallis plong brulè, à Crepensibus vulgò moliui caimenan, à Polonis palonii oloru nuncupatur. Germani verò kupfer schlag batiturā æris, & Poloni troski miiedziant vocant. Flos æris à Gallis verde gris, ab Hispanis cardenillo dicitur, à Polonis flos æris grmsz pau vocatur. SEN. Argēntum viuū sequitur. BR. Hydrargyron à Græcis, quasi aqueum argentum dicitur, à Romanis ex motu viuum argentum. Nunc in maximo vsu est pro Gallica scabie sananda. De eo prius dicēdum erat, quoniam fomes, & materia omnium metallorum sit. In Hermolai Barbari sententiam inclino, quòd argentum viuum minerale, & naturale sit, hydrargyrum arte factum. Tamen apud authores tam Græcos, quàm Latinos nomina confundi inuenio. An calidum, vel frigidum sit, adhuc certant authores: & lis sub iudice est. Nos rē probè suo loco aperiemus. Quod

etiam

etiam venenum sit, contendunt Recentes ex Dioſco. & Plinii ſententia, non animaduertentes dici venenum eſſe ſuo pondere, nō aliqua lethali qualitate. Nos infantibus vi vermium ſemimortuis exhibuimus, & illico ſanati ſunt, idque in vltima deſperatione. SE. Abſurdum videtur per os viuum argentum exhibere, quia lethale venenū eſt: nā omnia exedit, quæ illū ingrediuntur, & illa in quibus cōtinetur, dēptis argēto, vitro, & plumbo. Et errāt, qui per os dant in ſcabie Gallica graui ſumentiū periculo. Et eadē ſequuntur ſymptomata ad viuum argentū, quæ ad lithargyrium, vt antiqui teſtantur. Quę ple na ſunt magni timoris. Et ſi aurū prohibes, cur potius viuum argentū non prohibes? Et Galenus recenſet hydrargyriū inter venena, quorum modica pars necat. Nosq; vidimus ex hoc argento viuo nō eſſe curatos homines, ſed in ſeſe incurriſſe ſymptomata. B. Ingeniū tuū laudo, quod per ſimplicia medicāmēta, ita diſcurrere didicerit. At tibi reſpondemus, nō eſſe lethale medicamentum, ſi in paucisſima copia ſumatur, in qua tamen agit: ſed per ventriculum, & inteſtina, facilimè diſcurrit. Neque dandū eſt, niſi in vltima deſperatione, cum alia omnia non contulerint. Nos in deploratis iā puerulis dedimus, patribus, ac matribus annuentibus, & ex vo-

to

to semper succesit. An tu exhibeas, vel non exhibeas, neque suademus, neque magni facimus. Adde carnẽ humanã nõ exedere, neq; intestina, sicuti neq; argentũ, neque plũbum exedit: imò neque lignũ, neque corium, per quod tamẽ transit, & eliquatur. Adde in parua copia sumptũ lithargyrium non lædere. Et aliquam inter ipsum, & lithargyriũ differentiã inueniri. Neque aurũ prohibeo, sed dico ex coctura in iure nihil accipi, & vires cordis non roborare. Præterea Galenus experimentũ lithargyrii non fecit, vt ipsemet nono de simpliciũ medicamentorum facultatibus, notat. Et quanuis de fictitio loqui videatur, tamen neque vnquam de naturali meminit se experimentum feciſſe. Nos verò experti sumus, non interficere: & si videris homines ex viuo argento non esse curatos, fuit error præbẽtis, qui & corrigere, & administrare nesciuit, quando opus erat. Pulchrũ id est, si quid referamus, quod experientia cõprobatũ nouerimus, statim alienis experimẽtis nõ credis, visq; alios his, quæ vidisti, acquiescere. In summa igitur in vermibus experiatur, cui multa experiri cura est, idq; (si lubet) in belluis experiatur, vt nos in Illustriſs. Ducis nostri equis, cũ ex vermib. integra arméta morerentur, illico cũ per os hydrargyriũ præbebatur, vermes necabat, &

equi, qui iamiam expirare videbatur, in sa-
nitatem reducebat. Quatuor argẽti vini ge
nera apud authores, & re ipsa, quã sequor, in
uenio. Vnum, scaturiens sicut ex fontibus a-
quæ, quod à Plinio cap. vi. lib. xxxiii. perpe
tua vomica dicitur: & hoc est in frequentis-
simo vsu. Aliud, quod inter metalla reperi-
tur. Tertiũ, quod ex minio fit. Dioscoꝫ modũ
quo fiat v. lib. ostendit, & Plinius lib. citato
ca. viii. Quartũ, quod ex marmore fit, vt Vi
truuius lib. vii. suæ Architecturæ demon-
strat. Ex minio facto, aliáve re, nõ vterer, sed
naturali tãtùm, quod est perpetua vomica.
Mira in scabie Gallica videntur, totus mor-
bus ad os repercutitur: & qui deplorati ferè
sunt, sanantur. Modò is, qui medetur, para-
re sciat, vt patientis cõstitutioni, ætati, mor
bo & viriũ intẽsioni, & anni tẽporibus qua-
dret. Sed improbi quidã tonsores nunc pro-
deunt, qui similes illi sunt, qui oẽs vno cal-
ceo calceare instituerat. Ita hi vno medica-
mẽto oẽs sanare cõtendunt, magno ægro-
rũ discrimine: nẽpe plures interficiũt, quã sa
nent, quũ nullus ferè nõ sanetur. Sed ad rem
nostrã redeũtes, purgat ab omnibus metal-
lis aurũ, & omnia præter aurũ illi innatant.
Aurũ descẽdit, vtpote grauius, & statim li-
quescit. Nihil mirabilius eo opere, quũ auri
fices pateras, lances, aut maluuia maurãt, ar-

gent.

gentũ viuũ auro miſcẽt, corpus veluti paſta redditur, vt facilè ſupra paterã, aut maluuiũ extẽ datur: mox igne appoſito, argentũ viuũ euaneſcit. Aurũ adeo inhærere inuenitur, vt nulla ratione ſeiungi poſsit, niſi cõpoſitione altera, quã fortẽ aquã vulgò appellant, vel aqua da partire. Ea enim nũmularii, & aurifices ad ſegregandũ aurũ ab argẽto, & aliis metallis vtũtur. SE. His multa ſymptomata contingũt, qui ex hydrargyrio inunguntur. BR. Arbitror, aut te nunquã vidiſſe ex hoc linimento inunctos, aut prauè inũctos tibi videre cõtigiſſe. A tempore, quo hanc artem exercere cœpi, quod fuit M.D.XX. iuſsi, vt ex hydrargyrio plus quàm mille quingenti homines deliniretur, neq; de tã magno numero mireris. SE. Non miror, cũ ſciuerim quantam virorũ copiã ſub medica tutela Ferrariæ habeas. BR. Tamẽ neque vnũ referre ſcirẽ, qui ſanitati reſtitutus nõ ſit, vno ſymptomate ſolo deprehẽdebãtur, oris ſcilicet exeſionẽ. Verũ impræſentiarũ noſtra induſtria (abſit iactantia) modum inuenimus, vt inungantur, & os nulla offenſa corripiatur. Cùm Ferrariæ erimus, ſi ad ægros curandos mecũ accelleris, mira tibi oſtendere potero in deploratis ex hoc morbo, cũ linimento ex hydrargyrio ſecundum varias temperies, immutato. Et, nónne venena ſunt ſcãmoniũ, co

locynthis,peplion,& alia multa, quibus tamen vtebantur antiqui,& præparatis?inuētis ſemper vti nō habes.Sed miſerrimi ingenii eſt apud Boethiū ſemper vti inuentis,& nunquā inueniēdis.Antiquos perpetuò obſeruare ſtatuimus,noua tamen non deſpicimus.Ex Germania facilè argentum viuū ex perpetua vomica habere poteris, vel etiā inter metalla inuentū.Quę aūt arte fiūt, omittas.In hoc aūt verū mihi ſpōte aperias:Qui pluri viuo argēto vtūtur,medici, an auriſices?S.Hos alchimiſtæ ſuperāt in immēſum. BR.Dii boni,adhuc ſuū Mercuriū cōgelare quærūt?SE.Et nūquā deerūt,adeò ingēs auaritia,& dira habēdi cupido hominū mētes perturbat.BR.Galli argēt vif, Hiſpani azogne,Germani queck ſilber,id eſt,viuū argētū,Poloni vzthacz,Cretēſes vulgò diargyrō vocāt.SE.Ceruſſa ſequitur.BR.Et hanc inter venena numerāt:fictitia res eſt ceruſſa,à Dioſco.lib.v.& Plinio li.xxxiiii.ca.xviii.& Vitruuio vii.ſuæ Arthitecturæ, modus cōficiendi edocetur. Præ omnibus aūt Serapio ad vnguē conficiendi modum oſtendit,cap. cccLxxviii.Nos vulgò biancam ab albedine vocamus.Decipiuntur,qui ceruſſam ærugine plumbi faciunt,quoniam plumbum ærugine caret,tamē ex plumbo,& aceto fit: propterea à Germanis pleiweis id eſt, albu

go

go plumbi,a Gallis Latinè ceruſe nuncupatur.Ex cocta,& cruda vnguentum paratur. Olim Rhodia probatur& Corinthiaca,nũc opus nõ eſt Germaniã tranſire,imò ſunt,qui Venetiis parent:ita parandi modus aptè ab authoribus oſtenditur.Mulieres Italæ plures pro fuco ceruſſa vtentes, halitus fœtorẽ incurrunt,& dentiũ putredines,& ante tempus facies vniuerſa rugis aratur. A Cretẽſibus vulgò blagetto,à Polonis blaiiuaſſ dicitur.Frigida & ſicca eſt ordine ſecundo.SE.Lithargyriũ ſequitur.BR.Apud recẽtes authores duplex lithargyriũ inuenitur, auri ſcilicet & argẽti.Auri lithargyriũ dicitur ex colore,quẽ habet:à Latinis ſpuma argẽti vocatur,vt Pliniũ legẽti cap.VI.lib.XXXIII.apparet,qui eadẽ ſub ſpuma argenti,quæ hic à Dioſco.ſub lithargyrio ſcribit. Tres lithargyrii ſpecies apud authores inuenio.Vnam, ex molybdite arena,id eſt,plumbari: alterã ex argento: tertiã ex plũbo. Modũ faciendi Plinius præcitato loco,& Dioſco.v.lib. docẽt.Nos flauã ſpeciem frequentẽ habemus, quæ à Dioſcoride chryſitis ex colore nuncupatur,& omnibus præſtat.Habemus & albã ex Sicilia allatam,quæ ob colorem argyritis dicitur:non quia ex argento ſit. Nam ea, quæ ex argento eſt, cælauritis appellatur. Vnde frequẽtiſſimas habemus has duas ſpe

cies,albam,& auream : sed potisſimũ aurea abundamus. In qua multi decipiũtur, ex auro fieri putantes. Nã aurea dicitur ob colorem, quę habet, auro fuſo, & in globum ducto, ſimilem. Propterea à Dioſcor. chriſitis dicitur. Nos vulgò lithargyrũ auri, nomen ferè Græcũ imitãtes. Differũt tamen lithargyrũ, & argyrolithon, quãuis nomina idem ſignificare videantur: quia vnũ, lapidem argenteum: alterũ, argenteum lapidem importat: tamẽ primum ſpuma argenti eſt, alterũ lapis, qui & à chymiſtis aphroſelenon nũcupatur. Probatiſsimũ eſt aureũ lithargyrũ, & cætera viribus antecellit. Nõ mihi tẽpero, quin laudẽ illos Arabes, qui lithargyrũ faciunt plumbum in argentariis fodinis vſtũ. Dicãt quodcunq; alii authores. quod vidimus, ita eſt. Laminis plumbeis tegũt argentum in fornacibus, poſtea ignẽ frequẽtant: nõnihil veluti ſpuma fit liquefactis plumbi laminis, quod ferreo quodã baculo in vnũ colligunt. Id lithargyrus eſt, quo vtimur, & chryſitum dictũ. Vnde nõ ab re ſpuma plũbi, à quibuſdã Arabibus dicitur. Galli litarge, Hiſpani albayalde, Germani glet, Poloni gleyth vocant. BR. Gal. in actuis illud reperatum facit, & ordine ſecundo deſiccans. SB. Marchaſita ſequitur. BR. Pyriten lapidẽ Plinius libro XXXVI. cap. XXIX. eam appellat, & V.

& v. lib. Dioſc. duplex reperitur: vna colore aureo, altera argēteo. Quæ argēteo colore eſt, à nobis frequētiſsimè habetur. Alteram quandoq; etiam habemus. Lapis eſt, ex quo æs extruditur. Probatur, qui facilè percuſſus ſcintillat, & æri maximè ſimilis. Modus cremandi apud Dioſco. & Plin. idem eſt. Ad diſcutiendum, & exiccandum maximè valet, vt nōnunquā pannos aliquos ex vi morbi Gallici in inguinibus factos per totū corpus diſcutiat, imperitis medicis applicantibus, vt exiccēt: quum potius materia Gallici morbi extrahēda ſit, vt exeat. Pyrites dicitur, nō quia alii lapides nō ſint ita vocati, & igniarii, ſed ob excellentiam celeritatis ſcintillandi. Imò & coralliū pyritis dictus eſt, Plinio codē loco teſte. Quandoq; fruſta aliis denſiora, & ponderoſiora inueniuntur, hoc maximè ignē emittit. Magnificus Comes Galeazus Taſſonus, in Apennini alpibus montē habet, in quo huius lapidis ingēs copia reperitur. Certus ſum ibi mineras aliquas ſubeſſe, ſi quis profundè defodiat. Ad rē noſtrā, Pyrites quādoq; argentū habet, quādoq; æs, quādoq; vtrūq;, quādoq; nihil habet, & adeo ſterile eſt, vt nullū metallū ex ſe admittat. Scitoq; eum pyritē, ex quo fit ęs, aureū appellari: albū verò argētū, quia ex ipſo argentū fit. Argētum ergo

ex marchasita excuditur? BRAS. Excuditur omnino. SE. Nullus antiquorũ hoc monuit. BR. Nullus, quem nouerim. De qua re multũ miror, vt id credere coactus sim, aut antiquos ignorasse, aut de hac re scribere noluisse vtpote quę sensu cõstare videatur. hoc aũt in Germanicis fodinis manifestè deprehenditur, & Pannonicis. quod etiam in suo Bermano Agricola scriptũ reliquit. Imò addit pyriten inueniri aurei penitus coloris, e quo aurum detruditur. Nos huius fructũ habemus. Inuenitur & similis Galenę pyritis, & cinericius, quæ tria genera multũ solida nõ sunt. In Silesia variis partibus inueniũtur. Miror aũt de Alberto, qui è marchasita nullũ metallum detrudi posse fateatur. Ipse fortè in sterili pyrite expertus est: propterea in omni ita esse arbitratus est. Nã apud Arabes ex marchasita, apud Grecos ex pyrite, quę idẽ sunt, æs detruditur. Vnũ est, ih quo Serapionis codicem corrigere oportet. Dioscor. adducit hæc verba proferentẽ: Eligẽdam esse marchasitã, quæ quãdo ponitur in ignem, saliunt ex eo scintillæ facilè. Dioscorides autem id non dicit, sed ἰσχυρῶς δὲ σπινθήρας ἀφίησιν, i. qui facilè percussus scintillat. Nõ autem puto deceptum esse Serapionem, sed interpretem errasse. Ibiq; legendũ, & quando percutitur, saliunt ex eo scintillæ facilè.

Mesue

Mesue hunc lapidē stellatū vocat, quoniam vt stellæ radiat, præsertim si ante solem ponatur, aut aliā lucem: & lapidis stellati duas species enumerat. Altera est marchasita argēti, altera lapis lazuli. Adeò clarè loquit, vt de excellētissimo quodā viro mirer, qui chaos esse dicat, præsertim quia in eadē minera, quādoq; lapis lazuli, & marchasita inueniuntur, & ex radiorū emissione, hoc nomen stellatū sortiti sunt: quoniā & lapis lazuli aureas maculas habet, apprimè splēdētes, vt viderim Ferrariēsem sculptorē celeberrimū Franciscū Anedinum, qui in lapide lazuli cicindellā finxerat miro artificio, vt cauda accēsa in fine videretur: nā in maculā auream terminabatur, mirum artificis ingenium. At quia hoc nomen Aster, Græcè stellam significat, & Samiæ terræ speciem comprehēdit: propterea Mesuę mastigi placuit, Mesuen de Astro loqui, qui est Samia terra, ac si nihil aliud, quam Samia terra Aster appelletur: quum tamen Plin. capite XIIII. libri XXXVII. de gemma stellata pertractat, quæ Pōticarum gemmarū vnum genus est, & quæ nunc sanguineis, nūc atris guttis aspergitur, & inter sacras habetur. Quum vero Mesue lapidem stellatum dicit, vel in Hebræo Mesue legimus, lapidem splendentē, fortè suo Idiomate illos duos intelligit, ma

culas habentes, quæ ſplendorẽ faciant. propterea non erat adeò temerè culpãdus Meſue, quia conſtet (vt dicit) lapidem lazuli, & marchaſitã diuerſa eſſe. Imò ſi tu rectè perpendas in eo ſplendore idẽ ſunt. Minus credendum eſt recentibus, vt Pandectario, qui marchaſitam marmor eſſe contẽdit. Quum in Meſue legitur eſſe de genere marmorum, legendum eſt de genere lapidum, & non de genere metallorũ (vt quidam dixere) & hoc propter marchaſitam, quæ inter lapides numerari debet, quũ metallum eſſe videatur. Ideo nõ contentus quòd ipſam ſplendẽtem lapidem, aut ſtellatum vocauerit, ad plenio rẽ efficaciã addit eſſe de genere marmorũ, id eſt, lapidũ. A Polonis markezit vocatur. Auicen calidam in ſecundo, & ſiccam in tertio illam facit. Et Gal. profectò calidas actiones illi attribuit: ſed an calida ſit, tu cõſidera. SE. Lapis lazuli inuenitúrne apud antiquos? BR. In re tam certa tamq; explorata dubitas? Quis neſcit adeò pulcherrimum lapidem antiquioribus notiſsimũ fuiſſe? A Dioſc. v. lib. & Galeno IX. de ſimplium pharmacorũ viribus, Cyaneus appellatur, à Latinis autem cæruleus. Sed quidam Leonardus, qui de lapidibus agit, ita hunc lapidem nouit, ſicut omnes alios: neſcio an aliquis ineptus de aliqua materia ſcripſerit. Hic bo

nus

nus vir Cyneum, & cæruleum duos lapides esse arbitratur: tamẽ eisdẽ verbis in vtrisq; enarrandis, vtitur. Plinius capite vltimo libri xxxiii. cæruleum arenam esse scribit. Tamen & lapis est, Dioscoride teste. Theophrastus animaduertit quũ teritur, in quatuor colores immutari (quod & Plinius refert) candidiorem, nigriorem, crassiorẽ, tenuiorem. Denique Arabum lapis lazuli, est cyaneus Græcorũ, & Latinorum cæruleus. Recentes in marẽ & fœminã distinguunt. Antiqui in perfectius, & in imperfectius. Serapio perfectissimum colorẽ cyaneum habentem probat, & guttas aureas admistas, quiq; alterũ lapidem mistum nõ habet, nec facile frangitur. Vos pharmacopolæ hunc lapidẽ imperfectissimum habetis, quippe cui eius color desit. Dioscenim probat satu ratum colore sui nominis. Additq; in Cypro ex æriis metallis fodi, & esse perfectius, quod ex arena litorali. Tu an in his fodinis habere poteris, experiaris. Ex ipso color ille exquisitissimus fit cyaneus, quem vulgò azurum vltramarinum nuncupamus, id est (vt arbitror) magis intẽsum quã color marinæ aquæ: tamen & ille color ex terra etiã ita appellata fit: sed qui ex hoc lapide, cæteris magis floridus est. Miror & hic de excellentissimo quodam viro, qui Mesuen legẽs dicen

dicentem hunc lapidem melancholiam edu
cere,eò reprehẽdat, quia hoc à Græcis non
dicitur:ac si necessarium sit, nihil noui inue
niri, nisi à Græcis prius dictum sit. Verùm
quum lapis lazuli easdem vires habeat cum
Armeno. in lapide lazuli aũt fortiores sint:
propterea Serap. de lapide lazuli tractans,
lazuli vires,id est,cærulei Galeni,& Armeni
vnà cõmiscuit, vt vtrisq; easdẽ vires inesse
ostẽderet, quũ & colores in idem inclinare
videantur. SE. Quum de hoc lapide sermo
inciderit,non erit ab re ipsum quærere. BR.
Ne cõteras tempus,quia in Armenia solùm
inuenitur.Mihi frequentissimè virides lapi
des pro Armeno Pharmacopolæ ostende-
runt, qui Armeni non erant: quem tamen
potius habere optarim,quã cyaneum.Nul-
lus est Ferrariæ,aut Venetiis, qui verum ha
beat.Leuis esse debet,cæruleus, quã planis-
simus,friabilis,sine arena. Plin. viridẽ in cya
neum inclinantem esse monet.Nonnulla la-
pidis lazuli frusta Armenũ esse arbitrarer,
si friabilia inuenirẽtur. Inter floridos colo-
res numeratur, quos dominus fingẽti præ-
stat.Plinii tẽpore terra inuenta erat in His-
pania,& nunc quoq; habetur,quę eundem
colorem repręsentat,& vili pretio venditur.
Optarim vt haberetur:tamẽ eius loco chry
socolla(vt Dioscor.inquit)vti possumus. Mar
chasit

chasitam & Galli marchasites nuncupant, Lapidem verò lazuli, pierre d'asur. At Germani pyriten, vt marchasitam kisz vocant: sed suis nominibus postea distinguunt, argenteam, & auream. Nunc Armenum lapidem habemus, & ex Armenia allatum, & ex Germania, & partim chrysocollæ mistum. Non est adeò verè dus vsus lapidis lazuli, vt Auicen. veretur. Nam in cõpositiones redactus, modestissimè, & absq; aliqua noxa educit, nisi quis copiã voraret. SE. Argentum sublimatum sequitur. BR. Nusquam apud antiquos sublimatũ reperi, quod nunc sciuerim. Albucasis inter recẽtes, quẽ tu optimè nosti, ex chalcãtho, argẽto viuo, & aceto fieri docet. Nunc vt vehemẽtius fiat, salem Armoniacũ addunt. Venetiis paratur, ibi emere poteris: quãquã & tu ipse pro tua officina Ferrariẽ parare nihil impediet: sed à fumo cauendum est, quo multi incauti interempti sunt, alii mutilati, alii attonito morbo, quem apoplexiã vocãt correpti. Vtinã hoc venenũ in lucẽ nunquã prodiisset: plura facit incommoda, quàm commoda. Nihil est ęquè inter simplicia venenosum, quod semihora, & minori spatio exedendo interficit. nã omnia intrinseca, & præsertim præcordia velut ignis vrit. Linguę apice quandoq; sublimatũ tangẽs, vt eius gustũ sentirem,

rem, intumuit protinus lingua, & extremè refrigerãtibus vti opus fuerit. Casu inuentũ est. Eo mulieres Italiæ nõnullę se fueãt, colorẽ albũ reddẽtes, sed maximo dispẽdio, vt pote quibus breui dẽtes marcescãt, halitus malè oleat, oculi caligẽt, rugosæ efficiãtur, morbo attonito corripiãtur, & in repentinã mortẽ festinẽt. Olim ad morbi Gallici medelã in magno erat vsu, nũc desiit, & viuum argentũ eius loco receptum est. Eius decoctum in modica etiã quãtitate scabiẽ præter noxã tertia die sanat. Alphõsinus Trottus eques magnificus eius rei testimoniũ exhibere potest, qui, vt vir est ingenii sagax, ita multa experiri in dies tẽtat. Smegma etiam odoratum, i. saponẽ parare soleo, quo præter suspicionẽ aliquã, qui eo delinitur à scabie tertia die ad summum liberantur. Hoc experti sunt nõ semel magnifici nobiles Alphõsus Ziliolus, & Andr. Archius comes facũdissimus. Ab Hispan. solimã nũcupatur, sicut & à nostris mulieribus sulima, à Gallis argẽt sulimé, à Cretensib. vulgò sulima, à Polonis rztexcz biala palona. SEN.

Minium sequitur. BR. Res pluribus ignota, etiã celeberrimis viris, qui de ipso scribũt, quum nihil viderint, aut experientia didicerint. Plures miniũ, & cinnabarim confundunt, quum à Dioscoride plurimùm differre ost

re ostenda tur. Minium duplex est: natiuum florido colore insignitũ, & factitiũ, in viui argẽti venis gleba ἀνθρὰξ nuncupata effoditur, subrufo colore quę circa se rubrũ puluerem habet: hic puluis verum miniũ est, & fortè apud antiquos in magno honore, quo Iouẽ miniabant diebus festis, & triumphantes. Solus Vitruuius VII. libro suæ Architecturæ huius meminisse videtur, quũ Dioscorides & Plinius minium fieri tradãt, ex lapide argentariæ arenæ misto: quanuis Plinius natiuum quodam modo adũbrare videatur, rubinos (quos carbunculos vocat) eodẽ loco fieri dicens. Sed hæc aliud tempus expetunt. Tu hæc pro veris, ratisq; habeto. Minium natiuum & factitium inueniri. Natiuum in vsu videtur, fortè quia paucum, & in magno pretio: factitium id est, quod in officinis habetis. SE. Natiuum arbitrabar, quod vendimus. BR. Factitium est ex accensa arena coccinea argentariæ arenæ mista. In primis autem pluribus lotur is lauant, & aliis rubris adulterant. Probatissimum minium, quod igne fit, guttas argenti viui mistas habet, antequã colorem per vim ignis acquirat. Hęc ex visu dicta sunt nobis, & nõ auditu. Vidimusq; Venetiis adulterari rubrica quadam simul mista. Optimũ minium ita deprehenditur, si supra candens ferrum

posi

positum igneſcat quidē, ſed non vratur (niſi pro minima parte) nec coloré amittat. Ferrariæ ex variis generibus periculū fecimus. Nōnulla miñii genera nō vrebātur, & ſuum coloré ſeruabāt, alia nigra efficiebātur, quibus erat admiſta rubrica. SE. Audiui cinnabarim apud antiquos idē eſſe cum minio. BR. Surda aure audire debebas, quoniam diuerſa ſunt, vt Dioſcorides cenſet. SE. Quod nos vulgò cinaprium appellamus, nōne eſt antiquorum cinnabaris? BR. Nequaquam. Cinaprium etenim noſtrum ex ſulphure, & argento viuo arte fit Venetiis: antiquorum verò cinnabaris apud Plin. cap. VII. libri tri geſimitertii, eſt ſanguis draconis ab elephāte eliſi, cuius Dioſcor. in metallis meminit: non aſſerit aūt, ſed ita ferri dicit. Plinius que eundem ſanguinem ab illa gente appellari cinnabarim tradit. Nec admiratione aſſicior, quāuis cinnabarim idē cū minio eſſe cenſueris: quoniam & Plin. tempore medici decipiebantur, minium cinnabarim eſſe arbitrantes, quia eo nomine tunc appellabatur. At cinnabaris in multo medico vſu erat, quū minium venenū ſit. SE. Ex his nondū accepi cinnabarim. BR. Quid ſentiā, vno verbo expediā. Et ſi ab authoribus cinnabaris inter metalla numeretur, tamē de ipſo tanquam de re ignota loquūtur: ideo non poſ-

ſum

sum aliud agere, quin suspicer cinnabarim esse sanguinem draconis à nobis nunc appellatum. i. guttã illam, vel lacrymã, quam in officinis habetis, & sanguis draconis dicitur, nõ id, quod in rotulas cõficiunt. Quod me in hãc suspicionem duxit, est eius color, qui in nostro hoc sanguine draconis ꝓfundus est, vt de colore cinnabaris Dioscorides scribit, & eo pictores vtũtur ad fingẽdũ sanguinem, nec invili pretio est. Nõ diu est, ꝙ Venetias portatur. Nec dico esse draconis elisi sanguinem, sed lacrymam arboris. Plin. incertè illum tractat. Nõ hoc nouimus, & experimẽtis cõprobauimus. Adde id nõ esse, quod ab Arabib. describitur, succũ scilicet quartę speciei sideritis, quę à nostris rusticis millefolium dicitur. Apud medicos, & pictores, & hæc, & factitia cinnabaris in magno vsu sunt, & præsertim sanguis draconis vocatus, qui lacryma est, nec multa copia Venetias affertur. SEN. Gaudeo prius quàm moriar plurima discere. BR. Minium ab Hispanis, & Gallis nostro nomine, à Germanis menig vocatur. Cinnabarim verò Galli vermilõ, Germani cinober, Poloni cinobr, Cretẽses vulgò cochinauari appellãt. SE. De his quib. in officinis vtimur ad mineras spectãtibus, satis dictum est. Lapides sequũtur in meo ordine, quorum vsus est in variis com

positionibus apud medicos. Venetiis mihi emam cinnabarim. Minium hîc vtrũq; colligam, & factitium, & natiuum, quãuis exiguum videatur. BR. Nõ erit ab re lapides reuenire, prius quã prandii hora incumbat, quorum partem in mineris, partẽ his montibus inuenies. SEN. Et tempestiua hora adhuc est, nec Herbarius lassitudine premitur. HERB. Per duas horas adhuc vobis inseruiam, postea prandendum erit: quippe os ventriculi iam fame titillare cœpit.

DE LAPIDIBVS, QVORVM apud Ferrarienses pharmacopolas vsus est.

SEN. Nunc lapides enumerare incipiam. HER. Quid moraris? SE. Nondum locũ inueni, vbi ordine digesti sunt. HER. Pone cõspicilia. SE. Heri nescio quo loco amisi. HER. Et visum simul amisisti? En sinistra pagina lapides sunt. SE. Nõ possum absq; vitreis oculis legere. Tu hunc libellũ, Herbarie, sume, & meo munere fungaris. HER. Et tu bipallium, saccum, atq; peram humeris appone. SE. Id asello condonetur. HER. En tuos emissitios oculos in herba reperi, atq; seruauis. SE. Nihil mihi gratius: nũc lapides optimè intueor. HER. Quomodo prius ambulabas, si lapides videre nõ licebat? Miror cur frequenter nõ cæspitaueris. SE. Iocaris? Ego scrip

scriptos lapides intelligo. HERB. Pinguntur potius, quam scribãtur lapides. SE. Cauillari desinas: primus lapis qui occurrit, Perlæ sunt. HER. De lapidib. tractaturus à re, quæ lapis non est, incœpisti. BR. Fortè non ab re, quum ab Arabib. inter lapides numerẽtur. SE. Nõ multùm refert quo genere disponãtur, modò quid sint addiscamus. BR. Græci in re medica rarò margaritis vtũtur. Ita eñ appellant, nõ perlæ, & à Latinis vniones dicuntur, nõ vt aliqui opinantur, quia vna in vna concha tãtùm sit, sed vt inquit Plinius lib. IX. cap. XXXV. quia nulli duo reperiuntur indiscreti. Quippe Albertus magnus plures vna cõcha inuenisse fatetur. Et qui per Indicam nauigationẽ fecere Lusitani, centũ triginta vniones vna cõcha capi testãtur. Nos Venetiis vna cõcha septẽ inclusos vidimus. Cõchæ carne modicũ exiccata, margaritæ suã maturitatẽ habẽt, & senio crescũt: antequã maturæ sint, si à cõchis eximãtur, breui corrũpuntur. Maturæ facilè defluũt, quinq; notis ꝓbãtur, candore, magnitudine, orbe, læuore, põdere, vt nihil æquè sit indignius homine, si margarita nuncupetur. Nempe vnaquæq; illarum proprietatũ ab homine quicquam demit, & in ipso imperfectionẽ significat nostro vulgato idiomate. Tñ multieres nostræ aliis blãdiri solent hoc nomi-

ne Margarita, aliquem aut aliquam perlam vocantes. Ex Indico mari ad nos afferuntur probatissimæ, & etiã ex Britãnico, qđ nunc vulgò Anglicum, & Flandricũ vocatur. Diuersitas colorum, & turbulentiæ in ipsis ros est, vt Pli. refert, quem capiunt, quando in Venerem accẽduntur suo anni tẽpore. Hoc genus cõchæ, ex quo margaritæ sumuntur, ab incolis berberion, & berberi appellatur. Inter epulas gratissima est illarũ caro. Arabes cor à margaritis confortari, & roborari prodidere: quippe Arabes medicinarum ex vnionibus inuentores sunt: quanuis & Plin. nõnihil miminerit. Venetiis pro tua officina integras margaritas emes. Nã in puluerẽ redactæ, & vires amittũt, & facilè adulterari possunt. SE. Quũ in receptis (vt inquiunt) perforatæ, & nõ perforatæ margaritæ scribuntur, quid intelligendum est? BR. Aliquæ margaritæ sunt, quæ natura perforatę inueniuntur, aliæ arte. Quãdo perforatæ despiciuntur, eæ sunt, quę natura foramẽ habẽt: nam aliquo malo affectu acquisiuere. Tñ non perforatę simpliciter probatiores sunt: quãuis quæ arte pforatæ sunt, despicere nõ oporteat. Hãc distinctionẽ nullus Græcus, aut Arabũ posuit (quã legerim) sed recentes in causa fuere, qui in ordinandis apud pharmacopolas reb. ad suos ęgros spectantibus, vt

vt apud vulgus in admirationem ducantur, in hunc modum altiori voce intonant: Recipe margaritarū nō perforatarum. quum satis fuisset probo pharmacopolæ, margaritarum simplicirer protulisse. Omnibus ferè gentibus hoc nomē Perla cōmune videtur: ab eo enim parū dissentiūt. Nam Galli perles, Hispani perlas, Germani perlen, Neapolitani perne, Poloni perla nūcupāt. Ab aliis Hispanis aliofar, à Cretēsib. vulgò margaritari dicuntur. Sunt frigidæ, & siccæ ordine secūdo apud Serapionē, & Rasim. SE. Corallia sequuntur. B R. Gratissimū est coralliū, & meritò inter gemmas numerari deberet. Gestantiū animos lætificat. An lapis coralliū, de quo Pli. lib. xxxvi. cap. xix. loquitur, altera res sit à nostro corallio, ambigimus. Antiqui authores duorū generū tantū meminere, rubri, & nigri. Nigrū appellari Antipathes, Dioscor. tradit. Plin. in rubro mari nigrius nasci, capi. ii. lib. xxxii. censet. nō tñ purè nigrū, sed nigrius nasci dicitur, quicquid ab authorib. scriptum sit. Nos Genuæ totius Liguriæ emporio tria coralliorū genera vidimus, quæ ramos amplos habebāt, nigrum, rubrū, & album. Imò adde subrubrum, & modicè viride, quod & Genuenses pro nigro habebāt. Nos subrubrum vulgò incarnatum vocamus, tamen idem cum ru-

bro est, sed imperfectè rubrũ: est enim medium inter albũ, & perfectè rubrũ. Ideo Auicẽna aliis exquisitius in albũ, nigrũ, & rubrũ distinguit. Alba imperfecta esse, & immatura arbitror, ideo magis adstringunt: subrubra. i. incarnata, magis matura albis, & rubris minus: rubra colore florido in maturitatis symmetria sunt: viridia magis matura, quã opus fit, nigra adhuc magis. Ad hoc moueor, quoniã in vna plãta omnes has differentias vidimus, imò in vnomet ramo. Et Ferrariæ reuerẽdissimæ sacri cœnobii diui Antonii initiatę, Lucretia Malaspina egregia & ꝓbatissima mulier, & Bonifacia Biui laqua ꝓbitatis speculum, crucé ex corallio habẽt suo lapidi innixã, & natura ita factã, cui ars modica addit, & duas latronũ cruces à latere, ita à natura factas, quæ suo lapidi tanquã radici inhærẽt, in quib. nõnullæ coralliorum differẽtiæ videri possunt. Quum autẽ de corallio apud authores simpliciter sermo fit, rubrum intelligere oportet, quo puerorũ colla, & manus ornamus, effascinationes, & atrã bilẽ, quam brutã vocamus, & epilepsiam, atq; apoplexiã euitare arbitrantes. Nũc in magno pretio sunt, vt ferè habẽri nõ possint. Sed probandus esset in pueris vsus, nisi & mulieres pro ornamento vterentur: videtur enim comes esse albedinis, & eã florid

floridam magis reddere. Dioſco. ſuum nigrũ corallũ à rubro ſpecie diſtinguit. Nos quæ vidimus perhibemus, in vnamet plãta album, & nigrum eſſe. Imò vnuſmet ramus, parte vna ruber floridus, altera niger videbatur. Rubrũ ꝓbatur, quã maximè rubens colore florido, frãgibile, odoré terrę muſci, & algæ habens, ramoſiſsimum. Damnãdum lapideum, ſcabioſum, ſcabrũ, & inane. Vos pharmacopolæ continuè peſsimum genus habetis, qđ ſcabioſum eſt, petroſum, & totum inane. Albũ probatur, quod maximè album, & nigrum ſimiliter, ac lucidũ quum nigrum & ad eadẽ valeat, ad quæ rubrum, ſed ægrius. Ideo pro nigro rubrum habere ſatis erit. Album verò ſeorſum emito, ſed Genuã mittes, nõ Venetias, aut in Siciliam. Nam Syracuſis apud Pachinũ ꝓmontoriũ copioſiſsimè naſcitur, & apud Drepanum eiuſdẽ Sicilię vrbẽ, quã nũc Trapani vocãt. Quin & in Gallico ſinu, circa Orchadas, & in Liguſtico mari, & ante Corniculũ, & Neapolim oritur. Omitto nunc rubrum mare, & Perſicum ſinum. Quando ſub aqua eſt, viride apparet, & tenellũ eſt, quũ euellitur ex circunſtãte aere dureſcit, & color ruber fit, ſi adeò maturuerit. SE. Eſtné arbor? BR. Folia non habet, propterea ſubſtãtiam quandam terream eſſe arbitror, quępotiſsimùm

circa montuosa loca sit, ob caliditatem, & siccitatē loci & maris adeò exiccatam, vt in lapidem versa sit, quæ prius ob eius lentorē extēdi poterat, & in varios ramos diduci, vt arbor videatur. Vnde & Græci dendritin, quasi arboreum vocant, Dioscō. lithodendron. i. arboreum lapidem nuncupauit. A Cretensib. vulgò coragha, ab Hispanis coralos, à Gallis coral, à Germanis coralen dici tur. Nos domi pulchrū ramusculū habem⁹ nigri coralii. s. Lapis Armenus occurrit. BR. In pyrite lapide, Armenū edocuimus, quem viridem in cyaneum vergentem esse ostendimus, quo pictores pro cyaneo. i. lapide lazuli, quandoq; vsi sunt. Armenia cus etiā vocatur. Optarim vt Armenum potius haberemus, quàm cyaneum, tamen nec cyaneus, vel cęruleus omittēdus, quoniā, & ipse atræ bili mirè aduersatur. SE. Lapis hematites sequitur. BR. Notissimus est hic lapis, vt simplici nomine, per excellētiā lapis, dicat'. hæma Græcè sanguinē significat. Hic lapis, vel ita appellat', quia sanguinis coloré imitatur, vel quia fluentē sistit. In metallis inuenitur, qué si vras, minii colorem habet. Plin. cap. xx. lib. xxxv. quinq; genera distinguit. Sed tibi satis est, hoc genus vulgare habere, quod friabile sit, rubrū vel nigrum, durum, atq; planum, sine sordib. nec lineas quibus

varie

varietur, habeat: ineptior enim est, qui lineas habet. SE. Aut Venetiis emã, aut rusticos quosdã expectabo, qui singulis annis in forũ portãt, & vẽdunt. A Gallis ematistes, à Germanis pluet stein. i. lapis sanguinis nuncupatur, à Polonis kamyen hæmatites dicitur. S. Lapis Iudaicus sequitur. B. A Iudęa, in qua nascitur, nomẽ sortitus est hic lapis. Nam ex Palæstina Syrię Alexandriã, & pòst Venetias affertur. Marmoreis frustulis adulteratur: adulterium deprehẽditur, quia arte facti in omnib. æquales sunt, & lineas semper ęquales habent, sed naturales in vno latere quãdoq; euariãt. Nec putandum est lineas illas, naturales lineas esse, sed veluti pũcta sunt per quendam ordinẽ distincta, quę simul ordinata linea quadã seiungi vidẽtur. Antiqui medici eo ad vesicæ lapidẽ vteban tur, ideò illi nomen imposuere, Tecolithos, i. calculos absumẽs lapis. quod nono de sim pli. med. facul. Gal. displicere videtur, quãuis in lib. Gal. adscripto de vitiis renum diguotione, & medicatione scriptum sit, vesicæ lapides frangere: quicquid tamẽ sit, ego in lapide renum frequẽter vsus sum, & optimè profecit. Venetiis emere poteris: sed ab adulteratis caueto. Hoc solo reuerendissimum Thomam Mustum Canonicum Ferrariensem à sæua renũ ægritudine liberaui.

SE. Lapis lyncis sequitur. BR. Ab antiquis lyncurium vocatur: ex vrina lyncis esse fabulantur. Vnde sit, apud authores non constat: tamē multi de eo loquuntur, arbitrantes quum lynx oculatissimū animal, & obliuiosissimū mingit, ex terra, & vrina lapidē generari, qui lyncurium, vel lapis lyncis dicitur. Ego hoc obseruaui in lyncib. duobus, quos magnificus, & generosus Comes Nicolaus Tassonus nutriri faciebat, in terram mingebant, frequentissimè obseruaui, terrámq; permictā, & siccā seruaui, mirè fœtebat, sed nihil vnquā cōcreuit: fabulamenta sunt quæ de hoc lapide circūferūtur. Cōstat tamē lyncurium esse ipsam lyncis vrinam, quā in officina habere poteris. Lapidē verò cum plinio cap. III. lib. XXXVII. nō inueniri censeo, vbi Theophrasti, & Dioscoridis verbis nō credit. Ostēdunt verò nostri pharmacopolæ, & Veneti, lapidem quendā spongiosum, subnigrum, aliqua parte cinericium, quem pro lyncurio vēdūt: adeò omnia in præceps iere. Consulo vt hic lapis à tua officina absit: vrinam verò lyncis, si habere poteris, seruato. SE. Vnde hanc vrinā emam? BR. Lyncē potius emas, ac nutrias, sed magna iactura hoc facies: propterea omittenda potius hęc vrina paucissimis reb. vtilis, quàm tam magno dispendio comparāda. SE. Ita agere decreui.

creui. BR. Neapoli imaginãtur esse tartufelam, quæ Latinè tuber dicitur, quæ in lapidem vertitur, postea in fungũ: & tunc lapis lyncis vocatur. A Polonis camyen ostra vid zoui dicitur. SE. Crystallus sequitur. BR. Nó tissima est crystallus. Gelu est vehementius concretũ: ideo nunquã, nisi in frigidissimis, & niuosis locis inuenitur. Hæc vera crystallus est: sunt ẽm multæ aliæ imperfectiores species, vt ea, qua vos vtimini, in Italiæ alpib. inuẽta. Venenũ esse crystallũ pistã in fa mã venit, quũ tamẽ nõ sit, sed potius veneno aduersetur. Nullus est, qui posset nõ minutissimè pistã bibere: ita verò nõ sentitur. Si autẽ in maiores micas redderetur, fortè vẽtriculi parietib. inhærerẽt. Illud verò nõ fit quia natura omnia ad intestina dirigit per' hũc modum infesta. Quam ob rem nescio vnde emanarit hoc, qđ vulgò ita fixè receptũ in hominũ animis, vt nullus nõ credat perniciosissimũ venenũ esse crystallũ: quum sit veneni antidorũ, de quo Pli. li. xxxvii. c. iii. diffusè ptractat. Nomen cõmune habẽt Galli, Hispani, Poloni, & Germa. crystal, vt nec vna litera differant, à Cretensib. vulgò crystagli dicitur. SE. Magnes sequitur. BRA. Lapis hic ob effectum, quem facit in trahẽdo ferrũ, notissimus est. Imò, vt inquit Dioscorid. eò perfectior est, quò magis trahit.

Ab

Ab inuẽtore eo nomine insignitus: probatque Dioſco. magnetem, qui in cæruleũ colorem magis inclinet. Tamen quem nos habemus, optimè ferrum trahit: cæruleus verò non eſt, ſed potius ferrugineus. Sed ea parte, qua in cæruleũ inclinat, vehemẽtius trahit, vt Dioſco. verè loqui, manifeſtum ſit. Fabulantur ex magnete integrum montem eſſe, quũ in mineris inueniatur. In Hiſpania, atq; Germania potiſsimùm in venis ferri colligitur, ſub principatu Illuſtriſs. Saxoniæ Ducis Suacembergi, & Eibenſtoci. Quanuis Plin. lib. xxxvj. ca. xvj. varia loca aſsignet, vbi inueniatur, & quinque ipſius ſpecies enumerat. Tu, ſi lubeat, domi omnes ſpecies legas: ſed ſatis eſt hanc ſpecié habere, quæ ex Germania affertur, & Hiſpania, quãuis ex Aegypto Venetias etiã cõportetur. Albertus Magnus in Amatoriis deliramenta de hoc lapidẽ fabulatur. Inuẽtus eſt ob naues maria ſulcãtes circa horũ lapidum mineras (vt ferũt) vnde tractis clauis, oẽs periere: vel, vt inquit Plinius, ex clauis crepidarũ, & cuſpide baculi ferrata hærẽtibus, quum armẽta paſceret quiſpiã. Qui nauigationem Indicã in Calechut fecere, naues clauiculis ligneis cõpagi natas, ob magneté, ſe vidiſſe teſtãtur, ne ferreis clauis à magnete tractis ſubmergerentur. Aliis pluribus nominibus inſignitur,

Lapis

Lapis Heraclius, lapis Herculeus, Sideritis. Diogenianus author est, verũ magnetẽ adeò argento simílem, vt decipiat. Hunc aũt lapidẽ, quem magnetẽ appellamus Heracleotẽ nuncupandũ, quicquid Diogenianus dixerit, nos alioqui apud authores, & re ipsa cõperimus. Venetiis emes, aut Genuæ, vel in Germaniã mittas. Sunt qui pro veneficiis, & incãtationibus albũ magnetẽ quærãt. Si aduratur, rubrũ colore enanciscitur, vt pro hæmatite vti possimus. A Germanis maneth, ab Hispanis aymãte, vel piedra iman, à Cretẽsibus vulgò petra calamita magnes appellatur. SE. Lapis aquilæ sequitur. BR. O quot superstitiones, & infinitæ vanitates, & propẽ puerorũ deliramẽta in hoc lapide fiunt: hoc volũt furta detegi, hoc non possunt etiã optima cibaria edi: hoc futura prædicere tẽtant: hoc deprehẽduntur vxorum furta. Sed hæc ab instituto nostro aliena. Plinius libro xxxvj. ca. xxj. quatuor Aetitis genera describit: quippe idẽ sunt lapis eetites, & lapis aquilæ. In aquilarũ nidis duos inueniri arbitrantur, nec aquilã oua parere, nisi hos lapides in nidum cõportauerit. Apud nos duo genera sunt: album vnum, marmoris colore & effigiem habens. Nigrũ, subnigrũ, vel cinericiũ alterum. Etiam prægnantes lapides vocant, quasi intus alterũ lapidem albũ habeãt, qui

son

soner, si quatiatur. Colorem non distinguit Dioscor. sed cuicunq; sit modo prægnãs ęquo brachio suspẽsus fœtum continere, coxę parere facit. Plinius & recentes id fieri arbitrãtur, quoties in aquilarum nidis inuẽti sunt, quod nunquã accidere iudicamus: nec Dioscorides hoc sentit. In Apulia frequens inuenitur in mõte Gargano, & in Apennino mõte variis locis. Qui albus est, in fluminibus inuenitur. Si per hos montes quæras, vbi scaturiunt riuuli, & magnorum fluminum initia sunt, fortasis inuenies. Ex Apulia ferri iubeas, aut Venetiis emas: quia ex Armenia Alexandriam, pòst Venetias fertur. Si officina tua hoc lapide careat, non multùm curæ sit. A Gallis pierre de l'aigle, à Germanis adler stein, à Polonis orloui kamyen, ab Hispanis piedra de l'agla nuncupatur. SE. Antimonium sequitur. BR. Ex lapidibus ad mineralia iterum transire videris: sed hoc nihil impedit, quoniam & lapides mineralium natura sapere videntur. Plinius lib. trigesimo tertio, capi. sexto, Antimonium à recẽtibus dictum quatuor nominibus appellat: Stimmi, stibium, alabastrũ, larbason: sed hoc nomen, stibium, potissimùm seruat, & stimmi. Mox nomen à Dioscoride positum addit, Platyophthalmon, quia oculũ dilatat, & in oculorum medicinis plurimũ valet, vt Galenus

lenus nono de simplic. medicamen. faculta. teſtatur. Gynæceum præterea appellatur, quia eo mulieres fucãtur, eliquata aqua nũc in aliqua Italiæ parte. Dioſcori. aũt & Plinii tempore aptabant ſibi oculorum ſupercilia antimonio, præſertim mulieres Hiſpanæ, quibus nullæ in luxum magis pronæ. In metallis argenti inuenitur. Eſt ſpumæ candidæ lapis, nitet, & nõ trãſlucet: ſi cõburatur, odorem ſulphuris habet. In hoc à plũbo differt, quia teritur, & non funditur: plumbũ fundi tur, & nõ teritur. Tamen arte quadam antimoniũ fundi põt, ſed non facilè vt plũbum. Sunt qui putent in prima fuſura eſſe antimonium, in ſecunda plumbum. In marẽ & fœminam diſtinguũt, mas horridior, ſcabrior, & minus ponderoſus ac minus radiãs, & are noſior fœmina. Ex Germania ad nos affertur, licet adulterinum quoddam Venetiis fiat. SE. Ergo quod nos antimoniũ vocamus, ſtibium eſt apud antiquos authores? & ſtimmi, de quo chymiſtæ magna ſibi promittũt ex lapide argẽtũ exprimere? B. Illud eſt. Gal li Latino nomine vtũtur, Germa. ſpieſglas, Poloni ſzpisklaſſ appellãt. Eſt frigidũ ordine primo, ſiccũ in ſecũdo. Alia proſequaris. S. De lapidib. nihil amplius habeo, quorũ in mea officina vſus ſit. De lapide lazuli exequi ſupereſſet, niſi in marchaſita illũ tractauiſſes.

ſes. HER. Non poſſum deinceps effodere, niſi prandeamus. SE. Prandebimus, ſi ad hanc offam coquendam te accinxeris. HER. Igné ex hoc ſilice excutiam, & in fungum illum ſicum excipiam. SE. Age citiſsimè. BRA. Interim dum prandium paratur, alia nonnulla proſequi conueniet, ne tempus ſpectantibus offam, conteratur: quum melioribus intentiſſe poſsimus. SE. Pretioſa fragmenta ſe quuntur, quæ quum pauciſsima ſint, interim breui expediri incipiemus. BR. In montibus inueniuntur, non tamen iſtis: ſed cur inter lapides non enumeraſti? SE. Quoniam ita conſuetum eſt nobis fragmenta appellare, & à lapidibus diſtinguere. BRAS. Eſto, tua hæc precioſa fragmenta recéſeas, id eſt, ſi Latinè loqui velimus, tuas gemmas, aut gemmarum partes.

DE GEMMARVM FRAGMENtis, quorum in pharmacopolarum officinis vſus eſt.

SE. Primum fragmentum Zaphirus eſt. BR. Sapphirus dicũt authores. Ita Sapphiri ſunt quos pro Sapphiris vẽditis, vt tu ipſe ſapphirus es. Qui gẽmas aptãt, atq; tractant, gemmarii Latinè dicti, inter Laſpidũ genera Sapphiros numerãt. Cæruleũ colore habent, id eſt, ſimilẽ cœleſti in perfecta ſerenitate, quẽ

noſtra

nostra vulgari lingua azurro chiaro perfecto nũcupare possumus. nomẽ aũt hoc, azurro, corruptũ est à lazulo. Sapphiri tamẽ perlucidi non sunt, nec possunt facilè scalpturã admittere, ob centra cryſtallina aduenientia, & lapidis duritiem: quæ verò scalpũtur, suo colore saturata esse debent. Si sole percutiantur, fulgorẽ ferè ardentẽ emittũt. Ex India optimi conuehuntur, ex aliis partibus non probati. Suaderem vt oẽs sapphiros paruos, nigros, quos in officina habes, proijceres, quoniam sapphiri non sunt, & Venetiis præsegmina eorum, qui aptantur, à gemmariis emas: imò id in causa est, cur fragmẽta appellatis, quia fruſtula sunt in aptandis fracta, quæ pro ornãdis digitis, aut mulierum collis inepta sunt. Deinde cõpositiones tuas pro expensæ portione venderes. SE. Emptores pretio deterrerẽtur, & à mea officina abigerentur. BR. Ergo eligis decipere potius, & in tam magno hominum dispendio, vita sci licet, fallere, quàm vnũ, vel alterũ emptorẽ amittere? Suadeas emptori sapphiros, hyacinthos, smaragdos, & alios pretiosos lapides fictitia vitra esse, quæ veneni naturã sapiũt: postea quæ lubet agat ille. Aut verorũ sapphirorũ fragmẽta habeas, & emptorib. pretium indicato, quod ingens non erit, si fragmẽta illa emeris, quæ aptãtes abradũt.

Deinceps ita agam,ne quis à me defraudetur.B. Ab Hiſpanis zaphira,à Gallis ſaphis, à Polonis ſzafier nuncupatur. SE. Smaragdi ſequuntur.BRA.Et hi quoque,quos habetis in aliqua officina vitra ſunt, in alia viridis marmoris fruſta.Venetiis apud gemmarios vera fragmenta , & minutiſsimas micas ad ornatum ineptas emas. De ſmaragdo Pli.libro trigeſimoſeptimo capite quinto diffuſiſsimè ſcribit.Pulchriorem viriditatem habet,quàm haberi poſsit,omnes etiã herbas viriditate vincit.Soli gemmarũ (vt Plinius inquit)contuitu oculos implent,nec ſatiãt. Duodecim genera enumerat. Qui ex Scythia afferuntur,cæteris præſtant.Genuæ vas amplũ habetur ex ſmaragdo , pulcherrimũ quidem,& pretio carens,ſi ex ſmaragdo ſit. Contigit me ſemel videre cum Illuſtriſsimo Hercule Eſtenſi:nunquã viriditatẽ pulchriorem , aut floridã magis videre licuit:ſed an ſmaragdus ſit ignoro,nõ ex eo quia magnũ vas ſit,nam multò ampliorũ ſmaragdorum Plinius præcitato loco meminit.Fabulãtur ipſi paropſidẽ eſſe , in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus cũ Iuda intingebat manum: quod an verum ſit , aliis iudicandum relinquo.Satis eſt,Pliniũ prædicto loco magnos ſmaragdos,& aptos ad vas parandum enumerare.In aliquibus officinis aſpidem viri-

dem

dem pro ſmaragdo vidimus, idq; minori ęgrorum iactura, quoniam viridis iaſpis in re medica plurimũ valet, præſertim qui ex India affertur, & æquas ferè vires ſmaragdo habet, vt Galenus nono de ſimplicium medicamentorũ facultatibus, & Dioſcori. quinto libro referunt. A Gallis emeraudes, ab Hiſpanis ſmeralda, à Germanis ſmerald, à Polonis ſmarogot nuncupatur. SE. Hyacinthus ſequitur. BR. Mira in diuerſis pharmacopolarũ officinis videre cõtigit. Sunt enim qui pro rubino, id eſt, carbũculo, lapidem quendam ſumant, & qui eodemmet lapide pro hyacintho vtantur. Veros hyacinthos habẽt aliqui veſtrũm, alii vitra illius coloris tranſparentia, ex quibus feneſtræ in tẽplis fiunt. Facillimũ eſt hyacinthos habere, & Venetiis fruſtula à gẽmariis vili pretio emere. Gemma eſt hyacinthus, in qua fulgor violaceus dilutus eſt. Plinio teſte, tria genera inueniuntur, vt etiã Serapio CCCXCVIII. c. fatetur, & Albertus lib. de lapidibus, & re vera ita eſt. Aliqui ſunt citrini, inquiunt, id eſt, colore citri. Alii coloris antimonii, id eſt, in cæruleũ, & cœli colorẽ inclinant. Vnde apud Poetas, Cœlũ hyacinthino colore aſperſum dici reperitur, & nõnulli ex hyacintho factũ arbitrantur. Alii rubri ſunt, id eſt, fulgore rubro ſplendentes, cæteris ad rẽ medicã aptiores.

Tu potius omittas, quã vitra ſumere, vt multi faciunt. Apud nos ruborem habentes frequentiores ſunt. A Gallis iacintes, ab Hiſpanis iacinta, à Polonis iacinct, vocantur. SEN. Rubini ſequuntur. BR. Eundẽ lapidẽ (vt diximus) aut idem vitrũ pro rubino, id eſt, carbunculo, & hyacintho plures accipiũt, imò omnes pharmacopolæ tã Ferrariẽſes, quàm Veneti. Huius etiam carbunculi Venetiis mi cas à gẽmariis non magno pretio emes. Plinium lege capite ſeptimo libri trigeſimitertii, ſi de carbunculo plura videre animo ſit. Anthrax, altero nomine dicitur: nosque nõ ſine ratione rubinum à rubore appellamus, nihil patitur ab igne. Authores duodecim ſpecies enumerant. Multi ſunt, qui rubino à nobis de rocha vocato vtantur, qui minus ægrè agunt, quum in carbunculorum genere ſit rubinus de rocha, à nobis dictus. Hiſpani, Galli, & Germani vna tantùm litera differũt in hoc nomine. Nã primi rubi, alii rubis: Germani, & Poloni rubin, vt nos ferè appellant. SE. Granate ſequũtur. BR. In hac re pharmacopolas pudere deberet, qui pro granatis vitra ſeruent, & vendant, quum copioſe, & vili pretio granatæ habeantur. Et de eo magis mirandum, cur pro carbunculis granatis non ſumant, quæ in eodem genere continentur. Tres ſpecies habent granatę, aut tri-

bus

bus distinguuntur. Vna species est, quæ ruborem in modũ floris mali granati habet. Propterea granata nuncupatur, & inde nomen à nostris vulgaribus accepit. Antiquũ nomen non est: quia antiqui carbunculum 5 vocant. Altera species est, quę ruborẽ habet, sed in hyacinthi colorem inclinatum. Tertia species rubra est, in violæ colorem tendens: hanc cæteris perfectiorem arbitrãtur, & rubinũ de rocha vocant. Apud nos in vilis 10 simo pretio sunt: ideo veris granatis carere nõ debes. Et si rubini desint, pro ipsis granatis vtaris. Grenas à Gallis, ab Hispanis granada, à Polonis granat nuncupatur. SE. Sardius sequitur. BR. Quẽ colorẽ habet? se. Al- 15 bum, nigro, rubro, aut nubilo commistum. BR. Ergo sardonyx proferre oportebat, à loco, in quo potissimum nascitur, appellatus, de quo Plinius libro trigesimoseptimo, capite sexto agit. Antiquitus in summo hono 20 re erat. Veluti vnguis est, sub quo rubor, aut nigredo videatur, vt duo lapides appareãt. Propterea Albertus onychem, & sardum simul esse putauit. Quod ante ipsum diu Plinius animaduerterat inquiens habere can- 25 dorem in Sarda. In hoc etiã lapide idẽ quod in aliis vsu venit. Vitro quodam vtimini rubro colore supposito. Idem in hoc agerem quod in aliis, vel hos lapides à mea officina

abigerem: tum quia rarus est eorum vsus: tum quia proprietates, quas illis vniuersim tribuunt authores, vanas esse arbitror, in aliquibus saltem. De qua re suo loco dissere-
5 mus. A Polonis sardyn vocatur. Tu interim alias gemmas enumera. SE. Nullas alias habemus, quibus vtamur. HER. Offa cocta est, & omnia in promptu sunt. Instat prandendi hora. BR. Et nos pretiosa fragmenta (vt di-
10 cunt) exigimus. SEN. Da manibus lymphas. HER. Ex hoc riuulo sinistrorsum scaturiente laua. BR. Imò ex hoc fonte potius, qui rusticorum opera per lignum descendit, quo vice gutturnii fungemur. SEN. Vrit adhuc offa.
15 HER. Inspira vehementer, vt frigescat, & minutim incide. BR. Prandium hoc omnes regum dapes exuperat, quoniã vehementi fame detenti comedimus. HER. Diui Bernardi intinctum (vt aiunt) ore gero. SEN. Quid est
20 Diui Bernardi intinctus? HER. Fames. BR. Intinctu profectò non egent ad iritandam famem, qui famescunt. SE. Iam hora est ad alia animum vertere, vt omnibus peractis in patriam regredi liceat. BR. Quid impedit sche-
25 dã sumere, & quæ sequuntur prosequi? HER. Sine parum, vt cibus ventriculo aperetur. SE. Satis accommodatus est. Varia terræ genera consequuntur, quibus in officina vtimur. E.

A prima terra initium sume. TER.

TERRARVM GENERA SECVNDVM recentes, quorum apud pharmacopolas vsus est.

SENEX. Sulphur primas partes in nostro inordinato ordine seruat. BRAS. De hoc vt Dioſc. & Gal. agendum erat, vbi de minerabus sermo factus est. A Græcis θεῖον dicitur. In duas species Dioscori. separat, in viuum, & in eum, qui expertus sit ignem. Plinius capite decimoquinto libri XXXV. in quatuor species dissecat, sed quæ sub duabus Dioſc. contineantur: viuum apyron dicitur, i. ignis nō expertū, vt Cornelius Celsus, cap. XVIII. v. libri docet, & Plin. præcitato loco, quem, si lubet, legas, per distincta nomina has species appellantem, & per loca, in quibus nascantur asignat. Notissima res est. Illud tantùm addā, in medicinæ vsū potissimùm esse viuū, id est, quod ex vena sua sine aliqua coctura sumitur: tamen vos pharmacopolæ hoc nō sumitis, sed id quod ignem expertū sit. De Hermol. miror, qui dixerit tam firmam confusionem partiū habere, vt eius oleum arte nulla separari possit in rebus cæteris, cū tamē cōstet apud nos fieri oleū sulphuris, & nos artē habemus à sulphure id oleum educendi. Cura igitur vt viuū sulphur habeas. In omni minera inueniri potest. Philosophi cōpositionem metal

lorum ingredi, veluti formam quādam putant. Argentum viuum veluti materia in auri, & æris cōpositionem actu ingreditur, in argēti, & stanni, ac plūbi potentia. De eius caliditate disputandū esset, quo gradu intelligatur. Gal. calidum quidem dicit, sed gradū prætermisit. Auicen. & Arabes, quos recentes imitantur, in quarto gradu calidum & siccum facit: re vera aberrātes, cùm vena fint, quæ quarto gradu calida existimantur. Nos tamē sulphur quotidie propinādū exhibemus. Dioſc. in ouo suspiriosis tribuit quantitate cochlearis: quæ duos homines interficeret, si in quarto gradu calidū esset. In ouo etiā sorbili fellis suffusiones habēti exhibet, & Plin. per os sulphur deglutiendū tradit. Nosq; in ouo sorbili quotidie scabiosis damus, & sanātur: quā ob rem in tertio gradu calidum tantū iudicamus. Nec refert quòd ardeat, quo niā alia tertio, imò secundo gradu calida facillimè ignē admittūt. Viuū probatur splēdens, lucidū, nec calculosum: quod verò nō est viuum, viride & pinguissimū esse debet. Apud Baias pulcherrimus inuisitur locus à Neap. octo millibus passuū distās plus minus, qui Solphatā nuncupatur, in quo è mōtibus sulphur eliquatur, & à lapidibus exudat, tāta dulcedine, vt ego ex pane, & sulphure illo exudante, ac si flos

flos è lapide egrederetur, prãdere cõtentus fuerim: pane recipiebã quod exudabat, & co medebã: dulciſcimũ erat. Hæc de re tã nota ſufficiũt. Venetiis emere poteris, aut eos ex pectato, qui in Teloneũ portãt Ferrariã, vt vẽdãt. A Gallis ſoufre, à Germa. ſchvvebel, à Luſitanis enxufre, & azuphre, à Polon. ſziarka, à Cretenſ. vulgò apyri nuncupatur. SE. Aſphaltũ ſequitur. BR. De aſphalto, id eſt, bitumine tractaturus neſcio an aliis cõſentaneus ero, vera tamẽ referã. Græci aſphalton dicunt, Latini bitumen generali vocabulo, omnem materiã craſſam, lentã, quę ſponte, vel ex mõtibus, & lapidibus, vel ex terra ſcaturit, vel in lacũ, vel in terrã ipſam deſcendat. In denſum & molle diuiditur. In variis Mundi partibus naſcitur, & vt inquit Plin. cap. xv. lib. xxxv. alibi limus eſt, alibi terra. Nos verò ita ſeparemus: Aſphaltus aliquo loco liquidus eſt, aliquo vt limus, aliquo vt terra, aliquo vt cera: vt terra naſcitur in Cœleſyria, i. caua Syria circa Sidonẽ oppidum maritimũ, vt Plin. inquit. Limus à lacu Iudææ emergit: & ideo Gal. primò eius meminit, quod in Apollonia Epiri vrbe fit, ſub quo etiã Iudaicũ intelligit. Poſtea id quod eſt in Cauaſyria tractat: hoc autem in mari mortuo naſci inquit. Mare autẽ mortuum nuncupatur lacus ille: Mare ob ſalſedinem,

mortuũ ob minimũ motũ. Qui nuper terrã
ſanctã deſcripſere, Iudææ lacum, & Cœleſy
riæ idem faciũt. Strabo lib. xvi. ſuæ geogra
phiæ, Sirbonis lacũ vocat, ambitu mille ſta-
diorum, lõgitudine ducentorũ ſtadiorum.
Hoc loco noſtri theologi Sodomam & cæte
ras vrbes, ob nefandũ illud Sodomiæ vitiũ
ſubmerſas eſſe tradũt, & eum lacũ in earum
vrbium locis ſitum eſſe. Nõnulli deinde fa-
bulantur bitumen illud è lacu, virorũ ſemẽ
eſſe: propterea adeò glutinoſum eſt, vt non
poſsit abſq; mulieris mẽſtruo ſeiũgi, cuius
oppoſitũ experiẽtia oſtendit. Sed hoc prius
animaduertit Solinus cap. xxxi. ſui libri de
mirabilibus mundi. Idẽ Strabo xvi. lib. vbi
tredecim vrbes eo loco ſitas olim oſtendit,
quarum Metropolis Sodoma nũcuparetur.
Additq; omnes in eũ lacũ eſſe conſumptas,
præter Sodomã, & ſpatiũ ſexaginta ſtadio-
rum. Ipſe verò vt philoſophus, cauſam non
in Deum, qui de probris illorũ vlciſci volue
rit, ſed inquit ex terræ motibus, & ignis affla
tu, & aquis calidis, & bituminoſis, ac ſulphu
reis lacũ erupiſſe. Eratoſthenes verò ſentit,
cùm ea regio ſtagnis abũdet, ex excreſcẽtia
vrbes illas exundaſſe. Volunt autẽ bitumen
eſſe terræ glebã liquefactã, poſtea vi aquæ
indurata. Poſsidonius, qui in hoc fabuloſus
author eſt, illius regionis homines, magos

eſſe

esse censet, qui incantationes faciũt, lotium & fœtida inspergẽtes, ex quibus bitumẽ fit. Quod autẽ vane sentiat, ex hoc liquet, quia perpetuò nõ duraret, nisi sponte scaturiret, vel ex mõtibus descẽderet. In Iudæa Asphal tites lacus vocatur, in quẽ Iordanis influit. Est aũt liquidũ bitumẽ in Sicilia, & in agro Mutinẽsi in Italia, & in regno Neapol. quodam loco, qui dicitur, il Tocho, & supra Gaietam in loco, qui dicitur Scaole. Et supra Scholiũ in castro amaro, Scholiũ vocatur, Loncino: distat à Neapoli quindecim milli bus passuum, plus minus. Tui pharmacopolæ pro asphalto. id est, bitumine Iudaico, quod cętera præcellit, Dioscoride teste quãdoq; pice sicca vtuntur. Alii vocatum ab ipsis petroleum densatum, aut vi ignis, aut sponte, habent: cũ tamen & hoc in genere bituminis censendum sit, tamen non est asphaltum Iudaicum. SE. Quid est ergo Iudaicũ asphaltum? BR. Tibi vno verbo quid sentiam enarrare decreui: quod vos mumiam nuncupatis, asphaltũ Iudaicum esse, certus sum. SEN. Quomodo hoc probas, quia exiccati Mauritani nostra mumia sunt. BR. Dicat potius Syriaci, quã Mauritani. Sed hoc nihil adrẽ. Mumia nõ est Maurus exiccatus, vel Syriacus, sed cõpositio quædam ex myrrha, aloe, croco, Balsamo, & aliis huius generis pluribus

ribus,vel paucioribus cum humana pingue
dine. Ita sentiunt Arabes,& ita verè est. Ná
Syriaci (Hebræorũ adhuc morẽ seruantes)
suos mortuos velant,& re aliqua cõseruãte
implẽt,vt pretiosiora, & viliora emere pos-
sint. Ditissimi,aloe,myrrha,croco,& balsa-
mo implẽtur. Minus diuites balsamum re-
linquunt:quanuis nostro cõmuni sermone
eam cõpositionem balsamũ appellemus, &
ita agere,Imbalsamare vulgò dicimus. Pau
peres aũt asphalto implẽtur,quod non solũ
mores earũ partium scribentes aduertunt:
sed & qui illuc singulis annis nauigãt Vene-
ti. Imò & Strabo XVI. lib. vbi de bitumine,
& Sodoma tractat,inquit:Bitumine illo ad
mortuorũ cõdituras Aegyptii vtuntur. Cũ
autẽ ad nos affertur mumia, integri homi-
nes bitumine pleni afferuntur,& præsertim
Iudaico,& Babylonico. SE. Ergo nostra mu-
mia est bitumẽ Iudaicũ,vel asphaltum? BR.
Mumia nomẽ Arabicũ est,qđ omnẽ mor-
tuorũ conditurã cum sua pinguedine signi-
ficat. Diuites Syrię,& mediocres propria ha
bent sepulcra, quare pauperes solũ haben-
tur, qui ex more regionis bitumine pleni
sunt. Decipiuntur,qui aloe plenos existima
rũt. Nam si gustetur,nulla amaritudo senti-
tur,quã seruat aloe,& etiã myrrha, quę cõ-
positiones illas ingreditur. Adde picis odo-

rem

rem habere, quē odorē bitumē Iudaicū ser
uat, vt Auic. inquit, & veritas ita est. Si enim
mumiam nostrā masticaueris, picis odorē
senties, quod in asphalto persentiri Auicen.
tradit. Cùm igitur asphalto vti contingat,
mumiā sume, id est, liquorē in corporibus
mortuorum inuentū. Nam asphalto, i. bitu
mine pleni sunt apud Syrios defuncti. SEN.
Quādo mumia vti voluero, hócne vrar? BR.
Si ex mortuis aloe, myrrha, croco, & balsa-
mo plenis habere posses, probatissimū es-
set: cū verò hi haberi nequeāt, hoc bitumi-
ne P mumia vtaris. Telas aūt illas, & ossiū
frusta, & carnē exiccatā abiicito, & cū liquo
rē tantū habeto, qui in aliqua ciuitate colle
ctus sit. SE. Estne hoc, quod Arabes mumiā
vocant? BR. Est. SE. Reperitúrne apud Græ-
cos mumia? BR. Reperitur. Nam & si Serap.
mumiam dixerit, myrrham & aloen esse, &
quod admiscetur illi ex corporib. mortuo-
rū, etiā cōpositio ipsa mumia vocatur. Imò
nō vna sola cōpositio mumia est, sed plures.
Intelligo aūt cōpositionem, antequam cor-
pus ingressa sit. Quod ex hoc colligitur: qa
Serap. vbi de mumia scribit, cap. CCXCIII.
Dioscor. adducit, ac si ipse de mumia, id est,
compositione loquatur. Locus verò citatus
primo libro est, vbi de pissasphalto, i. pici-
bitumine tractat. Est autē pissasphaltum du-

plex

plex: arte factũ, vt si quis picẽ, & bitumẽ simul iungat: aliud naturale. Quòd verò Serapio Dioſco. in piſſaſphalto adducat, eius verba oſtẽdunt. Inquit enim ex Dioſc. ſententia: Eſt in terris, quæ dicuntur acoloniæ. Vbi codex errore interpretis corruptus eſt. Legi enim debet eſt in terra, quæ dicitur Apollonia. ſubſequitur: Deſcẽdit ex mõtibus, qui dicũtur fulmina. Ingẽs error interpretis oſtẽditur. nã illi mõtes, à quibus in Epiro deſcẽdit, Ceraunii appellãtur: κεραυνίοι verò Græcè fulmẽ dicitur: ideo interpres, qui nomẽ montiũ ignorabat, fulmina dixit, cũ legendum eſſet, Ceraunii mõtes. Vnde Dioſcorides fluminũ impetũ ex Ceraunìis mõtibus deſcendere teſtatur. Mox ſequitur in Serap. Et eiicit eam aquã fluminis in ripis, Ita Dioſc. Flumioum impetu delatum in litora eructatur. Deinde in Serapione ſequitur: Et eſt coagulata, & fit ſicut cera. Dioſc. loco ceræ, dicit βωλοειδῶς, id eſt, glebarum modo. Sed & bitumina aliqua ceræ formã habent. In Pannonia bitumen eſt, quo funalia parant, & mirum in modũ ardet, Sequitur: Et habet odorem picis miſtæ cũ aſphalto. quod Dioſcori. inquit odore picis bitumini miſtæ. Denique Serapio addit, quæ à Dioſc. non dicuntur, fortè in ſuo erant codice: Cum aliquo fœtore, & virtus eius eſt, ſicut

ficut virtus picis:&asphalti miſtorũ.vt hinc colligere poſsis mumiã non ſolũ eſſe cõpoſitionem illam,cum aliqua mortuorũ parte,ſed cõpoſitionem per ſe ſolam, quę naturalis eſt in Apollonia Epiri. Artificio aũt fit pice,& asphalto miſtis,aut aliis etiã. Nã aliqui in mortuorũ condituris ſolo asphalto nõ vtuntur,ſed picẽ addũt. Alii myrrham, aloen,crocũ, alii vſq; ad opobalſamum veniunt. Tu igitur pro asphalto mumiã ſume, quæ ex Aegypto affertur,nunc,& quã tu habes,& cæteri pharmacopolę Venetiis:ſed eã ſume,quę in aliqua cauitate collecta ſit. Idẽ igitur erit mumia Serapio.(eam intelligo, quæ mortuorũ cadauera,nondum ingreſſa, & hoc in vna ſpecie,& generaliori mumiæ) & piſſasphaltum Dioſc. quod etiam ex Auicenna colligi poteſt,dicente, mumiam eſſe in virtute picis,& asphalti cõmiſtorum, & naturis vtrorũq;. Ideo nõ ſunt adeò temerè reprehẽdendi Arabes,ſed ab eis quandoque diſcendũ, quando opus ſit. Nullus enim ex Græcis asphalti odorẽ tradidit,quippe Dioſcor. οὐτου τῇ ὀσμῇ dicit,Marcellus interpretatur,firmo odore. Hermol. odoris contenti:ſed Auicen. odorẽ picis habere, cũ masticatur,inquit. Quod verũ eſſe,quiſq;, qui experiatur,ſtatim primo guſtu nocet. SEN. Quid eſt id, de quo Dioſco. inquit, vbi de

piſſa

pissaphalto tractat, Gigni in Sicilia agro Agrigentinorum liquidum bitumen fontibus supernatãs, quo incolæ ad lucernarum lumina vice olei vtuntur, Siculum oleũ falso appellantes, si quidem liquidi bituminis genus? BR. Quid sit hoc petis? si aliquid persoluis, edocebo. SE. Quicquid lubet, soluturus sum. BR. Et ego gratis elargiri volo: quod vos petroleum vocatis, fœtes adeò vt promeruerit stercus Diaboli nuncupari, & ab Hispan. azeyte de minera vocatur, partim ex Siciliæ agro illo Agrigẽtino, partim ex Liguria, partim ex loco in Neapol. agro, vbi vulgò dicitur, il Tocho, & ex aliis suprà dictis, & potissimùm ex hoc loco ad nos affertur: hoc est quod Dioscor. in fine pissasphalti edocuit. Quod ex Sicilia portatur, non adeò nigrũ est, & minus fœtet. SE. Hoc frequenter obseruaui, aliquod petroleũ minus alio fœtere. BR. Hoc ex Sicilia affertur. SE. Petroleũ dicitur, quoniam ex petra ortũ ducit, sed istud fontibus innatat, de quo Dioscor. Quomodo igitur petroleum, id est, ex petra oleum erit? BR. Ne dubites, quoniã ex petris, & montibus in fontes eliquatur, & per aquæ impetum trahitur. In aliquibus locis ex saxo ipso eruitur. SEN. Quæ res ea est, qua nos pro asphalto vtimur? BR. Petroleum est, id est, bitumẽ liquidum, igne, aut

aut senio induratum : sed errorem alterum priore maiorem detegam. Petroleum indu ratum, asphaltum. i. bitumen est, non tamẽ Iudaicam. Aliqui autem pharmacopolę eo pro pice dura vtuntur. i. rem naturalẽ accipiunt pro re arte facta. s E. Hoc equidem est, de quo frequentissimè admiratus sum: Asphaltum nostrũ, quo scilicet vtimur pro vero Iudaico, petrolei odorẽ habere. Admiratio nunc cessat, quia eius odorem habet, cuius est. Dic autẽ, nõne multis locis petroleum nascitur? BR. Omne veluti oleũ, è petris fluens, petroleũ, quasi petrę oleum dicitur. Vnde id oleũ, qđ apud nos oleũ montis Zibi, aut oleum saxi, qđ in Mutinensi ægro scaturit, petroleum dici potest, & debet, à Dioscо. naphtha, & bitumen, vel asphaltum liquidum nuncupatur, ad se ignes mirè trahit. Authores fabulãtur pauca aqua nõ extingui, propterea bitumen liquidum, & naphtha erit oleum montis Zibi dictũ, & petroleum. De quo Pli. lib. II. cap. CCVIII. Nec mirum qp in fontes Siculum petroleũ colligatur, quoniam prima origo è saxis est, quemadmodum omne bitumẽ è saxis oritur: nam à subterraneis partib. aut ex montibus defluit. s E. Quid est quod ab Auicẽnà scribitur, nigrum petroleum esse picis Babylonicæ colamẽtum? BR. Codex peruersus

est: quippe legi debet: nigrum petroleum esse colamẽtũ, nõ picis, sed bituminis Babylonici. Interpres fuit, qui loco bituminis picẽ vertit: nã bitumẽ circa Babylonẽ indura tur. Apud Auicẽnã quod eliquatur petroleum erit. SE. Ab his dissentire non possum. BR. Hæc variis locis emenda: Siciliæ aut Venetiis bitumẽ liquidũ, quod petroleũ vocatur, Liguſticum Genuæ: asphaltũ ex Iudæa portari feceris, aut ex cadauerũ cauis sume, si purũ habere nõ contingat: de quo tñ miror, quũ singulis annis Veneti in Iudeã nauigent. Idẽq; fit tibi mumia, cuius nõ est vsus, nisi apud Arabes, eius præsertim quę cadauerũ pinguedinẽ simul habet, vel si opus sit mumia, a Dioſco. secundum Serapionem descripta vti, quæ est pissasphaltum ipsius, ex pice, & bitumine præpara: Germani aliqui petroleum teufels drek. i. Diaboli merdam vocant. Alii hoc nomen asæ fœtidę attribuũt, alii asphalto. Calidum & siccũ est ordine secundo, quanuis Auicenna in tertio scriptum reliquerit. SEN. Non possum hoc asphaltũ probare quãdo habet aliquid pinguedinis scilicet illa mortuorum, ideo ab officinis arcendum. BR. Si purum haberi posset, laudarem potius: cùm purum non habeatur, aliis vtamur, illius loco, vt sicca pice. Tamen in mortuorũ

cauit

cauitatibus sunt globi satis magni, in quorum medio nõ potuit pinguedo aliqua penetrasse, aut aliquid putrilaginosum, id erit purum asphaltum absq; alterius rei miscella, quod ad ea, ad quæ valet, omnia alia excellit. SE. Alumẽ sequitur. BR. Quod Alumẽ? Nam multa aluminis genera existunt. SEN. Omne genus, quo vtimur, intelligo. BR. Ea numera, quibus vtimini. SE. Alumen rochę, alumen zuccharinum, alumen plumæ, alumen scaiolæ. BR. Mihi visus es quatuor genera enumerasse. SE. Ita est. BR. Forsan in his montibus aliquod genus inuenies. SE. Experiar, modò tu edocere tẽtes. BR. Nihil aliud est alumen, vt Plin. lib. XXXVI. cap. XV. cẽset, quàm salsugo terræ. Est enim veluti terræ exudantis natura, hyeme corriuatũ, æstiuis solibus maturatur: ex aqua & limo fit: hoc modo lapides accipiunt, & aqua macerant per aliquot dies: deinceps ad mensurã quandam ebullire faciunt, aquam illam in vasa coniiciunt, & alumen fit liquidum. Illi autem lapides variorum sunt colorũ, sed pro maiori parte subrubri. Duobus in locis fieri vidimus, apud Centumcellas à Roma distans XL. millibus passuum, plus minus, qui locus nunc dicitur la Tolfa. Et prope Baias in loco, qui nunc dicitur, la Lumiera: hoc in loco in plano fit sulphur, in montibus alu-

men. Est ergo aqueę naturę, & aqua alumę, in qua lapides illi sint macerati, & ebullierint. Plurib. aliis locis nascitur, vt præcitato Plinii libro habetur, & à Dioscoquinto libro. Nos ex Germanis fodinis accipimus. Quippe vbi fodinæ sunt, ibi alumen, aut prope reperitur. Verùm apud antiquos, aluminum genera inuenire oportet, quæ vos diuersis nominib. appellatis. Marcellus putauit Dioscotria tantùm aluminis genera nouisse, quoniã inquit ab aliis Græcis plura alia genera edoceri, quàm à Dioscoscripta sunt. Gal. enim tria genera edocuit: sed non animaduertit vir ille, multa genera esse Dioscofateri, sed tantùm tria in vsum medicũ venire. Hæc autẽ aliâs. Tu species tuas singulatim enumera, vt eas particulatim edore possim. SE. Alumẽ catinæ. BR. Fictitium est hoc alumen, & nõ sponte nascens, quo vitrum purgatur, & purius efficitur. Ex catino in quo fit, qđ est genus vasis, catinæ alumen dicitur: vel cathinum dicitur, quasi catharon, quia purũ reddat vitrum. SE. Quomodo fiat, enarra. BR. Herba est, quam Arabes cali vocant, in litorib. maris sponte nascens, & ab aliquib. gentibus seminatur, vt in Gallia fit. Ad nos enim ex Nursia & Gallia alumen catinum defertur. Herbam cali exiccatam accipiunt, & comburunt, postea ex

ex illo cinere lixiuium fit, quod si aut vi ignis, aut Solis induruerit, quum subtiliores partes exhalarint, id sal alcali appellatur. Cinis verò ille induratus alumẽ catinũ dicitur: fortè catinum dictũ, quasi ex cali factum. quãdoq; & sal, & cinis mista sunt. SE. Quæ herba est apud Græcos ea, quam cali Arabes vocãt? BR. Apud Serap. cap. CCLIII. vsnæ species dicitur. Nam & vsnæ, & cali similes sũt: quippe cali formã vsnę habet, sed folia in cali lõgiora sunt, aizoi minoris. i. à nobis vocati digitelli similia. Leonicenus in libro de morbo Gallico, cali apud antiquos telephion esse putauit. Triplex autem telephion apud Dioscoinuenitur. Vnum secundo libro sub nomine andrachnis sylvestris. Aliud in fine secundi libri sub nomine telephii. Tertiũ quarto libro sub nomine aizoi leptophyllon: quanquam hoc tertium cum primo idem sit. Si verò hæc tria telephii genera cõsiderẽtur, nullam similitudinẽ cum vsne, vel cali habere deprehendes. Nam in omni telephio Dioscorum portulacæ folia habere tradit. Constat autẽ, cali, vel vsnen longè diuersa habere, quã portulaca folia. Nos quãdoq; suspicati sumus genus anthyllidis esse, quod ibiga vocatur: nam folia ferè similia ibigæ. i. a nobis vocatę iuæ habet, sed adhuc incerti sumus. SE. Serapio vsneæ mu-

scum esse censere videtur, imò Dioscor. vbi de musco tractat, adducit. BR. Nescis vocabula rectè distinguere, quæ, & si barbara sint, tamen nota aliqua inuicem seperãtur, quia vsneæ est bryon. i. muscus: sed vsne est herba cali. Quicquid ergo sit, alumen catinum factitium est, ex herba cali, quæ vsnæ species est, quam nos frequẽtissimè Comaclii vidimus circa salsarum aquarũ riuos. Mirórq; nostros vitrearios alumẽ catinum aliunde quærere, quũ propè fieri possit, & eadem ratione sal alcali, quo & frequenter chymistæ vtuntur, salem & impensam perdentes. Optimum smegma, quod sapo nuncupatur, fieri potest, ad pannos nitidos reddendos optimũ: imò vt Serapio inquit: Herba est, qua panni lauãtur. est enim multùm abstergens, vtpote qua mulieres ad fucãdas facies vtãtur. SEN. Alumen zucchari num sequitur. BR. Vos hoc alumẽ facitis, & ipsũ nomina imposuistis: sed factitiũ est, ex alumine liquido, aqua rosacea, & albumine oui, massas quasdam turbinatas in modum glo borum sacchari fingitis, ex cuius forma zucchari nũ alumen nuncupatur: tamẽ nec saccharo inest illa forma, quam habet, à natura, sed ab arte datur. Habet etiam mirã albedinẽ, vt exquisitum saccharum, qđ vulgò finum vocamus, imitari videatur. Mulieres

ad

ad dealbandas,& abstergẽdas facies eo vtuntur. SE. Alumen plumæ sequitur. BR. Prædicta duo aluminis genera ab antiquis nõ tractantur, nec alonge ostẽduntur: hoc autem quod nuper enumerasti, à Plinio,& Dioscoride alumen scissile vocatur, à Græcis schistõ,& trichitim, quoniã in capillaméta diuiditur. Hoc genus ab omnib. præsertim Dioscoride cæteris præfertur. Ex lapide etiã fit, propterea dicitur chalcitis. Vnde (vt Plin. inquit) est sudor quidam eius lapidis in spumam coagulati. Quantò minus commistos lapides habet, tantò exquisitius putatur. Pruritum maximè causat, si inter humeros alicuius imponatur. Nonnullæ mulieres eo sibi fricant genas, vt rubescãt, qui rubor ad tertiũ vsq; diẽ perdurat, adeò intẽsus, vt ignem in genis habere videantur. Imò ipsi pulchrum nomẽ inuenere mulieres ex natura rei fortè magis aptum, quàm Latinũ & Græcum, florem lapidis appellantes. Nã propriè quidam canus flos ex lapide exiẽs videtur. Adde nos perfectionem rei florem appellare. Nec nomẽ, quo vtimini vos, ineptũ est, alumen plumæ: quia si frangatur, capillaméta illa veluti pluma esse videtur. Propterea ab antiquis alumẽ schistõ dicit, scissile, trichitis, chalcitis. Sed duo potissimũ nomina in vsu sunt, schiston, & scissile. Sunt qui alumẽ

sciſsile pro lapide amiantho ſumant, quum non ſit. Tamẽ & hoc alumẽ inflãmatur quidem, & nõ vritur, ſed paulatim cõſumitur. quod non facit amiãthus lapis. In maioribus fruſtulis lapidis amianthi venæ quædam ſunt in modũ ligni, vt multi lignum eſſe putarint: imò adeò res incalluit, vt plures pro ligno crucis, ſupra quã Saluator noſter infixus fuit, accipiant, ducti hoc experimento, quia nõ vritur: ac ſi neceſſarium ſit, lignum, ex quo crux facta eſt, nõ vri. Nobis fruſtulũ à quibuſdam religioſis magna veneratione datũ eſt, pro ligno crucis, ſed eos admonentes lapidem eſſe oſtendimus, nõ lignũ, cuius natura ſit inflammari quidem, ſed non vri. Eos quoque Chriſtiana charitate exoraui-mus, ne deinceps quẽquã fallerẽt, ſuadẽtes rò, vt probi rẽ agnoſcẽtes paruere. A Gallis alun de plume nuncupatur. Arabes alumen iamenum appellare videntur. Pandectarius Sciptereum vocat, in nomine deceptus: nã ſtypteria dicẽdũ erat, quia ita Grẽci appellant στυπτήρια ex ſtypticitate ſua. Errat præterea, quia id vocabulũ, eſt vocabulũ generis: ipſe autẽ pro vna ſpecie tãtùm vtitur. SE. Alumen rochæ ſequitur. BR. Hoc & Liparinũ nuncupatur, ex Lipara è qua conuehitur, ſed recenti nomine potius quàm antiquo.

tiquo. nam & si ex Lipara Dioſco. & Pli. haberi cenſeant, tamen Liparinum dici nō aduertūt. apud ipſos alumen liquidum eſt. SE. Igitur alumē rochæ, liquidum alumen appellare oportet? BR. Equidem: nā ex lapidib. fit, tantū tribus diebus maceratis, deinceps aqua illa ebullit, & poſtea dureſcit. Huius rei experimētum ſumere poteris: ſi igni admoueas, ſtatim liqueſcit. Si fruſtū aluminis rochæ tuę lucernæ admoueris, ſtatim ebullire, & diſſolui videbis. Quare alumē rochę à loco, in quo naſcitur ita vocatum, ab antiquis alumē liquidū dicitur: quod integrum non reperitur, ſed arte fit. A Gallis alun de roche nuncupatur. Germani nomē commune omnibus luminib. habēt alaun, Hiſpani alumbre, Poloni alum vocant. Calidum & ſiccum tertio ordine exiſtimatur, quāuis & nōnulli quartū attingere fateātur. De ſiccitate in tertio quidē ordine eſſe fatemur, ſed de caliditate ambigēdum cēſemus. Tu rem hanc æquo animo cōſidera: quoniā in ſciſili fortè verum eſt, non tamen in liquido. SE. Alumen ſcaiole ſequitur. BRA. Hæc tria alumen ſchiſtū, de pluma, & ſcaiolæ, à Pandectario idem eſſe exiſtimātur. qđ res ipſa falſum oſtendit. Nam quod ſcaiolæ alumen dicimus, lucēs ſicuti vitrum, in capillamenta non diſſoluitur, ſed ex gypſi minera de-

foditur : imò in gypsi massis, quæ Ferrariã portantur, alumen hoc pellucet. Est enim gypsi exquisitissima pars, vñ & ab antiquis flos gypsi appellari videtur. Fortè genus illud gypsi est, quod à Gal. rx. de simp. medic. facult. libro, Plinthitis vocatur, hoc est, latercularium, ex similitudine quam habet: quę nisi satisfecerint, perfectiorem partem crudi gypsi esse iudicato. SE. In gypso inueniri certum est, & ego frequenter ex gypso alumen scaiolæ collegi: tamen vnum aliud genus apud Dioscor. & Plinium inuenio, quod ipsi alumen rotundum vocant, quid autem sit ignoro. BR. Pandectarius alumen zuccharinum esse arbitratur magno errore, quia zuccharinum artificiale est. At ipsi nominibus vtantur, vt lubet, & hoc rotundum zuccharinum vocent, hoc nihil ad nos, modò id noscamus, alumen rotundum non esse apud nos frequens. Formam rotundam habet, qualem multi calculi, qui in montibus reperiuntur. Nõnunquam alumen rotundum inter figulorum lapides vidimus, quibus vstis, & plumbo mistis vitrum parant. Hoc etiam genus rotundum, astragaliotem à Galeno vocatum, id est, talare cõprehendit. Hæc de aluminum generibus dicta superfint. SE. Arsenicum sequitur. BR. Græci auripigmentum arsen

arsenicum vocãt, vt in metallis dictum est: sed vos arsenicum appellatis albũ, quod per vim ignis factum, & in laminas Venetiis arte concretum ab aliquibus falso existimatur, qui arsenicum etiã in laminas redactũ, sed breui coctura, & arte risagalo à nobis dictũ, ab Arabibus arsinagal, putarunt magno errore, quum hæc ex minera effodiantur, & sponte nascantur. Sed de his plura dicta sunt à nobis. SE. Vitriolum sequitur. BR. Duplex vitriolum apud pharmacopolas inuenitur. Romanum, & absolutè vitriolum appellatum: ita nuncupatũ arbitror, quia vitro assimilatur. Apud recentes magnæ sunt nominum ambages, & plura cõfundunt. Vitriolũ à nobis dictum corrupto vocabulo cholcothar vocant, quũ potius dicendũ esset chalcantũ. Hoc vsu venit in omnibus ferè rebus, vt nomina corrumpant, postea errores multi sequantur, ex nominum insciti a. Constat apud Dioscor. Plinium lib. xxxiiii. ca. xii & Galenum ix. de simplicium medic. facult. libro, chalcanthum appellari, & corrupto vocabulo à recentibus cholcothar, non tamen ab Arabibus. Ex eo oleum fit, adeò vrens, vt pro igne potentiali vtamur. Est enim causticæ naturę, & cum pauco dolore incîdit mẽbra, si ex olea cultro inuncto tangantur. Dum oleum paratur, fumum cauere oportet:

tet: quoniã non solũ hominem interficit, sed & vicinas arbores exiccare cogit. Cuius experimentum nouit Franciscus de monte, fractorum ossium, & dislocatorum reparator egregius, cui omnes arbores viridarii præ vitrioli fumo periere, dum eius oleũ pararet. Nunc ad authores redeuntes Pandectarius id, quod à Serapione zeg dicitur, vitriolum esse putauit. Et Serapionis interpres zeg, id est, vitriolũ exposuit, quos recentes oẽs ferè sequũtur: tamẽ re vera, ita non esse constabit. Nam quod nos vitriolũ, ab antiquis authoribus chalcanthũ, & à Latinis atramẽtũ sutoriũ appellatur, quia ad pelles denigrandas, & aptãdas vitriolo vtuntur, quæ postea in vsum sutoriũ veniũt. Quod aũt à Serapione zeg dicitur, nõ est chalcãthũ, sed antiquorum misy. Hoc luce clarius deprehẽdes, si antiquos Serapioni conferamus. Nam Serapio Galenũ adducit in hunc modum de zeg loquentem: Vidimus in mineris venas tres extensas vnam super aliam, per longum spatiũ, & vna inferior erat zeg, rubrũ, & secũda, quæ erat super eam cholcothar, & tertia superior erat zeg viride, & hoc est quod zeg rubrum conuertitur, & fit cholcothar, & cholcothar fit zeg viride. Si modo Galenum nono de simplicium medicamentorũ facultatibus, legamus, manifestè deprehẽdes, Misy,

de

de quo tractat, id esse, quod à Serapione zeg
nũcupatur. Inquit enim (quũ ingressus esset
minerarũ loca) quasdam cõspexi in longissi
mũ porrectas veluti zonas, alias super alias,
numero tres: infima erat ipsius soreas, supra
quã erat altera chalciteos, suprema misyos.
Mox Galenus historiã quandã interponit, &
omnia scribit, quæ à Serapione referũtur, de
crassitie, subtilitate, & eius viribus: vt hinc
colligas zeg rubrũ Serapionis, antiquorum
sory: cholcothar Serapionis, antiquorũ chal
citim: & zeg viride Serapionis, antiquorum
misy esse. Viride aũt intelligere oportet, vt
vulgò dicimus viride clarum, Latinè flauũ,
aut aureũ dicendum: quia Serapionis inter-
pres Latinã linguam ignorabat, ideo viride
pro flauo, aut aureo interpretatus est. SB. Ha
bemúsne hoc misy, quod sexcenties audiui,
nunquã noscere datũ est? BRA. Imò maximè
habetis. Quod enim vos vitriolũ Romanũ
appellatis, antiquorum misy est. nã auri spe
ciẽ habet, & durum est: & quum friatur, au-
reas scintillas emittit, & stellarũ modo splen
det. En Romanum vestrum vitriolũ omnes
has notas habet. s. Frequẽter expertus sum.
BR. Constat igitur recẽtes aberrare, vt Her-
culanus in capite de sebel, & Nicolaus chol-
cothar vitriolum esse contendentes. Nam vt
ex Serapione ostensum est, cholcothar est

Gal

Galeni chalcitis, Dioscoridis, & Plinii, quæ in album colorem: at vitriolum Romanum in aureum vergit. Vnde vides summè aberrare recentes ipsarũ rerũ ignaros, & per alio-
5 rum scripta perperam intellecta loquentes, quamobrem antiquorũ misy, est vitriolum Roma. vel flauũ. Ad rẽ igitur primã redeuntes, quòd zeg Serapionis misy antiquorũ sit, eum lege, qui Dioscoridẽ adducit dicentem,
10 zeg aliud Babylonicum, aliud Cyprẽse. vbi certa fide cognoscitur eum adducere in capite misy, ita in Cyprium, & Aegyptiũ distinguentẽ. Pro Serapionis recto intellectu scito, Dioscori. codicẽ, quẽ habebat Serapio,
15 hæc verba adiuncta habere, quibus in Babylonicũ & Cyprium distinguit: tamen in fine capitis Dioscorides Babylonici meminit, sed sub nomine Aegyptii. Mos autem est Serapionis, quum Dioscorides aliquod Aegy-
20 ptium nominat, in suam linguã Babylonicũ vertere: in reliquis optimè quadrãt, vt in eo quod colorẽ aureũ habet, quod lucet veluti stella, quod eandẽ vim cum cholcothar habet. Sed addit Serapio in aliquibus codici-
25 bus legi calcadis: cuius loco scribendum est chalcitis. Idem verò sunt cholcothar, & chalcitis apud Serapionem: sed apud varias interpretationes, diuersum erat nomẽ, res eadem. Nec mirum si vbi Dioscorides Aegy-

pti

ptium,Serapio Babylonicum dicat: quia Babylonia est primaria Aegypti vrbs. Omnia alia viribus excedit Aegyptiũ,tamẽ in medicinis oculorũ,à Cyprio superatur. Ex his etiam constat,multos recẽtes aberrare, qui chalcanthum cholcothar vocant,& ferè oẽs pharmacopolæ pro cholcothar chalcanthũ intelligunt,quũ potius chalcitim intellige re debuissent. Nam cholcothar, à Chalcitide,& nõ à chalcantho perperam deflectitur. SE. Dic obsecro,nónne & chalcanthum, chalcitis appellatur? BR. Non, imò duo diuersa sunt,& ita recentes decipiuntur, inter quos Pandectarius,qui chalcitim, & chalcãthum confundit,& alia plura præter rationem. Tamen,vt Galenus admonuit,chalcanthũ post longũ tẽpus chalcitis efficitur. SE. Nos quotidie hoc deprehẽdimus,partẽ exteriorem chalcanthi,id est,vitrioli ex Germania allati dealbescere,& albedinem ad aliquã vsque crassitudinem trãsire. BR. Id est chalcitis ex chalcantho facta. SEN. Quid intelligit Serapio per ea verba,quod defertur ex Babylonia,nõ est bonũ ad faciendũ abscoricũ? BR. Corruptus est codex,legi debet,vt Dioscori des scriptum reliquit: Aegyptium quidem crematur,sed psoricum ex eo non cõficitur. Est enim psoricum medicamentum quoddam,à Dioscoride libro v. contra scabrities,

&

& cutis aſperitates deſcriptũ. Scabiẽ quoq; mirificè ſanat. Fit aũt ex duabus chalcitidis partibus, & vna cadmiæ ex aceto tẽperatis, quæ in fictile poſita Soli ardentiſsimo per quadraginta dies fimo obruta permittũtur. Tu (ſi lubet) alios conficiẽdi modos ex Dioſco. v. lib. & Plinio lib. xxxiiii. ca. xii. diſcas, Vocabulũ corruptum in Serapione manifeſtũ eſt, vt pſoricon, nõ abſcoricon, legi oportet. SE. Serapio loquitúrne de noſtro vocato vitriolo, aut aliquis alter Arabs? BR. Et Serapio, & Auicenna de noſtro vitriolo lõquuntur, quæ ſigillatim à Dioſco. & Galeno propoſita ſunt, vt vno capite hæc cõplectuntur. Ne aũt quicquã inexplicatũ trãſigamus, zeg apud Arabes idẽ ſignificat, quod apud recentes atramentũ. Nam apud antiquos ab atro colore dicitur, apud recẽtes verò præter nigrũ, adeſt albũ, rubrũ, & flauũ atramentum. Ideo Auicennæ interpres pro zeg, abſolutè atramẽtũ: Serapionis aũt interpres pro zeg, vitriolũ interpretatus eſt. Propterea neceſſariũ erit his duob. vocabulis vitriolũ, & atramentũ, quæ vno nomine Arabico zeg, dicuntur, hæc omnia ſignificari, miſy, ſory, chalcitim, chalcanthũ, melãteriã, vt hæc duo nomina apud recẽtes in ſignificato cõuertãtur, vitriolũ, & atramentũ: poſtea in ſpecies diſſecantur. Ideo idẽ ſunt caput Serapionis de vitriol

triolo, in quo hæc omnia cõplectitur, licet in fine non videatur chalcanthũ sub zeg ponere, & caput atramenti Auicennæ, in quo ex defectu interpretis multi errores scatent, vt patet alteram interpretationẽ legenti. Ea verò atramenta nuncupantur, quæ in aqua dissolui possunt. Nam quæ lapidibus iuncta sunt, aqua dissolui nequeũt. Sed vt normam habeas, qua Latina nomina Arabibus conferre possis, in hunc ordinem tibi disponã. Vitriolum, Zeg, Atramẽtum, cõmunia sunt nomina, Sory, Zeg, Rubeum.

Chalcitis, Cholcothar. Errant recentes, qui cholcothar appellant vitriolum vstum, quũ potius chalcitim appellare debuissent.

Misy, zeg viride, vitriolum Romanum, sed etiam ex Germania, magis durum, & colore magis flauo affertur.

Melanteria, bities, atramẽtum metallicum.

Chalcanthum, atramentũ sutoriũ, vitriolũ. Nomina ita sibi respõdẽt, vt hoc modo errare non possis. Si vitriolũ vras, albũ efficitur, v t chalcitis esse videatur. Tamẽ si aqua dissoluas, in vitriolũ reuertitur: imò si ex ætate chalcanthũ, id est, vitriolũ in chalcitim trãseat: dissoluta chalcitis, vitriolũ efficitur. quẽ nõ animaduertit Gale. quum ex chalcãtho per tẽpus chalcitim fieri monuit. Tamẽ animaduersione dignũ erat, quia ex hoc facilè

excipitur chalcitis ex chalcãtho facta, chalcitidis perfectionẽ nõ habere, alioqui per solam aquæ ablutionẽ nõ reuerteretur in chalcanthũ. Vnde arbitror potius calcanthũ obseniũ glaucedinẽ suã amittere, & albũ videri, quã proprias vires perdere, & chalcanthi proprietates deserere: remittuntur potius, quia omnia tẽpore corrũpuntur. Quã obrẽ eo pro chalcitide nõ vterer, salua semper Galeni reuerẽtia, nisi aliquo loco essem, vbi deficeret chalcitis. nã in easdẽ vires ferè inclinãt: sed in chalcãtho sunt intẽsiores. Ob hoc cũ nõ desit chalcanthũ, eo semper potius vterer, quã chalcitide. Calidũ & siccũ ordine tertio existimatur. Venetiis vitriolũ emas, & id quod Romanũ appellatur, non quia Romam ad nos conuehatur, sed ex Cypro. Est aũt antiquorũ misy: quod aũt ex Germania affertur, negligendum esse censerẽ. SE. Sicut atramẽtum sutorium chalcanthum dicitur, nõne adest & scriptoriũ? BR. Adest quidem, & ab antiquis in vsu erat, ex fuligine tedarum factum, tẽperaturq́ue in librã gummi, quadrante addito fuliginis: fit & de fuligine resinarum, & pictoria, huius põdo, gummi pondo semis, taurini glutinis denarius semis, atramẽti sutorii tantundẽ. Hæc Dioscorides in vltimo vr. li. cap. Apud nos varia sunt atramentorum scriptoriorum genera, id est, à di-

uer

uersis pharmacopolis diuersa fiunt atramen
ta. Vnum est valde cõmune, ex gallis, vitrio
lo, gummi, & vino. Quam compositionem
nescio, quis duobus carminibus perpulchrè
complexus est: quæ si noscere volueris, hæc
sunt:

Vitrioli quarta, media sit vncia gummi,
Integra sit gallæ, superaddas octo phalerni.

SE. Non displicent hæc carmina. BRA. Fit &
atramentum chalcographorum ex picis fu-
ligine, & oleo, cuius Dioscori. meminit, ap-
pellatque pictoriũ atramentũ, quãuis adhuc
nõ sit octuagesimus annus, quòd modus im
primẽdi literarũ characteres inuẽtus est. SE.
Quomodo ostendere poteris atramentum
scriptoriũ aliud esse, à melanteria, vel atra-
mento sutorio apud antiquos? BR. Id facilè
demonstrari potest: quoniã Gale. ix. de sim-
plicium medic. facul. & Dioscorides, de atra
mento sutorio seorsum, & de melanteria, ab
atramento scriptorio. Adde atramentũ scri-
ptorium compositionem quandam esse, nõ
terram mineralem nigram, qua atramentũ
ad scribendum fiat. Hispani vitriolum, co-
parosa, Galli couperose, Germani kupfer
vvasser, id est, aqua cupri, Poloni koperuas-
ser, Veneti verriolo vocant. Et re vera cõden-
satur quod absoluto vocabulo vitriolum
nos dicimus, & ab authoribus chalcãthum.

SE. Terra sigillata sequitur. BR. In Lemno in sula rubrica nascitur seorsum, & sigillata terra, quæ duo diuersa esse Leonicenus aduersus Pli. ostẽdit, qui ca. VI. lib. XXXV. terrã sigillatã, & rubricã Lemniã idẽ esse cẽsuit, vbi & ipsam inter natiuos colores annumerat. Sed excusandus erat Plin. quoniã Gale. & ipse eã rubricã prius appellat. Quicquid tamen sit (quoniã hæc ad nostrum institutũ nihil faciũt) constat non fieri eodẽ modo apud Galenũ, vt Dioscorides incolas loci facere arbitratus est: Inquit enim per miscellã hircini sanguinis fieri, & signo capræ insigniri: sed Galenus, qui illuc nauigauit data opera visendi gratia, scribit, nec sanguine misceri, nec signo capræ, sed Dianæ insigniri: imò incolas loci derisisse Gale. qui de sanguine interrogabat. Sunt autem tria terræ genera in Lemno insula. Vna sacra, quæ in colle nascitur, qui totus colore fuluus est, in quo nec arbor, nec saxum est, vt collis aduſtus videatur. Hinc poëtæ Vulcanũ è cœlo in eũ locũ cecidisse fabulãtur. Hæc terra est, & terra nũcupari debet, non rubrica. Hanc lauant, & crassam partẽ abiiciunt, & aquã supernatantẽ: mediã verò in pastillos diuidunt, & sigillo Dianę imprimũt: vnde terra sphragis propter sigillum nuncupatur. Nunc ad nos affertur sigillo Turchico munita, ex Turchicis literis

teris confecto. Turcharum Imperator arce facta eo loco, principes hac terra donat, Primus, qui noſtris temporibus in Italiã ferri curauit, fuit Carolus pharmacopola Campanæ Venetus, qui ſuis expenſis in Lemnũ miſit. Adeſt & rubrica in Lemno, qua fabri vtũtur. Adeſt & terra, quæ extergit: hac vtũtur, qui lintea, & veſtes lauant vice ſaponis: vt hi retulerũt, qui per aliquot mẽſes in Lẽno habitarũt: terram habebant: experti ſumus optimè lintea abſtergere. Superioribus autẽ annis, imò & multi nũc rubrica quadam fictitia pro terra ſigillata vtuntur, quæ huius naturæ nihil habet. Veram emas Venetiis: ſed ne decipiaris, rectè perpendas: quoniam & hãc (quæſtus gratia) adulterare cœperũt, ſimul & terrã ipſam ſigillatã, & bolũ Armenum miſcentes. Hi verò decipiuntur, qui in Lemno veluti tumulũ eſſe putãt, è quo ſemper emanet, vel tanquam bitumen creſcat: ſed terra eſt, quæ lauatur, in lutumq; ducitur, exiccatur deinde: ſuperior pars aquea, & inferior terrea abiiciuntur: media pars, quæ lutoſa eſt, in paſtillos vnius drachmæ plus, minúſve diſtribuuntur, & Turchico ſigillo munitur. SE. Bolus Armenus ſequitur. B. Hactenus in publicis officinis rotũdos, quoſdã globos in medio preſſos pro Armeno luto vendebant, & adhuc multi vẽdunt, factitios

& illos: nunc terram Armenicam, vel Armenicum lutum habemus. Bolus ex forma dicebatur, vt Gal. IX. de simplic. medic. facult. suo tẽpore fieri monet, vbi de terræ Samiæ lotiõe sermone cœperat. Decepti verò sunt & nostro æuo, qui terram Armenam, vel bolum Armenum, lapidem Armenum esse putarũt. Nam lapis Armenus verè lapis est inter colores floridos numeratus: viridis autẽ est in cæruleum inclinans, de quo suprà egimus, & Plinius lib. XXXV. cap. VI. in fine, & Dioscor. v. lib. pertractat: quin & Gale. præcitato loco dicit, à quodã fuisse donatũ terra Armena, & ille, qui donauit, vocauit eam lapidem. Vnde non mirũ sit, si nostro hoc tempore, nonnulli lapidẽ, alii terram appellẽt: quoniam & Galeni tempestate à nõnullis lapis vocabatur. Terra adstringens est, & pro qua aliàs pharmacopolæ terra quadam vtebantur, quam ex Germania portabant. SE. Nunc veram Armenam terram, lutũ, vel bolũ (si mauis appellare) habemus, quæ ex Armenia affertur. Nam masticata veluti butyrũ liquescere videtur: & si apice linguæ tetigeris, adstrictionẽ manifestè senties. BR. A quo didicisti hãc terrã liquescere debere veluti butyrũ, si masticetur? SE. Hoc à puericia imbibi, nõ à certo authore, sed à præceptore meo pharmacopola viro egregio, cui men

mendacia credidissem. BR. Ni pigeat, notas illas edoceas, quibus præceptor ille tuus bolum armenum cognoscebat. SE. Hę sunt: Rubrum esse debet, in citrinum inclinans, fragile, vnctuosum, & quod si masticetur, in modum butyri liquescere videatur. BR A. Quod de colore sentiebat, ex Serap. & Auicenna colligere potuit: quod fragile ex Gal. de assimilatione autẽ butyro, si masticetur, & de vnctuositate, quę anima duertẽda erãt, nihil ab aliquo authore scriptũ reperitur. SE. Igitur in ea terra, quam nunc habemus, an Armena sit dubitas? BR. Imò in hoc inclinor, vt ea terra, quam nunc bolum Armenũ vocatis, nuper cõportata (non illa, quæ ex Germanicis mineris olim portabatur) terra Lemnia sit. SE Quomodo terra Lemnia? stupeo nũc. BR. Ne stupescas, quoniam tibi certè ostendam, terram, quam vos Armenam vocatis, Armenam non esse. Imò nec prope Armeniam sumptam. SE. Rem mirã ostendes. BR. Nisi audire grauaberis, optimè demonstrabo. SEN. Imò nihil vehementius opto. En totus in aures abeo. BR. Eam terram non esse Armenam, quam vos Armenam dicitis, hoc argumentum est, quia Gal. IX. de simplic. medic. facult. dicit terram Armenam pallidam esse, hæc autẽ pallida non est. Et nę fugias, dicens Galeni codicem ibi

esse mendosum: ita etiã suo Idiomate habetur: τλὼ κρόκῳ ὠχρᾷ, id est, colore pallido. quod si fugias, quia id vocabulũ ὠχρᾷ, croceũ significet: vnde & ὄχρα, quæ in mineris inuenitur, flaua est, & quũ vritur, rubra: sattẽ hoc habeo, luteũ interpretari debere. Sed manifestũ est hunc nostrum bolũ Armenũ colorẽ luteũ nõ habere. Vnde Hermol. Barbarus v. sui corollarii, vbi de terra in cõmuni tractat, hæc verba Galeni interpretatur, τλὼ κρόκῳ ὠχρᾷ, luteo colore, aut pallido, volens duo significata huius voeabuli ὠχρᾷ ponere, quæ in vnum vergunt. Optimi aũt, & probatissimi interpretes ὠχρᾷ pro pallido semper interpretari videtur: Arabes tamẽ colorẽ croceum interpretati sunt. Nam Serap. Galeni verba adducens, croceo colore ad rubedinem vergente, interpretari videtur, & Auicen. rubro colore inquit ad cinericium vergente: tamen vocabulum ὠχρᾷ nõ interpretantur ad vnguem, sed opus est pro ipso vel pallidũ, aut luteum exponere. Constat autẽ nec pallidam, nec luteam esse quam vocatis nunc veram terram Armenã. Præterea addidit eo loco Gal. facilè teri. Armenum bolum, sicut calx, vel lapis coctus: propterea quũ in puluerẽ pistillo redigitur, veluti calx est. At in nostro nunc inuẽto bolo, hoc reperiri nõ potest: nã & si in puluerẽ teri

teri posit, nõ tamen aptè sicut calx, ob vn-
ctuositatem illam, quam habet. Cõparatq;
ipsam in læuore Samio astro, qui albus est,
vel pallidus. Imò calcẽ in colore bolus Ar-
menus imitatur. Vidi ego, & nunc domi ha-
beo, terrã quandã ex Armenia allatã à reli-
gioso diui Franc. qui eã dono dedit illustris-
simæ Lucretiæ Borgiæ, Illustrisimi patroni
mei Herculis Carnutũ Ducis genitrici. Est
autẽ pallida, & veluti sicca calx: quæ si tera-
tur in puluerẽ, vt calx redigi potest. Hãc Ar
menũ bolũ à Gal. descriptum suspicor. De-
niq; viliori pretio bolus hic Armenus ven-
ditur, quàm terra sigillata. At in duplo ma-
gis Armenia Venetiis distat, quàm Venetiæ
Lẽno. Vnde viliori pretio terra sigillata vẽ-
di deberet quàm bolus Armenus. Nec opus
est fugere in maiori copia bolum Armenũ
haberi, quàm terra Lẽnia: quoniã mons est
in Lemno, vt Gal. docet, non locus particu-
laris, & paruus, qui deficere possit. Illudq;
superaddere nõ grauabor, eadem nauigatio
ne mercatores terram sigillatam, & bolum
Armenũ Venetias ferre: quod indicium esse
potest ab eodem loco, vel propinquis habe
ri. Nec opus est tergiuersari, hãc ex nauiga-
tione Alexãdriæ ferri. At prius ex Armenia
Alexandriam delata sit, quia breuior est, &
commodior via per mare Euxinum. Adde

qui hunc bolum Armenũ portant, non trãſire Aegeũ mare, in quo eſt Lemnus inſula, vt in nona Europæ tabula Ptolemæus deſcribit. At ſi in Armeniam irent, opus eſſet fauces illas maris trãſire, quę vulgò ſtrictus Garipoli nũcupatur. Vbi Galipolis vrbs ſita eſt, Latinè Helleſpõtus dicitur. Poſtea Boſphorũ Thraciæ, & Propontidé pertranſire. Deniq; totum Euxinum mare, quouſq; in Armeniã Cappadociæ conterminam peruẽtum ſit, vbi terra Armena colligitur. Sed nõ eſt ſatis naui huc appellere quum & terreſtri itinere egeãt, ſi in ſtatutũ boli locũ peruenire voluerint. Tamen qui bolum Armenum quærunt, & Venetias portãt, breui reuertuntur, nec mare Aegeum tranſeunt. SE. Quid ergo eſt hæc terra, quam bolum Armenum certè arbitrabar? BR. Terram ſigillatã eſſe arbitror. Maſtica nuper ex Lemno allatam terram. SE. Maſtico. BR. Maſtica & bolum Armenum nuper inuentum. BR. Maſticaui. BR. Quo differunt hæc? SE. Nullo altero, quàm quòd in ſigillata terra quædam granula tanquam ſabulum perſentio, quæ in bolo non ſunt, imò bolus penitus liqueſcit, & nihil palato occurrit, aut in ore moratur. Terra ſigillata & ipſa liqueſcit, verũ granula quædam veluti terræ micæ, & arenæ relinquuntur, quæ ſolui nõ poſſunt. BR.

Hoc

Hoc ideo est, quia idem sunt bolus nunc vocatus Armenus, & terra sigillata: etiam si gustes, eadem adstrictione insigniuntur. SEN. Optimè noui. BR. Addam & aliud, terra illa, quæ sigillum Turchicum habet, adulterata est, & veluti albū sabulum illi addidere, vt commodius sigillū recipiat: ideò minus rubra efficitur, & in palloré vergit. Quod autem hic color, quem habet bolus iste Armenus, sit terræ Lemniæ color, facillimè probari potest, ex hoc in primis testimonio, quoniã Poetæ fingũt è cœlũ Vulcanũ cecidisse, & suo cruore terrã eo loco cõsperfisse, ideò sanguinis coloré habere dicitur, qui in dicto bolo Armeno videtur. Plin. etiã de rubricis tractãs, i. rubris terris, inquit Lemnię rubricæ palmam dari, quia sit minio proxima, lib. xxxv. cap. vii. Terra autem sigillata rubricæ coloré habet, qué præcisè in hoc bolo videmus. Nam nulla terra est magis proxima vero minio hoc bolo Armeno. Nõ intelligo hic per miniũ nostrũ fictitiũ, quo nunc vtimur, sed antiquũ, quo sanguiné pictores fingebãt. Imò quendã hoc Armeno bolo dicto pingere iussimus: omnino color ruber floridus visebatur, vt quisq; poterit per seipsum experimento cõprobare. Adde hac miniũ sublinire, & adulterare: quod facilè hoc bolo Armeno fieri potest. Veteres

etiam

etiã ea vtebãtur ad ſplendorẽ: ſed mirũ ſplẽ
dorẽ hic bolus Armenus picturis facit. Nõ
poſſum abſtinere, quin & tu experimento
probes. SE. Imò ſummoperè cupio, ſed de
rubrica Lemnia, non de terra ſigillata, fieri
ſcripſere. BR. Idẽ de terra ſigillata feciſſent,
ſed ob minorẽ copiam rubrica vtebantur.
Imò adde Cornelium Celſum eam appel-
lare minii glebam. Nam xv. cap. IIII. libri
inquit, minii glebam ad cancrum inteſtino
rum valere, Dioſc. & Gal. ad dyſenteriã pro
ficere cenſent, & Hermolaus Barbarus eo lo
co v. libro Celſum exponit minii glebam,
id eſt, Lemniam terram. Nulla autẽ eſt ma
gis propinqua minii glebæ iſto bolo Arme
no, quanuis aliquid propriè de minii gleba
poſſẽt Celſum exponere. Vnde arbitror, bo
lum Armenũ à vobis dictum eſſe terrã Lẽ-
niam, quia ex Lemno affertur, nõ ex Arme
nia. Et Gal. vbi de Samiæ terræ lotione ſcri
bit, terram Lemniam eſſe tenacem, & paulu
lùm viſcoſam dõcuit, qualem eſſe bolum
hunc Armenum conſtat. Denique ſume tu
hanc terram Armenam, & in aqua macera,
vt docet Gal. IX. de ſimplic. mediea. faculta.
vbi de differẽtiis nominatarum paſsim ter
ræ ſcribit, videbis ablata aqua quum exic-
catur, in mollitem ceræ deuenire. Tu mox
eam tuo ſigillo imprime, & deprehẽdes pro

terra

terra ſigillata vendi poſſe, præſertim ſi illi
ſabulum miſcueris albũ. SE. Nuſquam à Ga
leno vel altero authore dictũ inuenitur ſigil
latam terram ſabulo adulterari. BR. Omnia
ab omnibus ſcripta nõ ſunt: neq; opus eſt
vt omnia ſcripſerit Gale. alioqui hoc mihi
ſcribendum nõ reliquiſſet. Ad rem noſtram
redeuntes, vnũ ſolũ obſtat, quod eſt, Galen.
dixiſſe colorem fuluum habere, quanuis &
hic boli Armeni dicti, fuluus nũcupari poſ
ſit, quo modo fuluum leonem vocamus, qui
ſimilem colorem habet. Hoc ſaltem habeas
ſi non ſit ſigillata terra, eſſe rubricam Lem-
niam, quoniam ex Lemno affertur: & id ar-
gumentum eſſe poteſt, rubrã eſſe, quia Dio
ſcorides ſanguine hœdino, vel capriuo con-
formari credidit. quod ſibi perſuaſerat etiã
Gal. antequã vidiſſet. Ideo ruborem talem
habere debet, qualem faceret ſanguis terræ
miſtus, præſertim etiam ipſa ruborem ha-
bente. Alioqui hi ſummi viri nõ putaſſent
ſanguine hœdino parari: hic autẽ noſter bo
lus Armenus eiuſmodi colorẽ habet. Imò
Gal. eo loco addit colorem habere combu-
ſto ſimilem, qualem habet hic noſter bolus,
nuper inuentus. Ex his certus ſum, bolum
Armenum nunc vocatum, non illum, qui ex
Germania habetur, eſſe terrã Lemniam, vel
rubricã Lemniam, & illã fortè. ex qua terra

ſigil

figillata dicta sit per dissolutionem, & abiectionem supremæ,& infimæ partis. SE. Hæc me in admirationem, & cupedinem trahũt visendi illa loca, nisi senio cõfectus essem,& nisi à Barbaris, & infidelibus nationib. possiderentur illæ partes. Nam facillimũ est senio cõfectum nauali itinere peregrinari. Si nunc vigenti ætate essem,& iter tutum præstaretur, illuc omnino, & ad alia plura loca proficiscerer. BRA. Si Principes liberalitate præditi essent, multi reperirẽtur qui orbem perlustrarent, vt Gal. fecit, noua semper experiendo,& discendo: vel si diuites literis operam nauarent. Sed vsu venit vt nullus sim pliciũ medicamentorũ facultates, res ipsas consideret, nisi medicus sit. Medici verò nostro æuo, vt plurimũ pauperes sunt, quia diuites non dignantur medicam artem addiscere: adeò inepti sunt ad propria bona noscenda. Putant enim idem esse medicam artem scire,& ea vti. Medici verò paupertate ducti, lucris incũbunt, & accumulãdis opibus intẽti sunt, quid hoc, vel illud sit discere spernentes. SE. Imò ignorant an pharmacopolæ eiusmodi simplicia habeãt, quibus in dies vtuntur. BR. Oportebat equidem Aristotelem summum philosophũ imitari,& eius præceptis parere, qui prius ditari vtile esse cẽset, quàm philosophari: sed quum diuites

uites effecti sunt, tunc philosophandū erat. Nam alibi edocuerat, Philosophos acquisitis necessariis, cœpisse philosophari, nō sophistico modo & apparenti, vt multi nunc faciūt, sed rerū causas inquirētes, & abdita naturæ arcana detegētes. At ex nostris plurimi quantò magis diuites efficiuntur, tantò minus philosophiæ præceptis incumbūt, & indagandarum rerū scientiæ. Hæc autē aliàs deplorāda sunt: nunc ad institutum nostrū reuertamur. Ego id intra me decreui, natos meos bonis literis primū instituere, deinde per diuersas Mūdi partes relegare, vt per varia regna, & prouincias euagati sapientiores reuertantur. SE. Optarem vt de terra Lemnia distinctius locutus esses, atq; exactius: nam ea, quæ terræ Lemniæ conueniunt, rubricæ attribuisti. BR. Distinctissimè locuti sumus, & ex vnius cum altero affinitate satis probabilibus argumentis probauimus, bolum Armenū, nunc orientalem vocatū, Lemniam terram esse. SE. Quas habet qualitates Lemnia hæc terra? BR. In actiuis qualitatibus temperata est: quanuis nōnulli digladiētur, & dicāt esse in primo ordine cali dam, alii frigidam. In passiuis qualitatibus secundū ferè attingit exiccādi ordinē, quippe, Galeno teste, absq; mordicatione exiccat. SE. Boracis sequitur BR. Lapidem boracem

cem Albertus in capite buffonis inuentum arbitratur, quẽ omnes fere recẽtes ſequuntur. hic tamen non eſt, quem vos in officinis habetis. Ego ex buffonis capite eũ lapidem, vel potius os eduxi, in nigrũ colorem inclinat. Sed nunc de iſto ſermo fieri non debet, ſed de illo, quo aurifices vtuntur: imò aurũ cõglutinare nõ poſſent, ſi deeſſet borax. SE. Reperitúrne apud antiquos? BR. Equidem à Dioſc. Plinio, Galeno, chryſocolla nuncupatur, quaſi auri colla, & glutẽ dicatur: propterea ab Autcen. capiſtrum auri nuncupatur. SE. Ergo & Arabes de illo pertractant? BR. Omnino, & tincar vocãt ſuo idiomate. Serapioque inter ſpecies ſalis numerat, de quo mirandũ eſt, qui nihil meminerit Galeni, aut Dioſcoridis, quos tamen in omnibus refert, earum reum, quæ ab ipſis tractantur. Vno autem remoror, vt arbitrer Serapionem non intellexiſſe quid eſſet borax apud antiquos: quia ſcribit Meſuen dicere, radicem boracis artificialis vrinam infantis eſſe. Si autem antiquorum boracem nouiſſet, non fuiſſet ſibi mirum hoc, nec veluti magnum quid adduxiſſet, quia omnes artificialem hunc lapidem ex vrina conſtare monent. Naſcitur autem naturalis in fodinis auri, argenti, æris, & plumbi. Ad nos defertur chryſocolla varios colores habẽs,

alba

alba, flaua, viridis, subnigra. Conqueruntur aurifices quia à pharmacopolis emẽtes, nõ assequuntur plerunq; suum finẽ, quia falsa est chrysocolla, vel alter lapis pro ipsa. Plin. colorem chrysocollæ esse herbæ segetis lætè virẽtis scribit. Nero arenam chrysocolla sterni fecit, quum & ipsẽ, & sui eodẽ colore induerentur. vt deprehẽdatur, antiquos eas fatuitates in colorum distinctionib. seruasse, quas nostrũ vulgus impressas, & leureas vocat. Dioscorides dicit: τῇ χρόᾳ καταπορφῶς πρασίζουσα. Marcellus interpretatur, Colore vsque ad satietatem virẽte. Hermolaus Barbarus Dioscor. per Plinii verba interpretatur inquiens, Quæ colorem herbæ segetis lætè virentis reddat. Interpretari possemus, colore omni parte virente. Quam pharmacopolæ nunc habẽt, virenti colore infecta est, sed non omni parte, nec lætæ segetis, nec vsque ad satietatem virente: ideo imperfecta est. Venetiis nõnunquam vidimus blondo colore. Et domi habemus pulcherrimã, simul cum lapide Armeno iunctam. Nostri aurifices eam probant, quæ maximè colore aureo assimilatur. Nam & si exquisitè viridis esse debeat, in nostra tamen alba & flaua, & subnigra reperitur. Flaua ad aurum ferruminandum apta potissimũ est. Quanquam & chrysocollam faciant puerorum vrina in-

æreo mortario,& æreo pistillo.Conficiendi modum Dioſc.libro quinto,Plin.libro trigeſimotertio,capite quinto,& Gal.nono de ſimplicium medicamentorum facul.libro, deſignant.Hæc etiam aurifices ad aurũ glutinandum,& ferruminãdum vtuntur,quippe diuerſa metalla variis rebus iungunt aurifices: Chryſocolla,aurum(vt Plin.docet) argilla,ferro,cadmia æris maſsis,alumẽ laminis,reſina,plumbo,& marmore.Plũbum nigrum iungitur albo, & ipſum album ſibi oleo, ſtannum æramentis, ſtanno argẽtum. Sed hæc ad noſtrum propoſitum nihil: quia nos alios plures modos hæc ferruminandi ſcimus,quàm hi,qui à Plinio tradũtur,arte inuentis ſemper addẽte.Ex Germania chryſocolla affertur,inepta tamen.Noſtri etiam eam habent, quæ ex puerorũ vrina fit,odora.SEN. Odoraui,vrinam perſentio.BRA. A Gallis bourax, ab Hiſpanis eſclarimento,à Polonis puriſſ nuncupatur.SE. Talchum ſequitur.BR.Sunt qui Arabicè talk nuncupari volunt.Alii ſtellam terræ,ex luce quã habet,& ſplendentes radios nuncupant quauis & nonnulli ſtellam terræ herbã vocent, quæ vulgò lunaria dicitur, folliculũ rotundum habentem , in quo ſemina conduntur, qui folliculus nocturno tempore aperitur, & adeò radios lunæ recipit, vt lucens ſtella videa

videatur. Loci incolæ vbi vident, diabolum esse putantes aufugiunt, hac veneficia parant, hac dæmones iritant, hac Chymistæ suum Mercurium fixũ, stabilémq; reddunt. Tamen hoc nomen stella terræ, in maiori vsu est, vt Talchum significet, quàm aliqđ alterum: nec immeritò, quoniam ab antiquis aster. i. stella vocatur. SE. Reperitur ergo apud antiquos? BR. Suspicor astrum Samium à Plinio dictum lib. xxxv. capit. xvi. & Dioscо. v. libro, & Gale. ix. de simplicium pharmacorum facultatibus libro hãc rem esse, quam vos Talchum in publicis officinis nuncupatis. Quippe duas terras Samias ponunt authores, ambas albas. Prima à Dioscori. collyrion dicitur, à Plinio syropicon. Altera aster Samius, quam Dioscori. crustæ similem dicit, & densam, vt coticula, & quã Gal. non indigere lotione testatur: hanc puto Talchum esse. Vim adstrictoriam habet, & nomine stellæ ab antiquis dicitur. Lapidem Samium esse aliàs arbitratus sum, nũc in astrum Samium inclinor. Ad nos ex Germania affertur. Supra montes, præsertim post pluuias, inuenitur, alonge splendescere videtur, vt stella. Ideò stella terræ à nobis, & aster ab antiquis appellatur. In Samo perfectissimum nascitur Talchum: propterea Samius aster dictum est. Adstringit

adeò, vt mihi gustare volenti, os corrugauerit. Sunt qui talchum cæruleum, qui viridẽ, atq; croceum quærant, præsertim Chymistæ, vt id quærentes, quod inueniri non potest, tẽpus vitæ suæ in falsis nugis cõterant. Vsus in medicina, crematio, & lotura etiam nunc est, vt Dioscor. de Samia terra dicit, sed præsertim crematio, quia pauca lotura indiget, propterea Gal. non lauari. i. quã breui lotura tradit. Hoc Venetiis emere poteris, vel ex Germania petere. Nascitur & prope nos in Apenninis alpibus inter Regium, & Mutinã è regione Herberiæ arcis Illustrissimi Ducis nostri munitissimæ. Locus aũt, in quo inuenitur, vulgò nũcupatur il zesso, à magnifico Iulio Scãdiano possessus, potissimũ vbi gypsum est, reperitur. Gypsum verò alumẽ scaiolę est, quãdo nondũ coctũ sit: quum veræ decoquitur hoc alumen, in gypsum verritur. Galli gypsum plastre vocãt, Hispani yesso, Germani gips, à Polonis panny mariey lodek. Mulierũ animi discrutiãtur, vt aquã talchi habeãt, quæ è talcho educi nõ potest, nisi alia simul misceãtur. Existimãt hac aqua futuras esse pulchriores. Auicenna frigidũ in primo esse iudicat, siccũ in secundo: putamus nos ad tertiũ attingere, & aliquid caloris participare. Ad alia te vertas. SE. Nullæ supersunt terræ, quib. vtamur.

BRA-

BRA. Multò plures à Dioſco. Plinio, Galeno deſcribũtur, quàm eæ ſint, quas ſuprà enumeraſti. At quum de his ſolũ, quarum vſus eſt nobis, tractare inſtituerimus, prædicta ſuper ſint, quoniã & hora in aliquod diuerſorium proficiſcẽdi imminet. SE. Imminet profectò, id caſtrum verſus proficiſcamur. Nam Ferrariam eundum eſt, quum omnia ferè collegerimus, quæ ad noſtram officinam reparandam his locis haberi potuere. Inter eundum verò, vt cœna ſapidior ſit, de ſalibus loquamur. BRA. Imò hoc ſermone via breuior reddetur.

DE SALIBVS, QVORVM in officinis vſus eſt.

SEN. Sal cõmunis aliis ſalib. initium facit. BR. In diuerſis Mundi partib. varii ſunt ſalis vſus. In Italia marino vtimur, qui partim arte factis areis, vt aqua Solis feruore exicari poſsit, partim ſpontè innaſcitur. Fertiliſsimæ ſunt Illuſtriſsimi Ducis noſtri ſalinæ, quæ in conuallib. Comaclienſib. patent, vt ferè tota Hetruria, Inſubria & Flaminia eo veſcãtur. Spiſſum eſſe oportet, cãdidum & planum. In Germaniæ aliquib. partibus, Pannoniæq; foſsili ſale, atq; metallico veſcũtur. Mõtes vſq; ad duo milliaria in profundũ excauant, ſurſum ingentes ſalis maſſas funibus trahentes. Saxeus dicitur hic ſal,

& marmoreus: ferreis pistillis teritur, & optimè salit. Probatur in hoc genere, qui candidus, perlucidus, & densus. At qui candidissimus in hoc genere, valde lucidus, & densus inuenitur, Salem gemmæ vocant, quoniam veluti gēma nitet. In Germania, vbi salem effodiunt, & Pannonia, quandoq; inter globos salis ingentes, aliqua salis gēmę portio, sex, octo, & q decim librarū plus minus. Hic verò est perfectissimus sal fossilis, & veluti flos eius, qui rarus, & paucus in tā magnis, & frequētib. massis inuenitur, propterea gēma dicitur. Ex Germania Venetias cōportatur. Nihil tñ impediet, vt Ferrariā deferat, curare. De marino sale nihil in præsenti dicemus, quia notior est, quā vt de illo tractemus. Sal à Cretensibus vulgò dicitur alaci, à Polonis sol prosta. At sal gēmæ, ab Hispanis sal piedra, a Polonis sol oczkouata nuncupatur. Est calidus, & siccus ordine secūdo.

SE. Armeniacus sal defoditúrne & ipse? BR. Dicendum est, Ammoniacus, quasi arenarius. SEN. A Pandectario Armeniacum dici legeram, quoniam ex Armenia portetur.

BRA. Nunc altero labore indiges, dediscere scilicet, & eius nominis obliuisci. Ammoniacus apellatur, quia sub arena inuenitur in Aphrica apud Ammonis oraculum, vbi loca sitientissima sunt, & in Cyrenaica regione.

gione. Ibi arena defossa, frusta salis oblonga, extrà nigra, vel eruginosa, intus alba, & ad similitudinē aluminis scisilis. Non multùm lucet, & adeò salsus est, vt ingrato sapore gustetur. Tamen medicinę vtilis pro balanis fingendis in difficilioribus morbis, quibus opus est, ad opposita deriuare. Venetiis emes, quanuis ex Germania simile genus salis portetur, qui sapore ingrato adeò salit, vt eo pro Ammoniaco vtamur. Adeò salsus est hic sal, vt mihi fastidium peperit inter loquendum, nisi de sapidiore sale tractemus. Poloni sal Ammoniacum salmyak, à Cretensib. vulgò zaparico nuncupatur. Calidus est, & siccus in fine ordinis tertii. Commune nomen salibus Germani habent saltz, Hispani sal, Galli sel. SENEX. Si hic sal ob salsedinem fastidio fuerit: dulcem salem inueniamus. BRASAVO. Quomodo sal, si dulcis est? SENEX. Nihil impedit idem æquè salsum & dulce esse. BRA. Equidem. SENEX. Sal, de quo loquor, Indus sal dicitur. BRA. De hoc in saccharo expeditum est, In India nascitur, in cannarum extremitates: nam calore Solis exudat, & extra cānas duratur, & nostro saccharo candi similis videtur, vocatur etiam mel supra cannas inuentum. Ad nos non defertur, & eius vice saccharo dicto candi vtimur, arte

parato: quanuis nostri pharmacopolæ, nescio quid, extrà nigro, pro hoc sale vtantur: quid verò sit, incompertum habeo. SEN. Sal nitrum sequitur. BRA. Nitrum & litrum à Græcis dicitur: vos nitro caretis, & antiqui vestrum nō habebant. Nitrum nunc terra, & scrobibus circa parietes inuentis paratur. Antiquum nitrum spontè in aqua fit, & illac transeuntes, aquæ nitrosæ efficiuntur. Antiquorum nitrum colore rosæ, aut candido erat. Nostrum verò aut candidum est, si perfectum sit: aut subnigrum, si perfectionem non sumpserit, & nondum exquisitè ebullierit. Antiquum nitrum, à Germanis salrz peter, ab Hispanis sal itre, à Polonis saletra nuncupatur. Antiqui pro sanandis hominibus, & in vita seruandis vtebantur: nos pro necandis, pro eruendis vrbibus, depopulandis gentibus nostrum nitrum paramus. Ex tenuitate, & esse spongioso, ac fistuloso antiqui suum nitrum probabāt: nos quod parum crepitet. In machinis bellicis bombardas vocatis, bombum facit nitrum, nec vehemens esset ictus, nisi nitrum adderetur. Iámque puluis inuentus est, qui glandē sine bombo proiicit, non tamen vehemēter, vt vel pullum interficere posset. Illustrissimus Alfonsus Ferrariæ Dux inclytus in omnibus rebus diligentissimus, hunc puluerem inuen

inuenit, qui sine bombo glādem emitteret. Fit nitrum hoc modo impræsentiarum in Oenotria: in antris caprarum stercus colligunt,& per tres dies in aqua macerāt,postea ebulliunt, quousq; digitis resiliat, quod residet sal nitrum est. Præter nitrum, quod fluminib.innatabat, etiam nitri spumā habebant,à Græcis aphronitrum, ab Arabib. baurach appellatur:quanuis baurach,& nitrum cōfundant Arabum sectatores, & ipsi Arabes,vt Mesue facit:tñ re vera apud Arabes baurach est nitri spuma. In salib.etiam opus erat te haloſachné.i.salis spumam habere,& florem salis, quem halosanthos vocāt.Est autem fauilla salis. De his omnibus Plin.capitib.VII.VIII.IX.& X.lib.XIII.agit,& Dioſco.v.lib.Galenúsq;.XI.de simp.medic. facul.prope finem. Calidum & siccum existimatur ordine secundo.SE. Sal naphricus sequitur.BR. Quis meminit huius salis?SE. Mesue.tamen scire optarim, an apud antiquiores inueniretur.BR.Inuenitur quidem sed vos eum non habetis.Plin.lib.suprà citato, Salem in Babylonia fieri ex aqua bitumine ablato docet:& Gale.XI.de simplic. med.facul.in mari mortuo salem fieri monet,quem Sodominum vocant:Ibi enim Sodoma est, vbi asphaltū colligitur. Vos hoc sale caretis: nec opus est expendere, vt ha-

beatur, quoniam facillimum est sine hoc
sale viuere, & ab omni ægritudine liberari.
Naphthicus appellari debet, nõ Naphricus.
Peius proferunt, qui nauticus legunt. SE. Sal
alcali sequitur. BR. De hoc in aluminib. lo-
cuti sumus. Arte fit ex herba cali cõbusta,
quæ dicta vsnæ assimilatur. Vitricinus etiã
nũcupatur. Cinis hic emollitur, & in furnũ
ponitur: postea additur arena alba, quæ ex
Sicilia affertur, & iterum ad igné ponitur:
postea fit sal alcali dictũ, quod veluti aqua
est: deinceps vocatur maxacãna, quæ est vi-
ride nitrũ: post additur lapis, qui ex Genua
affertur. Et vitrum album fit. Si autem aqua
illa fit, ex vitro macerato fit, Vitrũ cryst-
linum nuncupatum. Tamen ex plurib. aliis
herbis, & carbomb. ac lignis, varia salis ge-
nera fieri possunt pro diuersarum gentium
moribus. SE. Id scio, verùm prædictis tãtùm
in officinis vtimur. BR. Naphthicu habere
non poteris: Ammoniacum præterea, verũ
Ammoniacum non est, sed aliqui fictitium
parant. Alii ex Germania cõportatũ habẽt.
Salem Indum habere ne magnificias, quo-
niam in illo nõ sibi cõstant Arabes. Nã Aui
cenna eius propriũ colorẽ nigrum esse cen-
set II. lib. sed III. lib. inquit esse in colore sa
lis, & in dulcedine mellis. Quo autẽ pro illo
vos vtimini, ex Germania defertur. Alios

sales

sales prosequaris. SE. Nullus est alter sal, quo vtamur. Iam ad hospitiũ peruenimus. Herbarie, cœnam para: interim de nõnullis loquemur, quę ad nullam seriem deducere no ui. BR. Age quàm breuius fieri poterit, quoniam fame, sitíque ingentibus corripior.

NONNVLLA, QVAE AD CAput nesciunt pharmacopolæ deducere.

SE. Ex his vnũ est tutia & spodiũ, non qui dem illud Auicẽnæ ex cãnis. BR. Hęc ad metalla, aut terræ species adducenda erant, de ipsisq; in radicib. egimus. Nã tutia à Dioscor. Plinio, & Gal. pompholyx dicitur. Spodium verò pars crassior existit: vnde in fodinis ærariis quum cadmia, vel climia in camino perficiuntur, fumus subtilior camino inhærens pompholyx, & tutia est. Crassior verò, & quandoq; carbonibus mistus, spodium. Vnde Gal. quum pompholygem habebat, nunquam spodio: quũ verò spodium nunquam antispodio. Quod ex cannis Auicẽna facit, antispodium est. Tu quum pompholygem. i. tutiam facillimè habere possis, antispodium, & spodiũ abiicias. SE. Si quispiam medicus spodiũ ordinaret, quid agẽdum? BR. Pompholyge pro spodio vtaris, vt Galenus faciebat. Nam pompholyx, id est, tutia, est perfectissima pars spodii. Ideo

à Germ

à Germanis vtrunq; Nix appellatur: quãuis & nõnulli sint, qui nil Latino vocabulo vtantur. Frigida in primo ordine existimatur põpholyx, ficca in secũdo. SE. Rasura eboris sequitur. BR. Ex elephantũ ossibus ebur fit. Imò ossa ipsa ebur sunt. Et quanuis Græci ebur elephantũ appellent, omnia tamẽ eius ossa ebur dici possunt. Ex dentibus autem, vel, dicas, cornibus pulchrius fit. Scobe eboris paronychia tolli Dioscor. censet, & Plin. lib. xxviij. tamen Paulus Aegineta ex vngui bus etiam fieri monuit. A Polonis eboris rasura estrozinii szlonyouey koszczi vocatur. Sed & vnicornis, vel monocerotis cornu habebis: non autem falsum. nam multi lapidẽ vice cornu monocerotis habent. Imò oẽs ferè. Subniger est color, aut subcinericius. Duo integra cornua Venetiis in ærario diui Marci reconduntur, omnium, quæ videorim, pulcherrima, & maxima. Si hoc cornu aliubi habere poteris, cura: quippe veneno aduersatur, & puerorum vermes interficit, vt publico consensu receptũ est, quod à nullo vnquam antiquiore dictum est. Verùm si cerui cornua in hoc vsu sunt, cur & illa monocerotis in eodem vsu esse non possunt? At à nullo proditum est, vel ratione comprobatũ. Poloni iednorozecz vocant. SE. Nec cornua cerui omittenda. BRA. Vt habeas cura-

bo,

bo, quũ illustrisimus Princeps, & patronus meus Hercules Estẽsis aliquẽ ceruum insecutus defiget. A Gallis cerui cornua, corne de cerf, à Germanis hirtzenhorn dicuntur. Monocerotis aũt cornu, à nobis alicornio, ab Hispanis cuorno de licornio, à Germanis eodẽ modo sua lingua einhorn, id est, cornu vnicornis dicitur. Germani verò ebur, elephant dicũt, cuius rasurã Galli rasclure d'iuoire vocant. SE. Copulæ glandiũ sequũtur. BR. In Ferrariẽsi agro copiosè prouemũt, in Mutinẽsi copiosius: ego è mõtanis glãdibus potius seruarẽ. Scutellæ illę, quibus integuntur, & ferè pileola adstringũt, propterea Germani nomen inuenere eichel hueteil, id est, glãdis pileolũ. In his rebus natura prouidit, in quibus nõ est opus, nisi occulta aliqua necessitate factũ sit. Sunt frigidæ: & siccæ ordine secũdo. A Polonis skorki zolox dziouczvocãtur. SE. Tegname sequitur. BR. Hoc inter ligna numerare oportebat. SE. Ad me nihil refert, modò apud antiquos agnoscã. B. Nihil equidẽ refert, tamẽ cõgenera cõgeneribus prope esse oportet. Scito tegname vocari, quasi thymiama, à suffumigio: eo nẽpe domus suffumigantur, vt redoleant. Id enim nomẽ thymiama multis odoratis rebus cõmune est suffumigio aptis, modò ex floribus nõ sint. Nos duplex genus corticis habemus,

mus, quæ pro thymiamate pharmacopolæ vendunt. Vnũ crassum nigrũ, & cõbustæ rei facie habens, cui nigra frustula cõnexa sunt, ac si conglobatæ arboris succus sit. Alterum subtile, & rubrum. Si hoc suffumigaueris, re dolet magis quàm primũ: imò pluribus primus ille cortex malè olet, quẽ passim vendi tis. SE. Quid est apud antiquos. BR. Dioscorides primo libro de nascaphtho pertractat, quod vestrũ tegname, aut thymiama esse arbitror. Ex India defertur nascaphthõ. Natura corticosum est, & additur ad suffimenta, sed ingrato odore. Recentes Nastatimon legũt, quũ nascapthõ legere oporteat. SE. Loquuntúrne de ipso Arabes? BR. Loquuntur quidẽ. Nam Serapio capite centesimo octuagesimo sexto, sub nomine Lasahatem, de nascaphtho pertractat. Genuẽsis decipitur, qui nabach Serapionis esse arbitratur: & errandi ansam Pandectario præstitit, qui ex aliorũ dictis, & non ex ipso fonte colligit. Quippe nabach, fructus arboris est, vt de illo Auicenna quoque scribit, sed lasahatem, Dioscoridis nascaphthon verè est. Interpres aut librarius aliquis deceptus est, qui in Serapione nabach posuit, quũ lasahatẽ scribere debuisset. Hæc autẽ nihil ad rem, modò noscas vestrum tegname, vel thymiama, id est, corticem illum apud nos in suspicionẽ veniisse, vt

Dioſc

Dioſcorides naſcapthon,& Serapionis laſa-
hatem dici oporteat. Comparato enim laſa
hatem Serapionis,naſcaphtho Dioſco.idem
eſſe pictura demonſtrat: imò à Serapione ex
quiſita Dioſcoridis verba adducuntur. Sed
vnus eſt in Genuenſi,& Pandectario adeò ſu
pinus error, vt diſsimulari non poſsit: vbi
Dioſcorides corticoſum dicit,ipſi ſine corti-
ce legũt,quũ tamen cortex ſit. De eo Gale.&
Paulus eodem ferè modo pertractant, vt Se
rapio Pauli verba adducens,eadem ſcripſiſ-
ſe Paulum fateatur,quæ Galenus antea edo-
cuerat. SE. Certũ eſt noſtri thymiamatis odo
rem multis diſplicere. Aliorum fortè miſcel
la gratus efficitur. BRA. In compoſitionibus
etiam ingratiſsimum odorem ſpirat, vt die
bus proximis in variis miſcellis, quas illu-
ſtriſsimus,& excellentiſsimus Ferrarię Dux
Alphonſus ſuis manibus me præſente para-
bat, vt vir erat nouarum rerũ ſitientiſsimus,
expertus ſum,quẽ nuper mors impia, crude
les parcæ nobis abſtulere. O incertæ, & incõ
ſtantes Mundi res,ô curas hominũ,quãtum
eſt in rebus inane. Clemens Pontifex ſepti-
mus inteſtino odio Alphonſum Illuſtriſsi.
Principẽ proſequebatur. Septimo kalendas
Octobris obiit Pontifex, Anno à Chriſti or
tu milleno quingenteno xxxiiij. Quinto ka
lendas Octobris vigeſimaprima hora illu-
ſtriſsima

ſtriſsimo Duci relatũ eſt Clementem obiiſ-
ſe: hota prima noctis Illuſtriſsimus Dux æ-
grotare cœpit, pridie kalendas Nouébris ho
ra ſexta noctis, ſexta decima horæ parte dé-
pta, immortali Deo animã reddidit, rebus
ſuis Chriſtianiſsimo more diſpoſitis. O ini-
quæ fata. O Sirenes vſque in exitiũ dulces hu
manas res, quæ quũ blandiri incipiũt, mox
necant. Non potuit hic generoſiſsimus Prin
ceps res ſuas pacatas vnquã videre. Nam ab
initio principatus vſq; in vitæ calcẽ omnia
aduerſa, quæ Principi contingere poſſunt,
habuit, & egregiè ſuperauit. Potẽtiſsmi ho-
ſtes eũ nõ modò pũgere, ſed vorare, & deglu
tire tẽtarunt. Ipſe dimicans, & ſapientia oẽs
expulit, vicit, & triũphauit. Toties ei factæ
ſunt inſidiæ, vt pigeat, ac pudeat à quibus, &
quoties, referre. His omnibus denique ſupe
ratis, quum tempus quietis inſtaret, morte
præuentus, dum excogitabat ipſe reliquum
vitæ in noſcendis rerum cauſis, in variis ex-
periundis trãſire. O quoties mecum loquẽs
dum ægrotabat, in hæc verba prorupit: Mi
Anton, ſi à præſenti ęgritudine euadam, in-
gens viridariũ tibi decreui, & nuntios quor-
ſum iuſſeris mittã, vt herbæ, quæ apud nos
nõ ſunt, afferantur. adeò ſimpliciũ medica-
mentorum notione delectabatur: vt integrè
Andromachi Theriaca fieri poſſet, ſpopon-

derat.

derat nuntios ad omnes Mundi partes mittere, in quibus simplicia medicamenta efficaciora inueniuntur. quod infectum non relinquet illustrissi. & excellentissi. patronus Hercules Estensis, eiusdem Illustriſ. Alphonsi primogenitus, qui post dulcissimi, & sapientissimi genitoris obitū, magno omniū gaudio, & plausu in festo omniū sanctorū dux creatus est: quem video integerrima pace, & quiete diu victurum, nempe omnia plausere nouo Duci. Nec cœlum potuit ingētibus pluuiis prius patris mortem deplorans, non ostēdere lætitiā. A summo Olympo risit Apollo, & nubes fugauit, vt diē lætam nouo Principi daret, & quietem perpetuam ostenderet, cū quo Deus est, qui in bonorum animis insidet. SB. Audiui de hoc Principe talia, qualia à iuuenum animis abesse soleant, vt diuinus potius, quàm humanus dici mereatur. BR. Multa quidem de illo digna circunferuntur, sed nō talia vt eius benignitas expeteret, vt eius frugalitas, & clementia expostulant. Pius est, mitis, iustus, Dei Præceptorum summus custos, & quod nunc rarum in Principe est, liberalis. Cuius testis sum ego, quem amplo prædio in Carpensi agro donauit. Vt deinceps mihi nec succida, nec panis (vt Ciceronis parœmia vtar) deesse possit. Non est autē hic locus Herculis Illustrissi.

Ferrariæ Ducis encomium canere, sed aliàs plenius (vt dignum est tãto principe) aggrediar. Interim alia prosequaris. Calidũ & siccum est ordine secũdo intẽso, vel in principio tertii. SE. Tartarũ sequitur. BR. Nec aliũde quæras quã Ferrariæ, ad quã præpotẽtia vina confluunt, quãuis mediocria nascãtur: separatim ex nigro, & albo vino, ex præpotenti, & debili tartara serua. Tartari drachma in iure bibita ter, aut quater, præter noxam soluit. Hispani Latinum nomẽ sequuntur, alii rasura de botas, Germa. vvein stein appellant, id est, lapidẽ vini, Neapolitani nitro de bota, Poloni vayſtyn. Cretẽses vulgò groppeda, Veneti grepola. SE. Antale, & dentale sequuntur. BR. Tot ab antiquis authoribus testarum genera in vsu medico recepta sunt, vt difficile sit species interstinguere, & difficillimum omnia demonstrare: nunc tamen conabimur has duas species (si possibile erit) apud antiquos inuenire. Nonnulli quod vos dentale appellatis, dẽtes esse illius optimi piscis, quem vulgò dentale vocamus putarunt, sed falso: nam dentale piscis auratæ asimilatur, sed magnitudine eã excellit. Constat autem dentale vestrum, citrinũ vnguentum ingrediens, piscis dentes non esse, sed inter conchas numerãdum, de quibus ab antiquis sermo fit. Dentale, & antale in pur-

pur

purarum genere à Plinio libro nono, capite xxxvj. & Dioscoride libro secundo numerari videntur, & à Plinio eodem loco dentale buccinum dicitur, à Galeno buccinum marinũ, quia similitudinẽ habet cum buccino, quo sonus editur. Antale à Plinio purpura vocatur: tamen & in genere buccini quoque est Galen. in emplastro albo Ariobarzanio inter alia, buccinorum cinerem addit. Ceryces à Græcis buccina vocãtur. nã idem est ceryx, quod præco apud Græcos: propterea buccinũ dicimus, quod ipsi cerycẽ nũcupãt. Recentes dentale appellãt, quia cũ dentibus similitudinẽ habere videtur. Viuunt hæc. sed an sensum habeãt, immeritò multi dubitãt, quũ sensu vigere oculata fide cõstet. Post marinos æstus supra maris litora inueniuntur. Sunt qui hæc cocta, & qui cruda edunt, sicut alia cõchylia, Antale diuersis inuolucris circungvratur, tamẽ buccinũ est. Accidit quãdoq; flante vento, per antalis anfractus sibilum emitti, vt tuba videatur. Hæc Venetiis emas, aut circa mare quæras, quum in Malaciam, post ingentes æstus venit. Optarem vt buccina carnem habentia emeres, quoniam (vt Paulus inquit) oleo decocta auriũ doloribus proficiũt. Quãobrem dẽtale buccinũ est: antale apud antiquos, purpura: ideo Galenus vndecimo libro de simpliciũ medica-

mentorum facultatibus, eodē capite de buccino & purpura tractat, & Dioscorides primò de purpura, mox de buccino, tanquam de cōgeneribus expediuit. Tamē murex plura amplectitur, quàm buccinū faciat. Qui verò tellinas ex nominis vicinitate dentale esse arbitrati sunt, aberrarunt: quoniam tellinæ albæ sunt in genere concharū, lenes & perpolitæ, nullo modo striatæ, & sunt tellinæ, quas nostrū vulgus peuerazze, & peuerazinas nuncupāt. Exiccāt omnia ordine secundo. Et ferè tēperata sunt in actiuis, vel ad frigiditatē inclinant. Ad alia te conferas. HER. Cœna parata est, & iam frigescunt pultaria. SE. Vmbilici marini supersunt, qui nos paululùm remorantur. BR. Pulchrum nomē est à re ipsa sumptū, quoniā hominis vmbilico similes spectantur: ab antiquis in genere cochlearum marinarum numerari solēt. Vnū verò in genere admonendum, omnes has testas exiccare. Propterea Galenus in buccino de omnibus vnà pertractat, & in genere. Ab Hispanis beligoli vocantur, emblici marini, & à Cretēsibus vulgò amathias thalassias, id est, oculus marinus. Ad imagines suspendunt, dicētes oculis succurrere. SE. Lauemus manus, & è regione huius ostii sedeamus, vbi suauis aura spirat. HER. Et ego in hunc angulum secedā, ne sudans laterali morbo capiar.

capiar. BRAS. Considerare oportet, nunquid alia sint in his montibus quærēda, aut aliò eundum vt habeantur. SE. Nihil amplius, est quod hic desiderem. Cras Ferrariā reuertemur, ea conditione, vt comes sis, & alia nonnulla meæ officinæ commoda necessaria q; tractemus. BR. Non possum tibi non obtemperare, quanuis mihi aliò eundū erat. Nunc autem tempus quietem exigit potius, quā verba, & dulcis sopor influit per membra. HER. Dormiamus igitur, vt summo mane surgentes, magnam itineris partem perficiamus. SE. Iam somno capiebar, nisi tuis verbis interturbasses, Herbarie.

DE PINGVEDINIBVS, QVARVM in officinis pharmacopolarum vsus est.

HER. Surgite, iam diluculum instat. en Venus iterum eradiare cœpit. BR. Lucifer mane appellatur. SE. Inter eundū alia simplicia excogitare, & percribrare oportet, quibus in dies vtimur. BRA. Quæ sunt hæc? SE. Primò pinguedines occurrunt. BR. Quorū animalium? SE. Gallinæ, anatis, anseris. BRA. Ferrariæ eiusce modi pinguedines perquam commodè habentur. Tamen glocientes gallinas euitare oportet, & antiquas. Anserum verò, atque anatū syluestriū pinguedinē seorsum à domesticis serua. Nā syluestriū pinguedo

calidior,& subtilior existit, debétq; citra sa lem inueterari, vt Dioscó. secundo libro,& Gal. vndecimo de simplic. medic. facul. ostẽ dunt. Tu si seruare cupies, hos authores con sidera, qui plures modos seruandi secũdum diuersas etiam pinguedines docent. Adnõ nulla etiam recens valet, ad quæ non inueterata,& econtrario. Nec te prætereat ma rium pinguedinem calidiorem, & siccioré fœminarum pinguedine esse: ideo seorsum marium & fœminarum pinguedines serua. Differunt pinguedo,& adeps, quoniã adeps in valde obesis animalib. pinguedo est, pinguedo verò subtilior: propterea obesa animalia etiam vulgò adipé habere dicimus. Animalia verò, quæ macilenta non sunt,& integra sanitate feruntur, pinguedinem habere,& pinguia esse fatemur, nõ tamen adi pem habere, ideo pinguedo intra carnem, adeps in fine carnis existit. SE. Seuum quid est? BR. Seuum, vel sepum in ruminantibus adeps est, in fine carnis: in sue sepũ, sed ineptum etiam ad candelas,& axungia seruantur. In renibus sumenda esse Dioscorides secundo libro animaduertit. Seuum, & adeps facilè gelantur, non gelatur facilè pinguedo. Tamen inter loquendum quandoq; pinguedine pro adipe,& adipe pro pinguedine vtar, vt ferè recétes faciunt. At tu in officina pi-

gued

gnedinem ab adipe seperatã habeas: quoniam pinguedo calidior, & minus humida est. Vbi autẽ magis humectare opus sit, adipem sume: vbi minus, pinguedinem. Nunc in vsum venit vitulinã pinguedinẽ seruare ad circunlinenda catapotia, ne amaritudo sentiatur. Pinguedo ab Hispanis bordura, à Polonis eboſtoſcziak, à Cretensib. vulgò pachi nuncupatur. Galli verò gallinam poule, Poloni kokoſsi, Cretenſes ornitha, Germani heun, Hiſp. vt nos, vocãt. Sed anas à Gallis canart, ab Hiſp. anade, à Polonis kaczki, Cratẽſes vulgò papices, à Germanis ent, dicitur. Appellant verò Hiſp. anſerem, anſaron, Galli oye, Poloni goxſſzi, Neapolitani papare, Cretenſes vulgò chines, Germani bans. quod nomẽ apud Germanos antiquiſsimum eſt. Nam Plinius capite vigeſimo ſecundo libro xi. banzan vocari apud Germanos anſerem ſcriptum reliquit, ac ſi Plinius Germanum nomen declinaret à bans. quod quum ipſi proferunt, adeò aſperè referunt, vt s. π. ſonare videantur. SE. Taſsi vrſi, cerui q; pinguedines ſequũtur. BR. Non parum etiam refert an pinguedo ex iuniore, vel ſeniore animante ſit. In his montibus taxorum, vrſorũq; pinguedines à ruſticis emes, ptius quàm diſcedamus. Vereor autem ne decipiaris, & aliam pinguedinem pro vrſi

pinguedine vendant rustici hi montani, omnium rusticorum perditissimi, qui continuis factionibus sese mutuis necibus interficiunt. Sed en occasio offertur, qualé volebamus. Ab hoc rustico vrsus interfectus est, pinguedinē emere quid prohibet? vt ex vrso sumptam certi simus. Deinde Ferrariæ Dioscorides more aptabimus, seruabimusq; Nec taxum illum viuum prætermittamus, quē mulier funiculo ligatum habet: eum Ferrariæ vnà comedemus, & pinguedinem seruabis. Discorides, Galenus, & Paulus huius animalis pinguedinem prętereunt. Constat autem plurimùm emollire. Cerui pinguedinem vt habeas curabo, cū illustrissimus patronus Hercules Estensis nūc nouus Ferrariæ Dux creatus, cui fata secundēt, ceruos venatione defiget. Taxus animal est ferè in murium Alpinorū genere, à quo Ferrariæ nobilissima Taxonorum familia nomē, sortita est, in quo sunt duo ingentia virtutis lumina, Galeaceus patruus, & Nicolaus nepos, quorum minora nō sunt, Hercules, Camillus, & Alphōsus, de quib⁹ aliàs. Galli vrsum, ours, Hispani, vt nos, Germani beer, Poloni myedxuiedzie, Cretenses vulgò arcuda vocant. Ceruū verò Germani hirtz, Galli cerf, Hispani cieruo, Poloni zelenii, Cretēses vulgò laphi nuncupare solēt. 55. Equi pingue-

do

do sequitur. BR. Curabo vt hanc pinguedinem à magnifico Petro Manfredo Mauro cognominato habeas, qui ea frequenter ad equorũ ægritudines vtitur. Tamẽ ipse pinguedinem comarum equi appellat: quia ex collo potissimũ eliquat, è quo comæ prodeunt. Germani equum pfert, Galli cheual, Cretenses vulgò alogu, Poloni konskie, Hispani, vt nos, caualło nuncupant. SEN. Hirci pinguedo sequitur. BR. Et hanc Ferrariæ habebis. Est enim hircus caprarum maritus, quem vulgo becho nũcupamus: & per similitudinẽ eos homines bechos appellare consueuimus, qui sponte eorum vxores ab aliis vitiari sinunt, quippe omnia animalia ægrè ferunt, si cõpares suæ aliis iungantur, & pro hoc actu dimicant, præter hircũ. Quam obrẽ inter Ferrarienses institutiones sancitũ est, si quis patiatur sciens, & volẽs vxorem eius ab alio vitiari, supra currũ ligatus, caput hircinis cornibus redimitum habẽs per totam vrbẽ ducatur, vt hoc probro vilescat. A Gallis hircus bouc, ab Hispan. cabron, à Germanis bock, à Polonis kozloue dicitur. SE. Castrati pinguedo præter dictas habenda. BR. Hanc etiã ne aliunde quæras, quàm Ferrariæ. Agnus est, dum puerescit: cùm creuerit, aries efficitur, ouium maritus. Si castretur, verucx dicitur: vos autem castratum nomi-

natis. Dioſc. modum ſeruandi lib. II. docet: quanuis & alii ſint modi poſt Dioſc. inuenti. Galli caſtratum mouton, Hiſpani carnero, Germani hemmel, Poloni skopoue, Cretenſes vulgò munucho appellãt. SEN. Hominis pinguedo ſequitur. BR. De humana pinguedine exordiar, ſi in primis animaduerto, caſtratorum pinguedinem à Gal. fœminæ aſsimilari, vt eandẽ ferè qualitatem habeant pinguedo fœminæ, & caſtrati in ſuo genere. Adeò ingentes vires nobis tribuunt teſticuli, qui in cauſa ſunt, vt tauri nunquã aratro aſſueſcant, niſi caſtrati. Pro humana autẽ pinguedine ſeruanda, cùm ſuſpenſi alicuius ſectio fiet, vt aſſequaris curabo. Quippe illi diſplicẽt, qui his detrahunt, qui ex homine medicinas parãt, vt Alexãder Benedictus: quoniã apud antiquos medicos cùm Græcos, tum Arabes, ex homine plures ad artem medicẽ ſpectantes cõpoſitiones fieri colligitur. Et Gal. ex humano ſtercore quoſdam affectus leuari docet, & ex aurium ſorde, atq; totius corporis. Adde hominem homini magis aſsimilari, quã aliquod aliud animal. Sed hæc aliàs diſputãda ſunt, & diffuſis ac certis argumẽtis cõprobanda. Nunc etiam Ioãnes Sinapius Germanus vir omni bonarum literarũ genere refertiſsimus, & noſter in naturali philoſophia diſcipulus, li-

bellum

bellum ostendit veluti Enchiridion Botano logicon inscriptum, quem veluti per trãsen nam nõ quidem legi, sed vna nocte voraui. In quo libelli author eos taxare videtur, qui ex hominum partibus quicquam in re medica faciũt. Sed ipsius pace dixerim, cũ humanæ partes per notas qualitates alicui ægritudini succurrunt, in his præsertim, quæ exterius applicãtur, humanis partibus potius vtor, quã alterius animalis: & ita cuicunq; agendũ suadeo. Nomẽ authoris libelli, Euritius Cordus est, Simesusius, quẽ corã ex facie noui, cũ Ferrariæ literis incũberet, in cõtubernio excellentissimi Vincẽtii Caprilis, Euritius verè cordatus vir longa experiẽtia præditus. Cuius libellũ antequam ad hanc vsque nostri laboris partem peruenissem, legisse optarim: quippe maximo mihi adiumẽto fuisset, præsertim in Germanis nominibus agnoscẽdis. Et quanuis Gale. x. de simpl. medic. facul. illos reprehendere videatur, qui partibus humanis vtũtur, intelligendus est, cũ alia potiora habeantur: neq; aliis in locis prætermittit ad quæ valerent diuersa, quæ ad hominem spectẽt, edocere. Pace præterea Plinii dixerim libro XXVIII. cap. I. Cùm potiora nõ habeantur, quæ de homine haberi possint in vsu esse debẽt, potissimũ cùm extrinsecus est eorũ vsus. Non enim

Euritius Cordus

enim hoc abominabile est. At quid abominabilius, quã caninũ stercus exhibere in angina? tamen & Gal. hoc præsidium laudat: quanquam in genere x. de simpl. medic. facult. reprehẽderit. Ad rem nostram redeuntes, Germani hominẽ mẽsch, Hispani hombre, Galli homme, Poloni czlouiecze nũcupant. SE. Serpentis pinguedo sequitur. BRA. In hac pinguedine errores innumeros faciũt & pharmacopolę, & qui sine distinctione dicũt medici. Nam vocabulũ serpens, omnia serpẽtia significat indiscretè, quæ innumera sunt, vt etiã Quintus Serenus, & plures alii antiqui, puerorum vermes, & terrestres, serpẽtes appellarint. SE. Rari sunt, qui hac pinguedine vtantur. Imò nunquã probos medicos ea vti vidi, sed agyrtas solũ & ethologos. BR. De pinguedine vipere apud authores sermo fit: de aliorũ serpentũ adipe, nihil ferè legi apud quenquam probatũ, nisi apud Albertũ magnũ, quem tamen non ausim, nec volo inter probos rei medicæ authores numerare. Cùm igitur serpentis pinguedo simpliciter quæritur, viperinum adipem intelligendũ censeo, qui per decoctionem colligitur. Bononię pharmacopolas vidi, qui ex quocunq; serpentis genere (puerorum vermibus, & terrestribus lũbricis demptis) indiscriminatim acciperent. Serpentẽ, Galli

Galli couleuure, Hiſpani culebra, Germani ſchlang, Poloni voxzoue, Cretenſes vulgò ophides vocant. SE. Sunt & qui leoninã pinguedinem, in ſuis cõpoſitionibus, quas receptas dicunt, accipiant: ſed an leonina ſit, quã Venetiis emimus, ignoramus. Ideò in mea officina hanc habere paruipendo. BR. Nec immeritò, cùm rem ipſam, an talis ſit, ignores. A Germanis leuvv, à Gallis, & Hiſpanis, vt nos, lion, vel leon nuncupatur: primi liõ, Hiſpani leõ vocãt, à Polonis liuouc, à Cretenſibus vulgò lendari. SE. Nullis aliis pinguedinibus vtimur, ſed medullæ ſequũtur. BR. A Dioſc. autem & Galeno plures aliæ enumerantur rei medicæ neceſſariæ. SE. De illis nihil ad nos. Cùm ea planitie, quæ in decliui videtur, potiti erimus, medullas, quibus vtimur, enumerare incipiã. BR. Scito interim Galenum pinguedinẽ omnem calidam, & ſiccam exiſtimare: differunt tamẽ ratione ſpecierum animalium, ætatum, ſexuum, & caſtratorum, atque integrorum.

De medvllis, qvarvm in officinis vſus eſt.

BRAS. Expedit medullas, quibus vteris, enumerare. SEN. Id faciam ſi in primis animaduertero, medullas potiſsimùm è cruribus accipi. BR. Tamen Galenus XI. de ſimpl. medic. facult. etiam ſpinalem medullam ex

brut

brutis colligi censet, & seorsum à medulla
» crurũ seruari. Nempe medulla propriè cru-
» rum dicitur. Est autem spinalis medulla du-
rior, & siccior aliis: has seorsum collige, vt
Galenus præcitato loco, & Dioscorides se-
cundo libro docent, diuerso tamen inge-
nio. SEN. Prima medulla crurum ossis cer-
ui est, secũda vituli, tertia bouis. BR. Et me-
ritò per hũc ordinem numerasti, quoniam
Galenus & Dioscorides medullæ ceruinæ
primum locum tribuunt, secundum vituli-
næ, tertium taurinæ, & hircinæ. Sub taurina
bouillam comprehendimus. Germani me-
dullam marck, Hispani tuetano, Cretenses
vulgò emniato, Poloni mozgi vocant. Vi-
tulus autem à Gallis veau, ab Hispanis be-
zeron, à Gemanis kalb, à Polonis czieloxi-
czia, à Cretensibus vulgò muschari dicitur.
Sed Galli bouẽ beuf, Hispani buey, Germa-
ni rindt. Poloni volu, Cretenses vulgò budi
appellant. SEN. Agni medulla sequitur. BR.
Ferrariæ probatissimam habebis, vbi cura
bo, vt ceruinam assequaris. Agnus ab Hispa-
nis cordero, à Germa. lamb, à Polonis bara-
na, à Cretensibus vulgò argni vocatur. SEN.
Post medullas pulmones sequũtur, de qui-
bus statim agemus, si prius hoc flumen tra-
nauerimus. Calefaciunt medullæ omnes, &
humectant, sed pro animalium ratione.

DE PVLMONIBVS, ET TESTICVLIS.

SENEX. Vno tantũ pulmone vtimur nos pharmacopolæ. BR. Ergo & vno corde? SEN. Imò nullo corde. BR. Fortè nulla mente intelligis. SE. Rem nõ accepisti, intelligebam nullius animalis cor nostras officinas ingredi. BR. Tui autem serui animalia sunt. Igitur nec tuorum seruorum corda in officinis habes? SE. Vtinam mendacium esset, & salibus tantùm iocaremur: sed re vera meorum famulorũ corda extra officinam sunt, quia amasiis, & puerilibus deliramentis vacant. Ad rem verò proficiscentes, Pulmonem vulpis solùm medici recipiunt, & nostras compositiones ingreditur. BR. Hũc pulmonem siccatum, potumq; suspirijosis mederi Dioscorides censet. Compositionem habetis ex hoc pulmone probã, & quæ suspirijosis magnopere prosit. Dioscor. & Gale. de pluribus pulmonibus vnà scribunt, quos omnes ad attritus calceamentorum valere iudicant. A Gallis poumon de renart, à Germa. fuchs lungen, id est, vulpis pulmo nuncupatur, à Polonis verò lisziok plucze, & à Cretensibus vulgò phlegmanitis alopus. SE. Vnius etiam animalis testibus vtimur. BR. Cuius? SE. Castoris. BRA. Et castorium dicitur ipse testiculus. Ad tot in re medica valet, quòd (vt Galenus XI. de simplic. medica. facultat. refert)

refert) Archigenes integrum librũ de ipso perſcripſerit, Hoc animal Dioſcorides amphibium appellat: quoniam & in aqua, & terra viuat, ſed potiſsimùm in aqua moratur, ob piſciculos, & cancros, quos ſedulò expiſcatur, & quibus veſcitur. Nos vulgò hoc animal biuaro nũcupamus, Poloni bobrouii ſcroii, Galli Latinũ nomẽ ſequũtur, Caſtor, Germani à pelle, quẽ ſupra dorſum in cauda habet, vt oropygiũ in auibus, biber geil nuncuparũt. Receptũ eſt, & adeò animis hominũ impreſſum, vt nũquã dimoueri poſsit, hoc animal ſibi teſtes amputare, cũ venatores eũ ſequũtur, cùm nouerit cauſam cur inſequatur, aut quia nobis inuidet, ne illã partẽ habeamus, propter quam illũ inquimur. Fingunt autem recentes, cùm eò deuẽtum eſt, vt fugere nequeat, ſibi eã partẽ amputare, quæ mali cauſa eſt: vt hoc anſam dederit pluribus amãtibus, picturas ex hoc animali ſibi fingere. Idẽ Plin. cap. xxx. octaui lib. quãuis III. cap. XXXII. dicat medicorũ vulgus id exiſtimare: at Sextius medicus diligentiſsimus falſum eſſe obſeruauit. Imò adeò paruos, & ſubſtrictos habere, & ſpinæ adhærẽtes, vt adimi non poſsint, niſi vita animalis ſimul adimatur. Dioſc. idẽ ſentit non poſſe adimi, quoniam ſubſtricti, & adhærentes ſunt, quales ſues habent.

Et

Et nos hoc obſeruauimus ter, aut quater in viuis fibris, & mortuis: non ſunt quales ab aliquib. Venetiis vēdūtur. Lutræ ſimilitudinem habet, cauda ſolū differt, & habitu corporis, tñ & lutrarū teſtes ad eadē ferè valēt, ad quæ caſtoreū. In Pōto naſcūtur, & in fluminibus aliquot Hiſpanię frequentes ſunt, & apud nos vbi Padus mari iungitur. Quū annis proximis eſſem cū Illuſtriſsimo Principe Alphonſo Duce Ferrariæ, circa loca eius maritima, vbi dicitur caput Gauri, vulgò Codegoro, in aquis caſtorē cōſpicatus pilo ſum piſcē putabā, ſed nautæ venatores eum ſequebātur. Vnus erat in prora cōtū ferratū habens, alii paulatim nauē ducebant verſus eā partem, in qua fibrū ſubmergi viderant: quū fiber motu exterritus, caput exereret, hic, qui cōtū habebat, illū cōfixit: quē Illuſtriſsimo duci præſentarunt. Ego aūt illum mēbratim diſſecui. Deniq; teſtes, & paruos & ferè dorſo inhęrētes inuenimus. Reperiū tur & eo loco lutræ, quāuis in Neapolitano agro frequētiores ſint. Intra pelliculā caſtorei liquor eſt, qui ceroſus eſſe debet, odore graui, & redolente virus, guſtu mordaci, & acri, friabilis. Ex vno principio, hi teſtes ſunt. Vos autē pharmacopolæ neſcio quid Venetiis pro caſtoreo ematis, quum facilè apud nos haberi poſsit fiber, nec in Pōtum,

aut Hiſpaniam mittendum. Eius morſum euitant inſequentes, quoniam nũquam deſerat, niſi perfracto membro. Ad alia pedem conferas. SENEX. Olea ſequuntur, de quibus ſtatim agemus, quum Alpes iſtas ſuperauerimus. BRA. Imò vt via breuior videatur, inter eundum enumera.

DE OLEIS, QVAE EX MINERA ſumuntur, & quę per expreſsionem fiunt, & quæ igne parantur.

SENEX. Olea, quę mineris innaſcuntur, & ſubterraneis meatibus in hoc ordine carceres habent. BR. Eorum nomina edoce. SEN. Petroleum, oleum de monte Zibio, oleum de ſaxo. BR. De his vbertim in aſphalto, & naphtha prædiximus, addidimúsq; petroleum ex regno Neapolitano adduci, è particulari loco, qui vulgò nuncupatur il Tocho: quanquam & in aliis fiat locis. SEN. Ad olea igitur, quę per expreſsionem fiunt, deſcendam, inter quæ in frequentiſsimo vſu ſunt, quæ ex amygdalis amaris, & ex dulcibus fiunt. BR. De his in fructibus dictũ eſt. Non pigebit tamen addere, quo ad [illegible] perfectius fieri, ſi pellicula circundans dematur. Nec temperare poſſum, quin pinguiuſculum quorundã pharmacopolarum errorem detegam, qui ab Ethologis oleum amygdalarum dulcium emunt in veſicis portant

portantibus, quum tamen oleum seminum lini sit. SEN. Id mihi diebus antè actis accidit: propterea statui deinceps nunquã emere, sed in officina expressis amygdalis parare. BRA. Para & alia, vt oleum seminum lini, oleum ex vitellis ouorum, quod falsò nonnulli pharmacopolæ cicatrices delere contendunt, vt oua à fatuis detrahãt. Nunc tamen mulierum vsus est, ex hoc oleo facies decorare, aut simpliciter, aut alumine, salé- que gemmæ additis. SEN. Itaque ex seminibus cucurbitę oleum parabo, ex glandibus, atque nucibus. BRASAV. Oleum ex nucibus in vsu medico non videtur. HER. Saltem ad accensas lampades seruandas habendum. SENEX. Tamen & multis ægritudinibus succurrit. Quomodo fieri oporteat, Dioscorides secundo libro ostendit. HER. Cur aliarum nationum vocabula prætermittis? BR. Vt tibi morem geram exarabo: Galli oleũ huille, Hispani azeytes, Germani oel, vel oeuel, e supra o ponentes, & sono quodam inter o & e medio proferentes appellant. Nuces ab hispanis nuezes, à Polonis orzech, à Gallis nois, à Germanis nuss vocantur. Linum Germani, & Galli lin, vel Germani lein, Poloni len, Hispani, vt nos, lino dicunt. Ouum œuf Galli, Hispani iueues, Germani ey, Poloni iayt, nuncupant. Oleum cucur-

bitæ, ab Hiſpanis azeites de pepitas de calabacas, à Gallis huille de courges nominatur, Glandes Hiſpani bellotas, Galli glans, Germani eichel, Poloni zolexcz vocant. SE. Perſicorum oleum, & chryſomelorum ſequitur. BRASAVOLVS. Ex horum ſeminibus oleum fit, non ex fructibus. Tamen perſicorum oleo rarò vtimur, quoniam eius loco amygdalarum amararum oleum ſumitur, quanuis ex perſicis oleum exiccet magis, quàm ex amygdalis amaris. Per chryſomela autem quid intelligis? SENEX. Fructus illos, quos muniacas appellamus. BRASAVOLVS. A Germanis amarellen vocantur. Dioſcorides in cotoneorum genere, chryſomela numerat. Colorem aureum, & ſuauiſſimum odorem habent, & per coſtas diſtincta ſunt. Alii melimela eſſe à melleo ſapore, quæ à Varrone muſtea appellantur, propter celeritatem miteſcendi: & re vera nullum pomum celerius miteſcit noſtro dicto Armeniaco. In perſicorum genere, aut prunorum potius numeranda ſunt, quę Armeniaca nuncupamus, quoniam, vt inquit Plinius, ex Armenia delata ſunt. Nos vocabulum corrupimus, & muniacas, quaſi Armeniacas vocamus, quæ Palladius inter Perſica numerat. Oleum ſeminum horum fructuum hæmorrhoidum doloribus ſuccur-

rit,

rit, & à vobis pharmacopolis in hoc vsu tantùm fit. Hominum ingenium, quod nunquam desinit noua rimari, per varias insitiones, medias quasdam arborum species, vel indiuidua inuenit, quæ nunquam excogitauit antiquitas: nos vulgò albercocco vocamus fructus inter Persicum, & Armeniacum medios, cuius sapor nonnihil etiam Persici repræsentat. Appellant Germani Persicum pfersin, Poloni brzoseinya. SENEX. Glandis oleum sequitur. BRA. Apud authores glans vnguentaria reperitur, quam nos vulgò been Arabico nomine vocamus, balanus ab antiquis, & balanus myrepsica. De balanino oleo Dioscorides primo libro tractat, quod nos vulgò oleum de been nuncupamus. SENEX. Nunc de hoc oleo non loquor, sed de oleo ex roborum glandibus facto. BRASAVOLVS. Esto Ferrariæ exprimes, nunc autem glandes in his montibus colligе, ex robore tantùm, non ex illice, aut altera arbore, quanuis suas vires, & hæ glandes habeant. A Polonis glandes zoloxcz vocantur. SENEX. Laurinum oleum sequitur. HERB. De hoc in herbis scriptum reliquimus, vbi omnia, quæ ex hac arbore colligi oporteat, monuimus. In his montibus baccas collige, quas ad oleum conficiendum Ferrariæ exprimes. Sunt enim hîc effica-

tiores quã Ferrarię. Tamen frequentiſsimè lauri Ferrariæ virent, & aliquot locis adeò Ferrarienſe ſolum amat, vt ferè ſponte creſcat. Veſtalium virginum pudiciſsimarum, probatiſsimarúmque cœtum noſtra patria habemus, inter quas nonnullas ſanctas numerare poſſem. Corporis Chriſti ſorores nuncupantur. Clauſtrum habent, in quo adeò creſcunt, pullulant & multiplicantur lauri, vt vix recidentes agere poſsint quin vbique ſcaturiant, imò ipſis inuitis pullulant. s E. Eſtné clauſtrum illud, in quo Illuſtriſsimi Ducis filia moratur? BRA. Illud eſt, in quo Eleonora Eſtēſis virgo pudiciſsima, huius mundi illecebris ſponte derelictis, vitam ſanctiſsimam viuit, & in continua Dei obſequia ducit, quæ veluti morum ſpecimen ac ſpeculum, aliis optimè probatiſsimèque viuendi exemplar incōparabile tribuit, Ipſamet etiam à patre prius inuito, qui filia vnica ſpoliari nolebat, ſeſe diuinæ ſpeculationi, & Chriſti obſequiis tradidit, & Domina, ac Imperatrix, aliarum imperio ſemet ſponte ſubiecit. Literis diuinis operam nauat ſedulè, & nulla eſt liberalis ars, in qua non ſit exquiſitè verſata. Sed pro hoc oleo Dioſcoridem primo libro cōſule. s E. Certè (vt de ipſa audiui) ſemper in melius proficit. Oleum de ſpica ſequitur. BRA.

Apud

Apud vos duplex oleum de spica reperitur. Odoratum vnum. Alterum simpliciter de spica nuncupatum. Sed apud antiquos odoratum solùm de spica reperitur, quod nardinum vocant. Apud nos confectum suauiter non olet, quoniam ex herba vulgò dicta lauandula, & non ex nardo fiat. Sunt nonnulli qui lauandulam nardum Gallicam credidere: imò Genuæ multi ex lauandula nardinum oleũ magno errore parant, quum apud ipsos vera nardus sit. Alii, quum lauandula ab indigenis aliuca nuncupetur, saliuncam apud antiquos esse existimarũt. Alii libanotidis coronariæ speciem cẽsent. Oleum, quod apud nos fit, viride est. Si autem ex Gallia deferatur, aut ab aliquibus Genuensium officinis, flauescit, & magis redolet. Diuersis modis conficitur, per expressionem seminum, vi Solis, aut ignis, sub terra ad statutum tempus in vitreato vase conditur, vt Nicolaus in eius antidotario præcipit. SENEX. Oleum myrtinum sequitur. BRASAVO. De hoc à Dioscoride primo libro, & myrteum vocat. SENEX. Sesaminum oleum sequitur. BRA. Sesamum in Græcia, & Aegypto frequentissimum est: imò nullum alterum oleum in cibis, & vsu habent Aegyptii: Græci & oliuarum oleo, & sesami no vtuntur, sed ad dulcorandum panem se-

ſamum addunt. Plinius libro decimooctauo, capite VII. illud tractat, & eius effigiem pingit. Dioſco. vires tantùm tractat. Arundinem habet, vt milium, ſed ampliorem, & radicem numeroſioré, quàm milium. Caulis eſt ferulaceus: propterea ſolum vehementer emacerat. Foliaceum florem habet, & grana eius in ſiliquis diſtincta ſunt vt lupini. Candida grana magis probantur, & dulciora ſunt. Ex his granis expreſsis Dioſco. more primo libro oleum fit, in medico vſu, & coquinario. Antiquitus in Italia ſerebatur, vt Columella ſcribit, & Plinius. ſed nũc non ſolùm non ſeritur, imò nec noſcitur. Nõ deſunt autem, qui putarint grana quædam, quæ in Ferrarienſi agro nuper ſeminari cœpere, ad oleum parandum, ſeſamum eſſe: & re vera optimum oleum ex illis granis efficitur, quo magnificus Albertus Bendeus vtitur. Tamen nec caulem, nec florem ſeſamo ſimilem habet, ſed ſylueſtri raphano potius. Promiſerat Illuſtriſsimus Alphonſus Ferrariæ Dux ex Græcia ſeſamum haberi curare: at morte præuentus non potuit. Verùm Illuſtriſsimus Hercules Dux nuper electus patris promiſſa reintegrauit, ſpopondítque in Bondonii campis latum agrum daturũ, vt ſeratur: nam ſummè terram emacrat. Sed Bondonii campi luxur

luxuriant magis quàm oporteant, & lætissimè, ac fertilissimè cultoribus respõdẽt, vt facilè exhauriri non possint. At cùm M. D. XXXV. Neapolim equitarem cum Illustrissimo patrono meo Hercule Ferratiæ Duce in Campania sesamũ vidi, atq; colligi, Ferrariæ seminaui, oritur ægrè. Neapoli copetas mirè sapidas faciunt ex sesamo, quem vocant georgeoleon, ab Hispanis alegria dicitur. Neapoli pro lacte mulierum augendo sesamum edendum præbent. SEN. Olea, quæ per expressionem fiunt, expedita sunt: ea sequuntur, quæ igne paramus, & à iuniperino scheda nostra initium sumit. BRA. Ex iuniperi ligno hoc oleum dupliciter fit aduersus pestilentem morbum apprimè valens. In duplici vase conficitur, quorum alterum perforatum in altero sit, & igne circundetur, vt recentes docent. Fit etiam ex iuniperi baccis, sed per expressionem, vt alia, quæ ex seminibus parari Dioscorides monuit. A Gallis iuniperus geneure, ab Hispanis genebro, à Germanis vrahelderbeer, id est, baccæ iuniperi, vt vel krommetbeer, id est, baccæ turdorum nuncupantur. SEN. Tartari atq; sulphuris olea sequuntur. BR. Et hæc vi ignis fiunt. In tua officina Ferrariæ assequeris. Sulphur, Galli soufre, Hispani enxufre, Germani schuebel vocant. SEN.

Vitrioli oleum accedit. BRASA. In chalcantho, oleum fieri admonuimus, quod non solùm homines, sed & arbores interficit: ideò in secessu parandum vbi nullus habitet. Albucasis, & alii recentes modum conficiendi ostendunt. Sat est nobis veluti per transennam res ipsas ostendere, & , quum occultæ sunt, detegere. Conficiendi verò modos à recentibus discas, ne ab ipsis eorum labores sumere videamur. SENEX. Terebinthi oleum occurrit. BRASAVOLVS. Nos alio terebinthino oleo vtimur, quàm antiqui fecerint, quippe ex terebinthina, imò potius ex laricina vi ignis oleum educimus multis ægritudinibus aptum. Antiqui verò (vt Dioscorides primo libro ostendit) ex terebinthi seminibus parabant, eo modo, quo myrti semina ad oleum exprimuntur. Nos terebinthi seminibus caremus: ideo illud, quod vi ignis fit, ex vera terebinthina, non ex laricina, habere curabis. SENEX. De oleis expeditum est. BRASAVOLVS. Cur oleum ex maturis oliuis, & immaturis prætermisisti? tamen per expressionem fit. SEN. Quoniam Ferrariæ copiosè habeo. BRASAVO. Adde in fructibus pertractatum esse: miror autem cur tam pauca olea seruetis. SENEX. Plura in vsu non sunt. BRASA. Ad cicatrices delendas, vel potius remittendas, & emolliendas

tereb

terebinthinum oleum summè proficit, his demptis, quas varioli reliquere. SENEX. Ego autem singulis annis ad variolorum stigmata eius olei copiam vendo. BRA. Decipiuntur, qui pro variolis emunt, vt experiri licuit in magnificis compatribus Renata Subisia Galla virgine pudicissima, & Comite Bonifacio Biuilaqua nobili egregio. Hi enim simul cum magnifico Federico Quamo Lucretiam natam ad vndam baptismatis eleuarunt anno à Christi ortu M.D.XXXIIII. decimoquarto calendas Octobris, quæ in lucem prodierat quinto idus Septembris. Sed hæc omittamus, quæ ad nostram nihil faciunt. Interim alia prosequaris. SEN. Nihil aliud in mea scheda reperitur ad officinam nostram necessarium. BRASA. Nos impræsentiarum olea ex quacunque re, vi ignis educere scimus, quæ odorem, & saporem rerum, ex quibus fiunt, mirè seruant. Vbi olea reliquisti, quæ ex floribus & herbis fiunt? SEN. Hæc data opera omisi, quoniam Ferrariæ in mea officina optimè paro. BRAS. Erant & illa numeranda, ne quidquam hic scriptum desideretur. SEN. Nihil antiquius mihi esset, quàm hæc tecum dulci colloquio discutere, vt nostris simplicibus medicamentis nihil desit inconsultum. BRA. Iam vrbis mœnia videri incipiunt, &

summ

summa turris Rigibelli cacumina apparãt: pilea quatiamus, vt ab hoc ingẽti puluere liberemur. SE. Domi cõmodius fiet: quippe decet peregrinum hominem multo puluere aspersum esse, eum præsertim, qui ex horridis montibus descẽderit. BR. Cras ad te diluculo accedã, vt olea omnia ex herbis, & floribus, quorum in officinis vsus est, recẽseas, ne quidquã nostro sermoni de his, quæ in quotidiano vsu tractatis, deesse videatur. SEN. Vt compositiones recta trutina expẽderes optarim. BR. Hoc acturus sum, & iandiu cœpi: tibiq; pro nostra antiqua, & recenti amicitia satisfacere decreui, cõposita omnia ad antiquorum compositiones comparare, & vbi recentes sunt aliquæ compositiones, eas per componendi normas examinare. Nunc aũt vale, & olea omnia, quæ in officinis habetis, simul collige. SE. Id lubẽtissimè faciam, nec graueris ad me tempestiuè accedere, quoniam ego expeditis nonnullis, ero tecum in prandio. BR. Interim igitur vale.

DE OLEIS, QVAE EX FLORIBUS & herbis fiunt.

SENEX. Saluus sis, mi Antoni Musa, superior nox annus visa est, quippe vehementer opto præcitata olea enumerare, & recta trutina speculari. Olea in primis scripta sunt, quæ ex herbis, aut florib. infusis, postea expr

ol. Rosatu

expressis fiunt, quorum primum rosatum est. BRA. Non est opus ea enodare, quæ ab aliis authoribus ad libellam tradita sunt. Dioscorides primo libro modos conficiendi oleum rosatum, vel vnguentum (vt ipse vocat) ostendit. Nam & quod vnguentum Galenus vocat, in his, in quibus multa non sunt mista, oleum vocari potest, à quo Mesue omnia ferè sumpsit. Tu hos authores insequeris, & completum Mesue, & non completum præparabis, nec ex omphacio parare despicias. Ad hæc autem agenda olea sumes graui odore minus affecta: nam illi profectò delirant, qui ex amurca olea conficiunt. Tu ex perfectissimo oleo facies, quod floris, aut herbæ odorem vehementius seruabit. Idem oleum rosaceum ex oleo sesamino fieri posset, & ita Aegyptii faciunt. Verùm sesamino oleo caremus, propterea ex oliuarum oleo paramus. Illos tamen non laudo, qui ex amygdalino facere tentant. SE. Oleum violatum sequitur. BRA. Eadem ratione fit, nisi quia in oleo amygdalarum dulcium parari conuenit: & tunc eo potissimùm in pectoris ægritudinibus vtimur, sed ex oleo oliuarum inflammationibus etiam succurrit. At vnum ambiguum est, in quo nonnunquam pharmacopolas disceptantes audiui, quid ad conficiendum oleum sumendum

ol. amygdal dul.

dum sit, flores an herba. Nos simpliciter in oleo florem poni oportere, certi sumus. Nec te prætereat, & si in his oleis per infusionem factis flores, & herbæ exprimãtur, proiician tur, quàm nihil impediri etiam si in oleo continuè relinquantur. SEN. Oleum de absinthio, & chamæmelinum sequuntur. BRA. De absinthio ex herba, Chamæmelinum ex floribus perficitur. Illos autem ineptè agere arbitror, qui ex parte lutea separatim, & ex albis foliolis olea diuersa parant, quum potius ex herba, & floribus seorsum paranda sint. SENEX. Anethinum, liliorum alborum, & rutaceum sequuntur. BRASAVO. Anethinum, & rutaceum ex herba fiũt, quæ perfecta sit, & præsertim cacumina sumenda. Rutaceum apud Mesuen sit, myrtini more. Tu Mesuen & recentes legas, qui variis modis conficiunt, de quibus seorsum agemus. Sunt enim qui succum addant, & qui minimè, & qui igne bulliant, & qui feruori Solis relinquant, & qui vtrunque agant, vt per aliquot dies Solis radiis calefiant, postea igne perficiant. Nos simul vno volumine modos omnes parandi olea edocere cœpimus, plures alios à chymistis inuentos addentes. At oleum liliorum alborum multis modis fit. nam compositum reperitur, quod recipit mastichen, calamum aromati

maticum, carpobalsamum ad quantitatem vnius vnciæ, pro quolibet caryophylla. Cinamomum ad quantitatem semiunciæ. Croci ad quantitatem trium drachmarum, folia liliorum alborum, id est, florum 5 folia ad quantitatem nouem vnciarum. Deinde in vitreo vase condantur, & duas libras perfecti olei oliuarum superinfunde, & è regione radiorum Solis per quadraginta dies serua. Denique exprime, & pro exquisito vē 10 des. Non desunt, qui hoc vocent oleum lilio rum ex speciebus, quum potius compositio fit, quàm inter simplicia medicamenta numerandum. Simplex autem eo modo fit, 15 quo & alia suprà dicta, vt recentiores ostendunt: quippe qui plura antiquorum oleis experientia ducti addidere. SEN. Oleum de mentha, & de maiorana sequuntur. BRASA. Ex mentha, & menthastro seorsum fieri 20 potest: & nostræ etiam mulieres ad roborandum ventriculum ex Florentina mentha conficiunt, quam nonnulli sisymbrium arbitrati sunt. De amaracino oleo eadem ratio est, quanuis Dioscorides duo vnguenta parari iubeat. Vnum amaracinum, alte 25 rum sampsucinum appellans. Amaracus perfectissimam, & probatissimam speciem habet, quam ex Galeni sententia in Antidotis marum appellari censeo. Eam autem esse

esse iudico, quam nos gentilem, id est, nobilem maioranam vocamus, suauius spirãtem alia. Ex hac igitur, & altera minus odorata olea seorsum parare studebis. SEN. Oleum nenufarinum sequitur. BRASA. Ex ambabus nymphææ speciebus, alba, inquam, & lutea, seorsum olea conficere oportet, ex omphacio potius, quàm maturo oliuarum oleo, quoniam frigiditas in eo expetitur. SENEX. Oleum de cheiri succedit. BRASA. Arabes, imò potius recentes, vocabula peruertere. nam quod Græci leucoion, ipsi cheiri appellant. Est autem ad omnes violas commune nomen: tamen vsus fecit, vt ex luteis tantùm, & albis eodem modo paretur, quo de aliis docemur, & recentes ostendunt. SEN. Oleum de sambuco occurrit. BRAS. In his nominibus recentiores lõgè aberrarũt. Sambacinum, & Sambucinum, primũ oleum ex Iasminis significare videtur, quoniam sambac, aut zambac apud Serapionem Iesemin. num sit. Aliud ex sambuco. Sed de hac re in floribus exquisitius tractauimus. Nunc de sambucino, id est, ex sambuco facto, sunt qui ex floribus parent, alii ex acinis. quos non despicio, sed ex floribus potius factum eligerem. Eos autem non probo, qui ex interiori medulla conficiunt. SE. Oleum de cheiris accedit. BRAS. Pulcherrima herba est,

&

& theca, qua semina conduntur, pulcherrima, echinus videtur: præcipuis etiam viribus insignitur. Tamen apud antiquos nusquam reperitur herba cochia: nam à vesicariæ generibus longè abest, si quis omnes recte perpendat. Quod autem à recentibus Momordica appelletur, ad antiquam cognitionem nihil facit. Oleum variis modis paratur, & per infusionem, vt prædicta, & sub terra per multos annos defossum, & per coctura, sitque ex echino foliis seorsum, & seminibus. SEN. Quibus proficit hoc oleum? BR. Quod sub terra conditur, venarum hæmorrhoidalium doloribus succurrit. In genere id oleum oës dolores sedat. SE. Oleum de papauere sequitur. BR. Et si multæ sint papauerum species, vna solùm potissimũ vtimur, albo, inquam, papauere. Ex hoc oleum conficitur, quanuis & ex nigro dormitioni aptum parari possit. Quippe eo temporibus inunctis, naribúsve sublinitis pro meconio vti poterimus. Ex seminibus fit, quum & ex floribus fieri conueniat. SE. Oleum Irinum sequitur. BRAS. Ex Iride fit hoc oleum, sed vario modo: nam aliqui ex radicibus, alii ex floribus parant. At in communi ferè vsu est ex radicibus, floribus additis in dupla portione, & aqua decoctionis radicum, deinde oleum sesaminum, aut maturarum

oliuarum infundunt: denique in vitreato va
se bulliunt, itaque variis viribus permutan
do faciunt, vt in oleo rosaceo Dioscorides,
& post ipsum Mesue ostéderunt. SE. Oleum
de hyperico sequitur. BRA. Rutam syluestré
ab antiquis etiam Ascyron in herbis appel-
lari monuimus. Recentes ex foraminibus,
quæ in foliis videntur, si è regione Solis, aut
lucis alterius conspiciatur, perforatam vo-
cant. Id oleum variis modis conficitur: sunt
qui in vitreatum vas flores simpliciter po-
nant, & per se vi Solis oleum educi finant.
Alii sub terra condunt, alii infundendo pa-
rant: sed hi duobus modis vtuntur, vno ex
solis floribus, altero pluribus mistis rebus
in hunc ferè modum sumentes cacumina
Ascyri, id est, à nobis vocati hypericonis, ad
quantitatem trium vnciarum, & in vinum
odoratum infunduntur, trium dierum, & no
ctium curriculo. Mox duplici vase optimè
obturato bulliat. Denique exprimantur, &
abiiciantur cacumina, in eodemq; vino ean
dem quantitatem cacuminũ Ascyri infun-
dito totidem diebus, ac noctibus. Postea ad-
de terebinthinæ vncias tres, olei veteris vn-
cias sex, croci scrupulum vnum. Misceantur
hæc, & in duplici vase (vt inquiunt) coquan
tur, quoad vinum euanescat, postea in vi-
treato vase, vitreó ve seruato. Verùm non est

opus

opus hæc longius enarrare, quum à Mesue, & recentibus luce clarius ostendantur. SEN. Equidem harum compositionum pleni codices sunt. BRASA. Imò & ad composita medicamenta potius spectant, de quibus post simplicia agere promisi, nec promissis frustraberis. Nihil enim gratius habeo, quàm bonis viris inseruire. Imò & olea, quæ simplicia sunt, id est, ex oleo & flore, vel herba, inter composita medicamenta numerabantur. SENEX. Olea nunc sequuntur, quæ per decoctionem, & vi ignis fiunt. BRA. Omnia per decoctionem, & vi ignis fieri possunt. SE. Verum est: at in subscribendis vsus ignis potissimùm requiritur. BRASA. Subscribas cito. SE. Oleum de spica nardi. BRASA. Quod ex Gallia affertur, emere suadeo. Ex India ratò comportatur: apud nos ineptum est, & non ex nardo, sed potius ex dicta lauandula fit, quod nonnulli balsaminum vocant, & pro opobalsamo vtuntur. SE. Oleum de cydoniis occurrit. BRA. Ex ipso pomo, & floribus etiã fieri potest. SE. Oleum de mastiche accedit. BRA. Hoc cum vino fit, & sine vino, & ex oleo sesamino, & ex rosaceo. SENEX. Oleum de scorpionibus sequitur. BRASA. Et hoc duplici modo fit, ex scorpionibus, & oleo, in quo suffocati sint, & per triginta dies in sole seruati. Alter modus, Aristo-

lochiam gentianam,cyperum,corticem radicis capparorum,& oleum amygdalarum amararum recipit:quod potius compositio est,quàm simplex oleum, vrinam mirificè proritãs,si pecten vngatur. Galli scorpions, Hispani scorpiones hoc animal appellant. SEN. Oleum vulpinum accedit.BR. Ex viua, & integra vulpe ab aliquibus paratur, quã in oleo animam reddere cogunt. Id non probo vtpote stercora,& vrinam recipiens.Alii interaneis ablatis ex oleo faciunt.quos probo.Galli vulpem renart,Germani fuchs vocant.SENEX. Oleum de piperibus accedit. BRASAVO.Compositio amplæ est, non simplex medicamentum.SENEX.Oleum myrtinum sequitur.BRA. Myrtinum supra Dioscorides ex expressione baccarum fieri admonuit:sed alter modus est per decoctionem,aut infusionem.SENEX.Oleum de cyparibus accedit.BRA. Et hoc inter composita enumera,quoniam ex corticibus radicũ capparorum,iride,agno casto,tamarisco,vino,& oleo fit. Nuper ex capparorum floribus paratur:quoniam Ferrariæ plantari cœpere cappares, & prodeunt. Lienis durities mirificè soluit.SE.Oleum de castoreo occurrit.BRA.Per decoctionem fit.SENEX. De euphorbio accedit.BRA.Dum fit, summoperè cauere oportet, ne euphorbii puluis os ingredia

grediatur,& in ebulliendo fumus euitãdus. Fit ex hoc genere compositum, & simplex: eadem ratione & de castoreo. SEN. De lumbricis terrestribus oleum sequitur. BRAS. Et hoc præter lumbricos alia recipit, quan- 5
tuis & simplicissimè etiã paretur: quam ob rem Mesuen,& recentes in his parandis speculeris. SEN. Oleum lacertarum postea occurrit. BR. Ex lacertis simpliciter fit eo modo, quo est scorpionibus parari nouisti. quod 10
duplex est: vnum ex communibus lacertis, quæ per domos nostras, & parietes versantur. Alterũ ex viridibus lacertis, quæ Latinè stelliones, vulgò leguri dicuntur. Et hoc ex viuis lacertis ab aliquibus fit: ab aliis ex 15
mortuis,& exenteratis, ne stercora oleo innatent. Lacertas Galli lafert, Hispani lagardixa, Germani eidox, Poloni iaszurka vocant. SENEX. Costinum oleum sequitur. BR. Inter composita numerãdum est, quoniam 20
recipit costum, casiam, sampsuci cacumina, vinum, & oleum sesaminum. Nunc verò in tua officina hoc oleum parare desinas: quia cocto caremus. Nam radix ea, quam pro co
sto vendunt pharmacopolæ, à Costi notis di 25
stare Dioscorides,& cæteri antiquiores suis descriptionibus ostendunt. Tamen facile est ex Arabia Venetias ferre costum, facilius ex India, facillimum ex Syria. Plurimum odo-

rem habere oportet,& eximium,quali caret coſtum veſtrum,nec candidum eſt, guſtúve mordicat,vt verum coſtum facere oportet. His autem omiſsis,ad alia te conferas. SEN. De oleis expeditum eſt,quæ in officinis habemus,niſi aliquod incuria omiſerimus. BR. Plura tamen alia ab authoribus ſcribuntur. SENEX. Hæc ſolùm in vſum venere, quanuis & à Meſue alia quædam ſcribantur. Quicquid ſit, idem ferè modus eſt omnia componendi: & recentiores chymiſtæ nouos quoſdam modos inuenere,quos partim ore,partim in ſuis editis voluminibus didici. Verùm quum hac nocte omnia, quæ nobis accidere perpenderem, & collecta ſimplicia mentis acie contemplarer, nonnulla in mentem venere,omiſſa quidem, ſed neceſſaria,vt ſcilla. BRASAVO. De hac in ſuccis diximus. SENEX. Teſtudines. BRASA. Quadrupedia ſunt nobis notiſsima,vel ex nemoribus,aut mari capiantur. Marinæ teſtudines pedes habent ad ambulādum ineptos,quippe alæ videntur, quibus pro remis vtuntur. Quas nos marinas dicimus, albo cortice tectas,& nigris quibuſdam ſignis vermiculatas,ex mari non ſunt,ſed maritimis nemoribus, & ſabuloſis. Noſtra autem nemora, & fouearum aquæ nigras faciunt. Marinæ rariſsimè à nobis videntur,id eſt, quæ

ex

ex mari, non maritimis nemoribus: quia has frequentiſsimas habemus. Annis ſuperioribus magnifica Eleonora Fliſca vnam verè maritimam habebat, & ingentem, quę pedes in modum alarum ad natandum habebat, ad greſſum ineptam. Gallanæ à nobis, ab aliis Tartugellæ, à Polonis zoluie, ab Hiſpanis Gaiandre, à Cretenſibus vulgò chelones, à nõnullis Biſſæ ſcutellariæ vocantur. SEN. Etiam leporinis pilis vtimur, quos ſzierzchl zaiaxcza Poloni, & Cretenſes vulgò Maglia tu lagu vocant. BR. Quid opus eſt, rem tam notam deſcribere, quam Galli lieure, Hiſpani liebre, Germa. has vocant, & haſenhor, id eſt, leporis pilum. De his finiuiſſem, niſi in mentem veniſſet, ſummos philoſophos ſcriptum reliquiſſe lepores promiſcui generis eſſe, quod etiam cuniculis, & paſſeribus adſcribãt. Nos autem manifeſtiſsimè in his marem, & fœminam deprehendimus. Quippe inſtitutum eſt nobis, omnia, quæ poſſumus, experiri, nulli ſumptui, nec labori parcentes, in his præſertim, quæ ſupra humanam rationem ab antiquioribus ſcribuntur. SEN. Caligine etiam vtimur. BR. In vnguentis potiſsimũ fuliginis (ita enim Latinè vocatur, non caligo) vſus eſt, fumi pars eſt, quæ parieti inhęret. Quippe fuliginem fumum craſsiorem

condensatum vocamus, Germani rueſt, Poloni ſadze, Hiſpani holliri, Neapolitani fulinia, Cretenſes vulgò capgna vocant. SEN. Ballæ marinæ, & ſpongiæ etiam in mentem venere. BR. Idem ferè eſt harũ rerum vſus. Marinæ ballæ, vel pilæ magis nuncupandæ, arefacientem naturam habent: quid ſint, nuſquam apud antiquos reperi: in ſpongiarum genere eas repono, quanuis zoophyta non ſint, id eſt inter plantas, & animalia media, qualia ſpongiæ ſunt, ex maris ſpuma ad littora colliſa, & cuiuſdam herbæ minutiſsimis feſtucis fit. Nonnulli ex fractis ſpongiis, & ſpuma, alii arte faciunt ex glutino, & taurinis pilis ignaros pharmacopolas decipientes. Ita fit maris impetus in maris æſtus, in minimas feſtucas herbam reddit, & ad litora detrudit, quæ miſta ſpumæ cõglobantur, & ob motũ ſupra litus ex fluctu collidente in gyrũ tenduntur, & pilæ formam, à Cretẽſibus vulgò ſochioſcato, à Polonis morskagoxbka dicunt. Ad ſpongias accedamus, apud antiquos tria tantũ ſpongiarum genera inuenies, quę per marem, & fœminam, per denſum, & molle diſtinguuntur: & ſuis nominibus appellantur, tragos, manæ, imauos, Achilleum. Tragos ſpongia eſt ſpiſſa, dura & aſpera in marium genere. Manæ, imauos, minus ſpiſſa & mollior eſt.

Achil

Achilleum, tenuis est spongia densa ad penicillos apta. Mas fistulas habet minores, fœmina latiores, quoniam per illas fistulas nutrimentum sumunt. Nos varias spongiarum distinctiones habemus, quas antiqui, aut nō nouere, aut data opera reliquere, vtpote quæ in suis contineantur. Nos enim coloribus, figura, & magnitudine distinguimus. Dioscorides albam fieri arte docet libro v. Imō candidam si mollissimè inuersæ, id est, parte concaua, sursum spectante, lanuginosa maris spuma aspergantur, & insolentur, eriam si nox calida sit, radiis lunæ supponitur, eadem maris spuma, quam ἅλος ἄχνον vocant, aut marina aqua consperſæ. Plinius de spongiis omnia ferè sumit, quæ ab Aristotele v. de animalium historia scripta relinquuntur. Figura distinguimus, & magnitudine, quoniam aliquæ oblongæ, aliquæ minus, aliquæ latæ, aliq; rotundæ, aliquę crassæ, aliæ subtiles, aliquę tuberosæ, aliæ planæ. Subtilioribus, molliori-busq; spongiis ad fométa vtimur, sicuti antiqui Rhodiacis ad eadem, quia molliores, & pro dilatandis vulneribus, his vtimur, ex terebinthina: ad alia verò crasioribus, & asperioribus. Maioribus ad cisternas vtimur, vt aqua purior descendat. Poloni gamka, Cretenses vulgò spōgari vocant. Nonnulli

pharmacopolæ pro ſpongia, re quadam vtuntur intus lanoſa, quam aliqui maris ſpumam arbitrantur, quoniam apud Dioſcoridem halos achne, id eſt, maris ſpuma, ſpumoſa maris lanugo dicatur. At re vera non eſt maris ſpuma, quã pro illa ſumitis. Quãdoque arbitratus ſum, vrticam marinam eſſe: quoniã ſi aperiatur, internæ partes manum vrunt, veluti vrtica herba. quod in antiquiori ægrius, in recenti vehementius fit, vt in vrtica herba etiam contingit. Facillimum eſt ſpumam maris habere circa ſcopulos colliſam. At re ad libellam perpenſa, quid eſſet id à vobis ſpuma maris appellatum, ſpongiæ figuram habens præduræ, aut pumicoſum inueni. Nam Dioſcoridis, Galeni, & antiquorum alcyoniũ eſſe certè conſtat. SE. Quod igitur à nobis ſpuma maris dicitur, apud antiquiores alcyonium eſt? BR. Equidem. SE. Gaudeo plurimùm apud me alcyonium latere, quod diu videre optaui. BR. Sed aliqui veſtrûm, primam ſpeciem habent ſpongiæ ſimilem, alii quintam ſpeciem, quæ pumicoſa eſt. At ſeorſum haberi debent: quoniam, vt Dioſcorides refert, variis rebus accommodãtur. Plinius quatuor genera ſolùm enumerat, & in aliquibus à Dioſcoride diſsidet. Illi errant (non tamen ſummè, quia hæc omnia exiccandi vim habent)

bent) qui alcyonium antiquorum, id est, ab ipsis vocatam spumam maris, pro vera spõgia sumunt. SEN. Nescio vnde ortũ sit, quod nos alcyonium spumã maris appellemus. BR. Ego autem scio: vos pharmacopolæ barbaros potius imitamini, quàm probos authores. At Serapio capite CCCLXXXVIII. de alcyonio tractat sub hoc nomine spuma maris, quod videre licet, illum Dioscoridi, & Galeno conferẽtes, Nam eædem species, & eædem vires à Serapione in spuma maris assignantur, quæ à dioscoride, & Galeno in alcyonio. Propterea eius interpres in illius capitis lemmate potius de alcyonio, quàm de spuma maris inscribere debebat. Quippe Serapionis nomen est Zebethalbahar. Fuit ergo in causa Serapionis interpres, vt verum alcyonium spumam maris appellaretis. Tamen Dioscorides ab indigenis etiam Bembici Insulæ Propontidis alcyonium ἅλος ἀχνὸς, id est, maris spumam nuncupari dicit: & re vera ex spumæ collisu fit. SENEX. Audieram alcyonium cuiusdam auis nidum esse. BRA. Ita nuncupatur, quoniam alcyones aues maris tranquillitatem, & summam maliciam ostendentes, earum nidos illis ferruminant: proprerea & tu prius decipiebaris, & alii, qui putant alcyonium nunquam vidisse, quod singulis

dieb

diebus tractant, SENEX. Idem igitur sunt salis spuma, aut maris spuma, & alcyonium. BRAS. Non idem, sed diuersa: imò ab authoribus diuersis capitibus tractatur, tamen ab eodem principio nasci, & in viribus quodam modo cõuenire certum est. Quam verò maris spumam nunc appellatis, & pro illa publicè venditis, alcyonium est, & non maris spuma. Ad spongiam redeuntes, Plinius sui temporis medicos vellicat libro xxxi. capite vltimo, qui ad duo nomina spongias reddidere. Ad Aphricanas, quarum firmius sit robur, & Rhodiacas ad fouendum molliores. Nos vehementius conqueri oportet, quoniam nostro ævo medici, & pharmacopolæ ad vnum nomen reddidere, communissimum inquam. Nam quum spongiis indigent, nihil aliud instituunt, quàm spongia vna, aut duæ recipiantur. Nonnullos tamẽ demo, qui molle, & asperũ addunt. Ex Græcia, Illyria, & orientalioribus partibus Venetias afferuntur: tamẽ & in nostro mari spongiæ nascuntur, sed minores. Nos spongias propè Comaclium paruas quidem, sed valdè molles collegimus saxis inhærentes: non desunt, qui lanuginem quandam supra ostreorum conchas innatam pro spongiis seruent, & ea, quum opus sit, vtãtur, quum potius mu-

sci ma

sci marini genus sit, quàm spongiæ. Imò è contrario intra spongias astreæ pisciculi, & lapides inueniuntur. Ostreis, & pisciculis nutriuntur. In tua officina omnes spongiarum species habeas. A nobis plures spongiarum differentiæ visæ sunt, quàm ab antiquis enumerẽtur. Studebimus interim species omnes oculata fide secernere, & quibus locis inueniantur. Lapidem quoque, qui intra spongias natiuus reperitur, habere oportet: nempe vesicæ calculos minuit. Ob id Plinius lib. xxxvi. cap. xix. Cysteolithos vocari censet, quia vesicæ medetur. Serapio tamen de hoc lapide agens cap. xvi. eos reprehendit, qui ad lapidẽ vesicæ valere prodiderunt. Imò, inquit, renum lapidi tantùm occurrit. Tamen in calce eiusdem capitis palam sibi aduersatur inquiens: Et lapis in spongia inuentus, contra lapidem vesicæ cum vino sumptus valet. Denique illud addam, antiquos medicos affirmare, nusquã diutius spiritum durare, quàm in spongiis: propterea qui pestilenti morbo affectos curant, spongia aceto aspersa circa nares, & os ponunt, ne infectum aerẽ trahant. Et ad alia plura antiqui spongia vtebantur, vt ex ipsa spiritum traherent, non ex libero aere ob aliquam infectionem. Quod genus remedii Apospongismon vocabant, præsertim

tim Archigenes: & re vera in pestilenti morbo, & epidemico, nihil excellentius. Reliqua prosequaris. SEN. Hactenus omnia simplicia, ad vnum vsque enumerauimus, quibus in officinis vtimur, nisi vnum, aut alterum incuria mente exciderit, aut diligentiam nostram effugerit. Ni tibi graue sit mihi opportunum videretur, Composita incipere. BR. Nunc molestus non sis, quippe id lubentissimè agam, quod spopõdi: & quod iandiu cœpi, paucis quibusdã negotiis expeditis, perficiam: quum enim operi manũ dabimus, nũquam amouebitur prius quàm in calcem peruentum erit. SEN. Hactenus optimus Deus te incolumẽ seruet. Officinã meam visitabo, & collecta medicamenta simplicia suis loculis disponam. BRA. Bonis auibus recedas. HER. Ergo perdicibus, & phasianis recedet? BRAS. Curata? HER. Quoniam bonæ aues sunt. BRAS. Eo intellectu turdis, & coturnicibus etiam recedendum erat. HER. Et illis. BRASA. Igitur Deo comite recedatis.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS

omnium simplicium, quæ in hoc libro continentur. Primus numerus chartas significat, secundus uerò lineas.

ABaisir pagina 543.21
Abiga 192.4
Abrotonũ 229.24
Absinthium 30.23. & 188.19
Abrahamsbaũ 381.9
Absinthium santoni cum 391.9.& 391.4
Abrahæ arbor 391.9
Absinthiũ seriphiũ. 391.& 24
Absinthiũ põticum. 10.8
Absince 128.25
Aboberas 307.27
Acetosa 364.20
Asuida 322.8
Achio 361.5
Acanthus 291.14.& 292.2
Acetosella 365.17
Acorus 317.17. & 490.5.& 491.22. & 493.6
Acetum 596.11
Acacia 619.5
Achiros 681.18
Αχαλύφη 163.2
Ache 361.4
Achilleum 857.1
Ακρέμονας 113.4
Ακτη 107.17
Adiantum 256.24. & 256.29
Adeps 822.12
Adhil 277.14

Adler

Adlerſtein 750.17
Aetites 749.21
Aeromeli 601.13
Aes vſtum 716.18
Aedeſina 422.28
Aerugo æris 718.13
Aeris batitura 716. 26
Αἴγαγρος 681.20
Afratomela 427.20
Affodilus 535.25
Afrodiles 537.10
Agriagudoro 223. 10
Agrioſtaphida 384. 16.
Agnus caſtus 281.7
Agnito 393.13
Agreagnito 467. 27
Αγνος 380.4
Agriocolocynthi. 451.5
Agaricus 533.13
Agriartichas 497.28
Agallochon 584.2 & 585.28
Agnus 381.7
Agrimoniũ 207.25
208.20.& 258.25
Agreſte 596.22
Agrones 321.4
Agretto 228. 7. & 220.18
Agrazo 597.2
Agreſt 597.2
Aizoon 171.11
Aio drauo 217.20
Aines 355.23
Ainet 234.11
Alkakenghi 197.7
Alhaytis 116.14
Altamiſa 247.3
Alliũ ſylueſtre 216. 7.& 217.11
Allegreti 321.7
Alectorolophon. 220.28
Alexandro 359.28
Alſine 285.5
Alquitino 671.24
Alcea 167.9
Althæa 168.7
Alano 687.12
Alberas 384.9
Aliofar 741.20
Alo 480.12
Alumbre 777.27

Alum 777.14
Alaci 806.19
Albucus 536.5
Alcali ſal 773.3.810.5
Albaro 682.16
Albũ phæon 562.16
Aloe 628.20
Aloe hepatica 629.15
Alegria 841.9
Arabaſtrum 750.25
Alumen 771.6
Alumen catinũ 772.18
Alumen zuccharinũ 774.19.
Alumẽ plumę 775.2
Alumen ſciſsile 775.6
Alumẽ ſchiſton 775.7
Alumen rochæ 776.27
Alumen iame. 776.20
Alumen Liparinum 776.28
Alumen liquidum 777.13
Alumen ſcaiolę 777.24.& 804.18
Aliuca 839
Almeyrorem 121.17
Aloſena 128.25
Alfolfes 325.20
Alcarouea 350.5
Alicormio 813.5
ἅλες ἰνδικὸς 614.21
Alſebram 503.9
Almendras 399.5
Almendes 399.6
Allhaca 155.13
Alant 486.21
Alrun 571.21
Alcaparras 576.9
Almezega 667.1
Albayalde 726.25
Alleluia 305.5
Alum de roche 777.14
Alaun 777.16
Alber cocco 837.7
Alcyonium 859.4
ἅλες ἅχυ 859.21
Amuſchlia 417.28
Ἀμπέλος ἄγρια 111.7

Amaracus 136.10.& 246.24
Amomum 279.12.& 281. 9. 315. 11. 317. 14
Amber 685.27
Amerina salix 380. 5
Amamelis 338.25
Ameos 341.12
Amyanthus 323.16
Amberberis 373.14
Amapol 105.16
Amphibium 832.8
Ambubeia 121.27
Amygdala 398.25
Ambrosine 398.29
Ammoniacum 654. 12
Ambrũ nigrum 686. 7
Ambra 657.11
Ambro 682.10
Ambracan 687.19
Ampelopras. 217.14
Amarellen 836.14
Authos flores 91.4
Anguris 308.2
Anemone 103.25.& 312.11
Ανδράχνη ἄγρια 174.14
Andrachne 174.14
Anysz 355.24.393.12
Anagyris 279.28
Aneldo 393.13
Anguria 308.5
Ανασινδρομαλαχνη 167.18.& 169.4.
Anemon 103.18
Anisum 355.15
Anthera 366.1
Ανδροσάκη 152.7
Anet 393.11
Anemium 393.10
Anima 710.9
Anima dactyl. 710. 6
Anacardus 753.27
Antispodium 542.4. & 446.5
Aniudem 692.12
Anthrax 735.3.756. 13
ἄνθραξ 735.3
Antimonium 650. 19
Antale 818.16

Anthera 73.6
Androſace 150.11
Andorn 214.20.
Anis 355.23
Anonium 173.9
Aopffen 266.14
Apollinaris 197.15
Apiſtea 128.29
Apium 360.12
Apidia 431.3
Apium ſaxatile 358. 7
Aphthaſton 519.17
Apium ſatiuum 360. 17
Apio 361.4
Apyri 761.8
Apium hortẽſe 360. 3
Aphace 227.15
Apoſpõgiſmon 861. 28
Apium Macedonicum 359.18
Apium paluſtre 360. 17
Apium raninũ 360. 18
Aparine 394.12
Appia poma 417. 20
Aphroſelenon 716. 12
Apyron 759.12
Aphronitrum 809.8
Aphel 428.12
Arnagloſſon 165. 12
Ardilo 217.21
Argemone 207.28. 258.27
Armuelles 353.19
Arbol de paraiſ. 281. 5
Artemiſia 243.12
Artemiſe 243.12
Arantium 455.6
Artanitha 137.10
Ariſtolochia 137.1
Ariſtoloc.long. 473. 8
Ariſtoloch. rotund. ibidem.
Aron 483. 15. 485. 18
Armorazzo 573.9.
Arſenicum 778.28.
Arſenicum croceũ,

rubrum, album 677. 16
Argentum 715.22
Argentum viuum 719.16
Argentum aqueum 719.18
Argyritis 725.27
Argyrolithon 726. 8
Argentum fublimatum 733.11
Arſinigal 677.8
Armeniaca 655.20
Armoiſe 246.29
Aroſſes 353.20
Armeniac. lutũ 790. 1
Arnabo 512. 24. & 513.21. & 514.15
Armonia 655.20
Argent vif 724.16.
Aſplenon antiquiorum 126.19
Aſplenon 124.29
Aſcenios 128.25
Aſſenzo 128.27
Aſſaron 128.23
Aſphediglia 537.12
Aſparagus 363.15
Aſpharagus 363.22
Aſphodelus 535.25
Aſpalathus 761.9
Aſſa fœtida 689.22
Aſphaltum liquidũ 769.17
Aſphaltum Iudaicũ 763.20
Aſtragaliotes 778. 26
Aſter Samius 803. 10
Aſprella 189.9
Aſpros 654.29
Aſcyron 222.18
Aſelnus 398.1
Aſtaricum 517.17
Aſteraticum 518.1
Atriplex 353.10
Atthich 108.15
Atramentum ſutorium 780.13.& 786.20
ἄθθ⊙ τῦ ἀγρίε κλιμά τε 111.16
Atramentum pictorium 787.12.
Atripice 353.20

Atramentum scriptorium 786.22
Atramentum commane 787.2
Atramentum chalcographorũ 787.10
Aurodano 229.2
Auoglosso 88.5
Auantia 275.1
Auellana 397.7
Auricula muris 285.2
Aurum 715.22.
Auripigmẽtum 675.23.& 778.29
Auripigmentum & Sandaracha idem re sunt 676.3
Austera poma 427.21
Aulx sauuag. 217.20
Auena 258.12
Augentrost 277.27
Auellanes 397.29
Auelada 502.15
Azuzenas 98.8
Azeuana 103.15
Azelgas 199.8
Azarolus 338.11
Azufaifas 423.18
Azederas 365.11
Azeitunas 424.25
Azeite 593.21
Azuquar 618.16
Azogne 724.16
Azeites 836.2
Azeites de pepitas de calabacas 836.2

BAlaust 114.19.
Balaustium 114.14
Barypicron 28.23
Bagny 178.26
Batos 186.5
Βαφύσσμα 92.9
Balote 173.12
Badzecz 210.1
Baccara 218.21
Baccaris 220.5
Basago 255.11
Basilicon 253.6
Basilicon chitra. 255.12
Bardana 255.16. & 256.20

Barſcz 294.9
Baſilica kraut 255.9
Baſilicũ caryopohyllatum 326.2
Barbontina 559.8
Balſamum 401.15
Balador 454.4
Balſami lignũ 406.7
Badana min. 548.12
Baptiſoſela 273.18
Balanus 562.23
Balanus myrepſ. 553.25
Baptiſecula 273.19
Barba hircina 621.13
Balſami liquor 404.18
Baurach 809.9
Ballæ marinæ 856.5
Bappelen 167.25
Bdellium 695.15
Beta 198.16
Beſſ 108.14
Betonica 201.6
Bez 108.14
Berbena 204.21
Bechium 256.9
Berberis 373.12
Beligoli 820.23
Been 553.16. & 555.27. & 837.12
Ben album 555.29
Been rubrum ibidem
Ben 553.16
Berberion 740.9
Berberi ibidem
Benzoin 694.25
Belzoinum 584.10. & 692.10
Belzuin 691.28
Berragenis 87.27
Bernchlele 99.7
Bermuet 129.1
Beldroegas 174.15
Betonien 202.6
Bei fuſſz 247.1
Beer vvurtz 378.28
Benonien 382.18
Benedicta roſa 382.19
Bein vuel 482.9
Bech 666.28
Beuf 830.19
Bellatas 836.4
Bibinella 238.26

Bipenula 239. 9
Biala liebioika 132. 6
Biſtorta 547.13
Biſtorta & Bitorta 548.10
Biedrzenyecz 239. 11
Bilicza 247.1
Bitumen 761.10
Bylyza 247.7
Biala lebyoka 298. 9
Bielon 304.13
Biala gorczicza 337. 20
Bierſtyn 685.27
Bingel kraut 200. 4
Bilſam kraut 304. 9
Biſſa ſcutellar. 855.9
Bilſenſome 304.9.
Biaſſola 190.29.
Biber geil 832.10.
Bibe r vvurtz 474.11
Blayuaſſ 725.10
Blattæ boyzant. 712. 10
Bluſzcz 920.26
Bluſzcz polny 290. 28
Bluot vvurtz 251. 3
Bluſzc dzreu. 290. 29
Blum 63.1
Blagerto 725.10
Bon maeſtro 128. 28
Boculus roſarum 72. 10
Bobek 177.7
Bozedrzevvko 230. 6
Borago 83. 17. 85. 4. 87.26
Borazena 87.28
Bolus Arme. 789.26. 795.1. 796.18.799. 21
Borak 87.29
Boracis 799.29
Bourax 802.20
Borbonaga 205.17
Bourſe à paſte. 380. 14
Braſsica 195.2

Brasſica marina 228. 23
Βρύον 233.25
Bruſaculo 244.20.& 286.15.& 286.23.
Bryonia 529.14
Bryon 233.25.266. 12
Bruſcandula 266. 15
Branca vrſina 291.5. 292.2
Brugnoli 414.29
Bruſcus 467.28
Βρύον θαλάσσιον 556. 9
Bram enbeer 186.4
Brandt lattich 256. 13
Broncres 321.5
Bugloſſos 86.27
Bugloſſa 84.6
Bugloſſæ flores 84.5
Bufiri 103.2
Burſa paſtoris 268. 20
Buſiri 103.2
Buceras 325.17
Buk vvicza 202.7
Buthormariem 470.
Buccinum 819.4 19
Buccinum mar. 819. 4
Bucheidem 527.16
Βυρσο δέψικον 418. 24

CAmomilla 58. 1
Capſella 268.27
Cælauritis 725.28
Cæpa 354.18
Caucalis 647.7
Calochimitea 526. 12
Cantueſſo 90.27
Caputium 196.1
Cazaputia 386.11
Camyennamyantha 132.6
Calamitha 131.13
Calamentum 130.10. &132.28
Camodri 182.19
Capuion 155.5
Cadytus 152.27
Chamædryos 182.14

Calamandrina 182. 17.& 140.13
Cardo de panno 265. 7
Cauda equina 188. 9.& 190.5
Cardo ſanto 267. 17
Caulis 195.1
Camileblum 63.1
Canechiara 304.14
Capilli Vener. 256. 22
Canchelera 304.15
Callitrichon 256.24 & 257.21
Calyx 72.9
Cannamo 334.25
Cannabari 334.26
Carduus 264.10
Cazet 596.19
Carduus benedictus 266.20.
Camyen oſtra vidzo ui 747.4
Capgna 856.3
Cardamum 320.12
Cartamum ibidem
Cannabis 334.8
Cardamomum 344.13.345.26.346. 21
Caruus 348.9
Capiſtrum arbo.110. 18
Capiſtrum auri800. 12
Cappares 576.9
Cappari 574.16.
Canabal vel Canabil 392.1
Caros 248.14
Cataputia maior 384.22
Carbunculus 757. 5
Carpobalſamum 399.16.& 400.7
Caryophyllatum 276.5
Caryophyllus 407. 17
Caryophyllata 273. 4
Carumfel 408.10
Catalonia 414.16
Carica 419.29
Caput roſæ 72.20

Caprificus 420.23
Caryota 425.4
Carion myristi. 439. 7
Casia fistula 441.3.& 442.3
Casia syringa 44.16. & 442. 2
Cauella 441. 4. 442. 4.565.27.567.1
Casia lignea 441. 14. & 567.2
Casia 565.27
Carpesium 444.13
Calamus aromaticus 492.22
Cauriola 175. 23
Caricamum 507.28
Canumaris idem
Catanance 547.18
Carlina 549.20
Cathinum 772.22
Castaneæ cort. 572. 7.
Calampath 585.12
Camphora 642. 28
Caphura 644.1
Calamitis 654.28
Calamita piedra 749. 13
Caulias 793. 22
Cancamum 699. 21
Calcecumenum 716. 16
Chalcos cecaumenos 716.20
Calyna 149.6
Carbunculus 756. 7
Cali 772.25
Castoreum 831.27
Casia oblonga 442. 10
Cappes 166.4
Canna fistula 443. 11
Cobet bagne 344. 24
Caucalis 444.7
Cannaueras 335.24
Centaurium maius 49.8
Cerquegnola 496. 11
Cestron 201.13
Celidonia 202. 21
Cetharac 126.22.

Centunigo 231.3
Cerogna 202.29
Cepece 217.22
Centonicum 230.11
Centunculum 230. 13
Centurzia 238.2
Centaurium maius, & minus 235.10
Cebulia 354.29
Cepole 354.29
Cedrus 455.3
Cerqueiolo 182.19
Cera 625.28
Cera virgo 626.12
Cedrides 702.16
Cedria 702.6
Cedrium 702.13
Cezirano 344.8
Cebella 354.27
Ceruſſa 724.19
Cæruleus 730.21
Ceryx 819.9
Cephaleune 441.2
Centumcapita 517. 9
Cegua 335.23
Ceguta 335.24
Ceguce 335.23
Chamæmelum 58.2
Χαμαίακτη 107.17
Chamæmeli qualitates 60.27
Charabe 685.5
Χαμαιδρὺς 182.14. 192.18
Chachilio 227.29
Chamæpitys 191.27. 192.13
Chachille 227.27
Chamædaph. 184. 22
Chamælæa 252.1
Chamæciſſon 472.8
Chamæleon 549.22
Chalybs 718.25
Chalcitis 775.10
Chalcãthum 780.13. 786.20
Chaphoxilla 108.14
Chardõ benict 267. 15
Chaſſut 153.15
Chauenix 334.28
Cheri 627.9
Cheiri 118.4
Checchri 327.19
Chelidoniũ 500.23

Cheratha longa 441. 28
Cherabuſtolon 103. 14
Chebd 108.16
Charatta 443.8
Chelidonia 202.21
Cheurefeul 248.17
Chiropſomon 137.13
Chitrinesviol.116.22
Chiſon 290.26
Chimino 357.3
Chines 823.16
Chidonia 430.9
Choule 195.28
Chryſanthemum 58. 29
Chritari 327.16
Chryſolachan.353.16
Chryſomela 428.26
Cryſtallus 747.5
Criſtagli 747.26
Chrymatias 657.29
Chraiel 266.20
Chryſophoron 682. 23
Chryſitis 725.24
Chryſocolla 800.10
Chryſomela 836.12
Cichoree 121.8
Κιχόρεον 122.17
Ciruellas 417.26
Cichor. 120. 26. 121. 24
Citarach 126. 21. 251. 15
Cyrenaicus 693.26
Cimarubi 186.20
Circinal.206.9.257. 5
Citiul. 308.4.306.22
Cicuta 335.4.394.7
Cicutaria 336.27
Cici 372.18
Cicum 115.6
Citrin.cucum. 306. 21
Cidonites 429.19
Cinam.noſtrum 441 8
Cinamomum 561. 13
Citrum 455.5.561. 6
Ciſthos 34.26.32.27. 620.25
Cirſion 83. 18. 84. 21

Cinnabaris 641.28 737.1
Cinaprium 736.16
Citri semina 394.4
Cinober 737.25
Clematis 230.16. 473.11
Clauos de somer 407.29
Claudiana 427.27
Clapperroſen 205. 10
Cletten 277.6
Cortex in roſa 77. 15
Columbina 105.1
Columbaria 104. 29
Coioni di volpe 528. 19
Cotyledon 242.17
Corona de Rei 100. 28
Coquelordes 105.15
Cocles 105.15
Colymbades 424. 10
Cotonea 428.23.429 26
Coton 429.28
Coriandrum 328. 14
Copithinik 219.22
Corianum 328.17
Colizaui 289.9
Cordumeni 345.25
Colochita 308.5
Coriander 330.17
Coloquintida 448.7
Colocynthis 448.8. 450.29.
Coſtus 463.16. 464. 8
Cocalotis cardias ſu elaphiu 712.8
Corylus 397.8
Cochinauari 737. 26
Conſolida 480.7
Cõſolida minor 481. 2
Colchicon 521.9
Coregiola 189.28
Cotilla fœtida 244. 25
Colophonium 634. 16
Commi 671.14
Commin 357.4

Colla 550.28
Colla piſcis 707.23
Colla garauella 542. 14.708.5
Corallium 727.16
Corallia 741.12
Corallium 559.4
Corallina 555. 29. 559.3
Cornu vnicorn. 813. 5
Cornu cerui 812. 29
Copulæ gland. 813. 16
Collyrium 803.17
Cholcothar 779.16. 781.29
Cornroſen 105.19
Coronopos 176.2
Coles 195.25
Coele 195.27
Coucou 298.4
Concombres 307. 23
Coucourges 307.26
Copeta 841.7
Corymbus 290.18
Compoſte 344.27
Comines 357.4
Corregiola 551.27
Coing 430. 8. & 595. 9
Cormes 433.8
Cocepece 217.21
Coco 454.21
Conſoude 482.11
Colle de poiſſ. 709. 14
Colle 709.13
Caralos 744.8
Coraln 744.9
Couperoſe 787.25
Crinon 96.17
Crinus 98.9
Croci flores 105.27
Crocus 106.11.
Cromidi 354.29
Croton 372.18
Crambe 195.9
Creſpina 374.10
Criſta gallinac. 106. 8
Craſsiuſcule, vvenge nuciſſe 121.11
Cromium 354.20
Craſſegnaua 496. 29

Cretonart 516.8
Cryſtallus 747.5
Criſtal 747.24
Cuſcuta 140.29.& 148.29
Cunya noga 174.23
Cubebe 443.15
Cucurbita 307.25
Cucurbita ſylueſtris 446.9
Cucumis 308.4
Cucuza. 308.6
Cudumedo 358 23
Culb 367.21
Cucuneria 396.24
Cunila pulic. 379. 23
Cucumera 396.24
Curcuma 300. 21. 502.5
Cua de cauallo 188. 27
Cucumis ang. 624. 2
Cucumis 306.5
Cucumis errat. 624. 3
Cucumis citri. 306. 21
Cucumis ſylue. 624. 3
Cucumis aſin. 624. 22
Cucumin 306.29
Cumanum 196.2
Cunel 268.14
Curage 283.11
Culatro 330.18
Cupreſsina 192.15
Cubreas 446.2
Cubebe 446.3
Cubeb 446.2
Cuorno de licornio 813.6
Cynogloſſ. 83. 5. 552. 6
Cytinus 113. 14. 114. 9
Cymbala. 155. 3. 242. 5
Cydonia 430.1
Cyminum 356.18
Κυκλάμινος & 470.14 136. 25.
Cyclamen 136.22
Cyperis 499.21
Cypreſſ 433.28
Cypirus 499.16

Cydoni

Cydonites 429.19
Cyperus 497.28.& 502.16
Cyaneus lapis 730. 25
Cyanus 273.15
Cysteolithos 861.12
Κύτος 114.10
Czyruona lebothka 96.6
Czeruone Iagodi 198.11
Czvvkla 199.6
Czambr 268.17
Czurnucha 352.20
Czebula 354.28
Czyszczecz 381.8
Czeruone korzenye czikavvar 516.9
Czaytloss 523.23
Czicmyczrzicza 533. 10
Czukier 618.17
Czarna alena 634.8
Czarczie gor. 694.26
Czlouiecze 828.7

DAphni 177.8
Daphnides 177. 2
Dactylo syluatico 441.2
Δαφνίδες 184.18
Damboua yem. 707 11
Damascena pruna 416.3.414.6
Daucus 376.28
Damascena rosa 76. 22
Dactylus 396.4.425. 3
Dantes 426.20
Datel 426.21
Danafega 423.18
Datel kern 710.19
Dansch vvum 535.5
Delphinion 158.3
Dendroliuanon 90. 28
Dens caballinus 304. 7
Dendromalach. 168. 2
Dentritis 744.5
Dentale 818.16
Deschl. kraut 270. 14
Dermideras 313.16

Desdegnoso 568.8
Dischiamo 304.14
Dinarella 242.14
Diptamo 526.12
Dipsacos 264.12
Diptam 526.13
Dirdar 388.18
Diargyron 724.18
Diacydonites 429.21
Dictamnus 523.28
Dill 393.11
Donaida 263.29
Dosten 96.4
Dracuntium 485.17
Dracunculus 483.13
Dryakzachi 273.2
Drago 510.24
Drzeuoaloessoue 587.1
Dracontea 510.25
Draganti 670.22
Dragagantum 671.3
Dragantum ibidem
Dryos hyphear 706
Drachem vvrtz 549.15
Drachen bluot 642.23
Dulcis radix 475.9
Duronicum 552.27
Durongo 553.1
Duronigo 552.29
Dzieuana 103.15
Dzieuiacziern. 235.9

EBulus 107.16
Eber vvurtz 518.18
Ebiscus 169.14
Eboris scobe 812.9
Ebur 812.5
Eclere 204.18
Eichel misspen 707.9
Einbire 431.4
Einhorn 813.7
Eichel hueteil 813.15
Eichel 836.5
Eisenkraut 205.18
Eleoselinon 360.10
Eleliphacus 101.3
Eles 424.21.
Elates 425.23.426.7
Elleborus albus 530.24

Elleborus niger idē 601.13
Elæomeli 681.28
Electrum 623.27
Elaterium 711.8
Elaphu cherata 407.28
Elauo 813.8
Elephant 157.25
Empetros 830.15
Emniato 745.4
Ematistes 755.7
Emeraudes 579.7
Encens 120.25.121.16.123.13.309.18
Endiuia 232.16
Enebro 485.23
Enula 121.18
Endiuie 294.8
Engel vvutz 393.11
Endres 417.26
Endrinas 477.13
Entzian 579.8
Encentio 761.7
Enxufre 140.6.141.25
Epithymus 142.5
Epithymus noster 144.18
Epithymus Dioscoridis 141.20
Epitem 148.10
Epimelis 338.18
Epo 361.5
Ephemeron 521.7
Epimvrtus 187.14
Eppich 361.3
Ἐπίλαπαθον 165.16
Ephevv 290.25
Equisetum 188.12
Equinalis 188.12
Equus 359.5
Equapium 359.10
Eranthemum 58.26
Eruca 337.2
Eruum 242.18.343.16
Eryngium 518.23.519.16
Eryngiata 516.27
Ergasine 647.8
Erdtrauch 155.9
Erix 178.29
Erbsel 375.2
Erdtzuuiel 473.7
Esula 324.27.502.20 & 505.9
Eseis huff 255.24

Esclarimento 802.21
Escorce du milieu du sureau 595.4
Estrozinii szlonyoucy koszczi 812.13
Esig 596.18
Etea 181.8
Eupatoria 233.21
Eupatorium 206.25
Eupatorium nostrũ 101.11
Eupato. Dios. 208.21
Eufragia 277.9
Euphorbium 650. 10
Eupatoire 209.28
Eufraize 277.26
Exacantha 470.10
Fauilla çris, &c. dmiæ 545.17
Farfara 256.4
Fel terræ 236.3
Fengrik 325.21
Feneul 193.25
Feigbon 334.5
Fenchel 193.26
Feigen 420.28
Fiolki 69.18
Ficus arida 420.12
Figatara 235.9
Ficus agrestis 420.23
Figatella 235.10
Filicula 495.17
Figyi 420.29
Fidicula 495.18
Fiolkouikorzom 480.1
Filzkraut 149.6
Figues 420.27
Figes 420.27
Fischlein 709.15
Flos æris 719.14
Flos lapidis 775.21
Flos gypsi 778.4
Flos sanguineus 104. 13
Flachsz 323.10
Flumain 148.27
Foglia 196.6
Fœniculus 362.13
Folia molla 199.8
Fœnu græcum sylue stre 394.25
Fœnichel 224.25
Folium Indũ 298.10
Fenochio 362.25
Fœnu Græcum 325. 14

Fochioſacato 856.20
Fœniculus 193.15
Fœniculum erraticũ 362.19
Fœniculũ ſylueſtre 362.20
Fortana poma 427.21
Fromen 327.8
Fraga 250.7
Fraxinus 388.17.389.15
Fragaria 250.6
Fraxinella 517.15.551 10
Fravvenhar 258.14
Fumus terræ 155.3
Fulinia 856.2
Fulfel 409.17
Fuligo 255.26
Fuchs lungen 831.23
Fuchs 852.12

GAngal 493.17
Galga 224.21
Gallinaceus pes 242.26
Garyophyllata 276.5
Galanga 490.8.493.17
Ganya 308.3
Galbanum 694.28
Gamenderlim 182.20
Garb 278.22
Gamendrim 182.20
Guel gilgen 493.14
Galingal 491.15
Gamones 537.11
Gamonites 537.11
Geneſta 110.27
Geniſta 109.19.365.23
Gelatines 429.19
Geniſta 559.15
Geum 275.5
Genzole 423.19
Gendiegui 477.14
Gentiana 476.16
Genicularis 551.9
Gelſeminos 117.2
Gengenſtas 88.6
Geneſt 110.26
Genſter 110.27
Gelb 82.7
Gellutele 100.29
Gel vio 116.15
Gelſeheblum 82.13

Geranium 280.6
Gerſten 327.14
Geneure 232.14
Geneure 419.23
Gengeure 462.27
Gelber nid ſteã 685. 22
Genebro 841.21
Giarga 223.17.224. 21
Gier 359.26
Githone 352.22
Giglio cœleſte 480. 2
Gith 352.23
Giraſole 372.14
Giaciolo 477.22
Gizir ριζα 564.24.566.14
Girofle 407.28
Glycyſis 281.25
Gliſtrida 174.19
Glichaniſo 355.25
Glans vnguentaria 553.25
Glicorizi 476.2
Glycyrrhiza 475.5
Cladiolus 477.21
Glaucium 501.27
Giuten 707.24
Glutinum 707.26
Gluten taurinũ 708. 4.708.24
Gluten piſcium 708. 22
Glãdis pileolum 813. 15
Gluterons 256.17
Glett 726.25
Glitſcen 105.12
Gnaphalio 230.15
Goiues 116.16
Golphano 82.17
Gorczicza 318.23
Gomme dragãt 673. 20
Gorczuza 318.23
Gomme dragante 673.20
Gomme de lierre 674.13
Gogiglia 376.23
Gomme de pin 689. 21
Goriczka 477. 15
Granatæ 756.23
Gramen aculeatum

175.25
Grongus 249.5.415.14
Graminea 174.29
Grano 327.11
Gramen 175.1
Granos de arragha 419.17
Grapella 394.11
Grufzki 431.3
Granata 433.14
Granatorum cortices 561.1
Grenas 757.13
Granat 758.14
Granada 757.13
Groppeda 818.15
Gruogo 106.7
Grepola 818.15
Grzibenye 82.17
Grimauues 167.27
Grungo 577.21
Gras 175.18
Grienkraut 353.22
Grudes 709.13
Guozdziki 408.1
Guaiacum 589.4
Gummi arabskie 670.18
Gummi hederæ 290 17.673.21
Gummi elemi 424. 2.671.27
Gummi 646.6
Gummi Arabicum 667.25. 668.28. 673.17
Gummi Babylonicum 667.28
Gummi Saracenicũ 667.29
Gummi acaciæ 669. 7
Hummi spinæ Aegyptiæ 669.8.672.4
Gummi iuniperi 679.19
Gummi pini 689.18
Gummi pineæ 685. 6
Gummi cedri 702.4
Guy de chesne 707. 6
Gyneceum 451.2
Gypsum 804.17

H Auãraz 314.16
Halicacabus 197.8

Hablagar 231.19
Harnafel 408.11
Halmades 424.11
Haſtula regia 539.3
Haur Romanum 681.18
Haloſachne 809.13
Haloſanthon 809. 14
Harſtrang. 188.23
Haſel vvurtz 219.18
Harthau 223.8
Herba gattara 132. 19
Herbete 199.6
Herba di ſangioanne 205.20
Hermipoa 199.27
Herba della madonna 247.2
Herba ſanct. Io.222. 29
Herba Cypri 68.23
Herba Saracena 224. 25
Herba Alexan. 359. 26
Herba Gallica 68.23
Hepatica 232.10
Herba venti 242.12
Herba orechia. 171. 14
Herba piochie. 384. 15
Herba cochia 849.3
Helxine 284.6
Herba de mare 559. 7
Herba vrceolaris 286.29
Heliotropiũ 372.7
Helix 290.6
Hedera 290.3
Hedera arborea 290 2
Herpacantha 294.4
Hemionitis 128.3
Herba ſancti Petri 297.16
Herba pedicula. 383. 9
Herba paralyſ. 297. 17
Herba ſcritta 125.9
Heupatoriũ 233.12
Hepatorium 233.18
Herba capillata 557. 15

Herba pignola 171. 20.
Herba belladonna. 191.11
Herba biſſara 483. 23
Helenium 485.24
Herba ſaliuaris 510. 29
Hermodactylus 519. 22.& 521.16
Herba caſta 281.24
Hermalochoë 640. 9
Hemmel 826.4
Heracleotes 745.4
Herba dalle Carpanede 385.23
Herba pulicar. 379. 18
Hermodantes 522. 20
Heyde 178.28
Hirtzen zung. 125. 128.1
Hirtzen horn 813.4
Hiebbe 108.15
Hirſz 327.17
Hirſzung 296.24
Hibiſcus 166.11
Hippuris 188.12
Hierabotane 205.15
Hippolapathũ 359. 9
Hippoſelinon 359.3
Hinoio 362.24
Hindt leuff 121.28
Hor vvurtz 82.13
Horſtrang 82.14
Holder 108.10
Holtz apfel 433.9.
Hol vvurtz 474.7
Hordeum 327.14
Honig 598.4
Hombre 828.6
Homme 828.6
Hundt ſmilt 200.7
Hundt ſzung 552.15
Huille 595.21
Huille de courges 836.3
Hyſſopus 211.17
Hyſſopus haſce 213. 13
Hyſſopus montana 213.8
Hypericon 222.4
Hypnon aſpron 313.

19
Hydropiper 281.23
Hypnon maurõ 313.19
Hyoſcyamus 303.10
Hypociſthis 620.20
Hydrargyron 722.29.709.17
Hyacinthus 755.9

IAzyk 87.4
Ianes kraut 223.5
Iadouiecz 419.29
Iacict 756.4
Iacintes 756.3
Iaſminum oleum & vnguentum 117.24
Iayr 836.1
Iacinta 756.3
Ialouiecz 232.15
Ialoniez 232.16
Ibis 167.28
Ibiga 192.3
Ichthyotera 472.11
Ichthyocolla 707.27
Ielenii yanzik 125.7
Iednorozecz 812.28
Iciole 423.20
Icuola 486.28
Ieſzietrzikliy 709.18
Ielegner Ieliber 182.23
Iedera 290.25
Ierua buona 130.16
Ieſeminum 484.20
Ieiome 423.19
Igos paſſos 420.28
Imoio 193.25
Imauos 856.28
Imperatoria 559.25
Intubus 120.29
Inuolucrum 146.11. & 425.28
Inuolucrum maius 247.23
Inulus 486.4
Inula 485.24
Inguuer 462.28
Incenſo 579.6
Iou 63.22
Ioſemianus 63.28
Iouis glans 582.24
Ioubarde 171.16
Iπαθεις 188.12
Ipoquiſtidos 620.20

Irios 477.15
Iris 35.10. & 36.21. & 37.12
Iris Illyrica 477.17. & 23
Iringi 517.18
Isop 213.5
Isopiglio 213.6
Ischas 420.14
Itea 181.8
Iua 192.3
Iue arthetice 193.2
Iuncia 502.16
Iuncus odoratus 24.4
Iuncus rotundus 241.6
Iuncus quadra. 498.29
Iuncus triangularis. 499.1
Iuncus angularis. 499.2
Iusquiamus 303.8
Iuniperus 231.14. & 132.14. & 419.19
Iuiube 422.14
Iuiubes 423.20
Iueues 835.28
Iuden doklen 198.2
Ixía 706.15
Ixo 706.24.704.4
Ixopo 213.4
Kapnični poley. 263.78
Kamyenematites. 745.6
Kacket kraut 132.8
Kalyna 111.16
Kayna przanalza. 149.6
Kaurach 809.9
Keckholter 232.15
Kesten 572.27
Kerua 362.15
Kisz 733.3
Kierz 186.5
Kliten 395.3
Kleb kraut 395.3
Kmin 357.3
Kobila miathka. 131.25
Kozia 224.26
Korner 386.10
Koczenki 90.29
Koschchodnyk 171.19.
Koszisko 205.19

Kobili ſczaroi 277.6
Konopii 334.27
Kozlek 495.28
Kokorzik 474.19
Kokornak 474.20
Koſzthiual 481.16
Koſtki 710.21
Kramazber 419.24
Kroton flachs 325.14
Kurbs 07.28
Kumell 357.2
Kupfer 719.13
Kurzanoga 174.22 & 309.21
Kupoſta 196.5
Kucklik 275.24
Kvvavvnik 278.26
Kupfer vvaſſer 787.25

Labruſcæ flores. 110.28.& 112.2
Lampazos 277.7
Laurus 176.25
Lachiugas 310.1
Laureola 184.9
Labrum Veneris. 264.15
Lakritia 476.3
Lauacrum Veneris. 264.1
Lapagum 274.1
Lagopum 274.9
Lapatium ſylueſtre. 276.1
Lapathum 276.17.& 364.25
Lactuca 310.5
Lacryma 368.13
Lappa 394.10
Latercularium 778.7
Lathiris 386.7
Lamium 173.9
Lardaria 414.20
Lauritis 546.2
Lappa minor 548.11
Lada 566.6
Ladon vel Ledō 622.17
Ladanum 622.19.
Laricina 662.15
Larga 662.10
Larica ibidem
Laſer 689.23
Lacha 699.18

Lacca 699.21
Lapis 744.21
Lapis ſtellatus 729. 1
Lapis lazuli 744.5.& 730.20
Lapis Armenus 744. 11.& 790.6
Lapis hæmatites. 744.19
Lapis Iudaicus 745. 7
Lapis lyncis 946.1
Lapis Herculeus 749.1
Lapis aquilæ 749. 14
Lapis prẽgnans 749. 28
Larbaſon 750.25
Lauandula 262.15. & 239.11.
Laſerpitium 690.19
Laſahate 814.23
Labaras 277.6
Lazarolus 338.12
Leucanthemum 59. 26
Lengua de boi 88.3
Lengua di vacca 88. 2
Λευκόϊον 4.1
Lentiche 341.5
Leucoia 115.26
Lentichie 341.6
Leuiſtrego 162.11
Lenticula 340.2
Legno dolce 476.2
Lens 240.2
Lente 340.5
Le coupeau des ro- ſes 186.3
Lencoion 117.3
Lepidium 574.5
Ledon 622.17
Lentiſcus 663.23
Λεύκη 682.17
Λεπτόπαρφ& 150.2
Λεπὶς χαλκῦ 716. 26
Λεπίδες 717.9
Leberkraut 209.28
Λεπτοκάρυον 398.16
Laictues 309.17
Lentiles 341.3
Lentellas 341.4
Lengua de pero 55. 14

Lein 323.10
Leuisticum 361.7
Libanum 91.25
Libanotis 91.23
Lilium 96.6
Lilien 82.17. & 98.6
Lirium 96.9
Lirinum vnguẽtum 96.18
List indiski 300.20
Linozostis 199.28
Lirio 98.7. & 480.2
Lichen 233.25
Limus terræ 134.13
Lisziok pluczes 31. 24
Liliorum alborum oleum 96.20
Lilia biala 98.8
Lingua ceruina 296. 14
Linum 323.9
Lini semen 312.29
Linum agreste 323. 3.& 324.25
Litospermon 367. 19.& 369.11
Lingua passa 386. 29
Lisen hasaphir 387. 2
Litrum 808.6
Liuianæ 420.21
Lithargyrum auri. 726.6
Liquoris & succi differentia 489.22
Libanus 577.18
Lignum aloes 583. 25
Lignum sanctum 590.9
Lingua canina 621. 11
Lithodendrum 744. 6
Lis blanc 98.8
Lingua bouis 82.29. & 387.1
Lingua cerui 125. & 128.1
Lingua canis 83.2. & 387.1
Lingua auis 38. 26. & 388.17
Lienen bloumen 248.19
Lin 323.10

Linum asbestinum 323.12
Linosa herba 324.20
Linaria 324.21
Linoalcanabe 334.24
Linsen 341.4
Liebstokel 362.10
Lierre 390.24
Limones 455.18
Lione 486.21
Ligno aloes 587.1
Litarge 726.24
Lorberbaum 177.9
Lonchitis 638.19
Louro 149.7
Lorier 177.5
Lopian 256.18
Loge 182.20
Loboda 353.21
Loreole 184.21
Lotos 99.14
Lupulus 265.11
Lubsczek 362.11
Lupus salictarius 265.18
Luuertice 261.21
Lupus vertitius 261.21
Lupinum 330.20
Luganego 480.14
Luph 483.11
Lunaria 820.16
Lupares 266.13
Λύκος τὸ λινάρια. 353.13
Lygos 380.5
Lygia 281.6
Lyncurium 682.1. & 746.7
Ligusticum 361.8
Lychnitis 103.7
Lycium 637.2

MAcella 62.28
Mancauilla. 62.29
Maxacanna 810.12
Maiorana 133.19
Maioran 135.5
Malum terræ 136.29
Mazorana 135.27
Malua 166.9
Maczierza dusslzka 164.1
Maluauiscus 166.9. & 706.10
Maczir zach. 164.2

Malabathri folium 300.15
Marathron 103.16
Mala assanka 193.5
Marrubium 213.17
Maratha 193.27
Maruobio 213.24
Marthvva pokrziua 214.22
Marrubium nigrum 214.24
matigal 247.5
Matricaria nostra 135.25
Matricaria 243.19
Marella ibidem
Mater sylua 248.18
Malon 308.1
Malabathrum 298. 15
Mascoli 310.1
Margarita 297. 17.& 739.9
Margarita perforata, non perforata. 740.20
Mak 313.17
Μάραθρον 362.17
Maluasia 422.1. & 606.7
Masturtz 321.5
Mala cotonea 429. 8
Malum 427.6
Macedonico 350.2
Maceroni 359.28
Macis 439. 9. 579. 10
Maratha 362.26
Mala medica 455.7
Mazracaton 379. 26
Mandragora 567. 23
Mace 583.4
Mala insana 568.16
Macer 580.10
Michir 581.12
Maniarona 135.16
Maurus exiccatus, vel syriacus 763.22
Magiricon 418.23
Malicorium 561.5
Mastix 663.6
Maspeton 694.1
Magyaris 694.2
Marchasita 726.28
Magnes 747.26

Marum 847.28
Marghicherem. 103.9
Mariæ candela ibid.
Mariæ rosa 103.12
Maiorana 137.6
Maiorana gentilis. 135.7.& 848.1
Malopem 166.23
Mariolaine 135.16
Mauues 167.23
Manglolt 199.2
Manegold 199.6
Maurruten 258.15
Marayes 321.3
Mandel 399.6
Macans 423.17
Manna 604.17.618. 22
Manna de foglio. 600.5
Manna terræ 600.13 &505.8
Manna folii 505.8
Manna trunci 509. 12
Manna Calabra 601. 8
Man 607.24
Maneth 749.11
Mastin 666.29
Mariendistel 550.24
Marck 830.14
Manæ 856.28
Meminthe 501.14
Meminthi 501.24
Melilotus 98.10
Melelissadru 103.1
Menthastrum 131.12
Medico 128.29
Meu 466.27
Medicina familiæ. 534.28
Mezereon 184.11.& 252.13
Mercorella 200.2
Mercurialis 199.25
Meurte 187.24
Mentha 130.14
Mentha Florentina. 294.12.
Mentha hortensis 131.9
Mentha sylvestris. 131.23
Mercuryi 200.9
Mercurio schouezie le 200.10
Menth

Mentha gẽtilis 204. 27
Melati 352.21
Melons 307.21
Melo coruino 370.6
Melopepo 308. 12. & 306.7
Melones 308.11
Meconium 627.18
Melegette 345.29
Malanthium 352.1
Melimela 427. 18. & 836.18
Meun 378.25
Meſaguriæ 610.24
Melanzana 568.13
Mel 597.4
Merchia 178.25
Mel noſtrum 618. 20
Mel apum 618.20
Mel roſidum 618.22
Mel cannæ 618.25
Mel arundine. 613. 25
Mel ſylueſtre 618. 23
Melanteria 787.16
Medulla 830.3
Medulla ſpinalis. 830.1
Medulla crurum Vituli, Bouis, Tauri, Agni, Hirci 830. 7
Meyran 135.16
Mente ſauuage 131. 21
Mentaſtres 131.25
Metran 247.4
Metteren 247.5
Melon blanc 103.13
Melon d'aqua 307. 29
Meſpil 339.29
Meſpila 338.1
Membrilles 430.8.& 595.9
Mennina 62.29
Meer hyrſz 370.4
Meſcatrameſir 164. 17
Menig 737.24
Menſch 828.6
Millefolium 278.2
Miodunka 88.3
Milloterragno 137. 15

Milium solis 367.15
Mitrocorten 247.6
Mirasole 372.6
Migdali 399.7
Mingath 505.17
Minium 641.27. 734.25
Mirta 419.19
Miha 657.23
Mikolaiek 519.17
Minii gleba 796.9
Minz 130.15
Mistrudt 200.6
Mille pertuis 223.4
Mille feuilles 278. 21
Milium 327.16
Min vven vvurtz. 382.18
Mirtinhes 419.16
Mirtillss 419.18
Mirobalans 438.27
Mirasolisemen 372. 5
Mirabelanes 438.27
Miel 598.4
Mierre 650.1
Melecz 309.21
Menoclonon 243.15
Molocha 167.24
Morion 568.7
Mosylicum cinamomum 562.26
Monembasia 422.2
Mozococo 309.2
Modrzeuyoua ganloka 535.6
Momordica 849.6
Modrzcuiouaiuicza 667.5
Moliui caimenan. 719.11
Mostazza 318.22
Mozgi 830.15
Morelle 191.6
Moure 191.7
Moschtnus 439.22
Mosch 439.21
Mouton 826.3
Mon 313.15
Muscus 233.25
Murkatoui orzech. 439.24
Muralium 284.4
Muskatoui kruiat. 583. 4
Muralis herba 283. 26

Muſcat bluoſt 583.5
Munucho 826.5
Muſa 426.7
Muſchardina pyra. 431.7
Muſona po. 427. 22
Muzus 427.11
Muſtea 427.19
Muza 426.13
Muſcus 234.19
Muſcus marin. 556. 9
Muniaca 836.13
Muoter kraut 247. 3
Mumia 763.22.& 770.13
Mucilago 430.3
Myrice 178.17.& 179.1
Myanthka 138.17
Myrtus 186.17
Myrteum 839.23
Myrobalanos 414. 18
Myrtyllus 187.5.& 419.7
Μυρρίνη 187.23
Myrtidanum 187.7 & 8
Μυρσίνη 187.24
Myrſine 507.20
Myrtida 187.8
Myxaſſa 448.5
Myriophyllon 278.6
Myeczik 493.6
Myoſotis 285.1
Myod 598.5
Myrabolani 436.11
Myrobalani 436. 12
Myrobalanus 553. 27
Μύρα 447.10
Myrrha 646.12.650. 1
Myrris 336.19

NAſcientio 128. 26
Narcoticum 67.3
Naſtruzo 321.8
Νάρκωσις 67.6
Napellum 434.15
Napos 376.19
Naſturtium 228.6.& 320.11

Nardus 260.1
Naphtha 769.17
Naſtatinum 814.13
Nauticus ſal 810.4
Naphricus 810.3
Naſcaphthon 814. 14
Nachtſchaten 191.8
Naranzas 455.21
Nepeta 132.8
Nemicole 341.5
Neueda 132.19
Nenufar 80.10
Nenufar terreſtre, 256.3
Nenufar iaulne & blanc 82.6
Neſſelen 173.14
Negeles kraut 275. 22
Neſſel 322.6
Neſpelas 339.29
Nepfles 340.1
Nelle noyre 352.16
Negelin 407.29
Nigella citri. 344. 28
Nitro de bota 818. 14
Nigella 352.2
Nigella nigra 350. 16
Nigella ſubcitrina. 350.20
Nitrum 808.6
Nitrũ viride 810.13
Nizzole 398.3
Nies vvurtz 533.9
Nosk 627.9
Noz de cipreſſo 433. 26
Noſcrzyk 100.28
Nois muſcada 439. 22
Noczſerzck 100.29
Noien muſcad. 439. 23
Noczydzin 289.7
Nois de Inde 454.25
Nocche 398.4
Notter vvurtz 549. 15
Nocelle 398.4
Nois 835.25
Nux præneſti. 397. 9
Nuoz della India. 454.26

Nux pontica 397. 10
Nux auellana 397. 7
Nucleus 710. 12
Nux cypreſsi 433. 20
Nux methel 434.6
Nux vomica ibidem
Nux moſchata 439. 3
Nux myriſtica 439. 7
Nux regia 454.12
Nux Indica 454.9.
Neſelle 398.3
Nuezes 835.24
Nuſſ 835.26
Nymphæa 80.17

Ocimum caryophyllatum 225. 15
Ocimum 252.16.326. 4
Ὠκιμοείς 252.24
Ocimaſtrum 252.24
Ocimū aquaticum. 252.24
Oculus leporis 275. 1
Ocularia 277.29
Oenanthe 111.29
Oel 595.22
Ogurek 308.2
Olivvki 424.25
Olus atrum 359.1
Olbaum ond olbeer. 424.28
Oraro 177.6
Oliua 422.25.424. 26
Oleſznik 467.26
Oley 595.22
Oleum omphacium. 845.12
Oleum de Hyperico. 850.4
Oleum ſaxi 769.15. 834.15
Oleum ex vitellis ouorum 835.6
Oleum picinum 659. 20
Oleum montis Zibi. 760.14
Oleum amygdalarū dulcium 854.22

Oleũ amygdalarum amararum 834.22
Oleum glandium 837.11
Oleum ex roborum glandibus 837.18
Oleum chrysomelorum 836.6
Oleum balanin. 837. 14
Oleum de been 837. 16
Oleum laurinũ 837. 23
Oleum de spica nardi 851.15
Oleum nardinum 839.4
Oleum myrtinum 752.15.839.21
Oleum myrteum 839.23
Oleum sesaminum 839.27. 849.27
Oleum iuniperinum 841.14
Oleũ tartari 841. 25
Oleum sulphuris ibidem
Oleum vitrioli 842. 1
Oleum terebinthinum 842. 1
Oleum laricinum 842. 13
Oleum rosatum 66. 21
Oleum violarum 66. 22. & 845. 22
Oleum chamæmelinum 66 .28. 846. 7
Oleum ex maturisoliuis 842.22
Oleum de cydoniis 851.20
Oleum sesaminum 839.23
Oleum de absinthio 846.7
Oleum rutaceum 846. 17
Oleum liliorum alborum 846.27
Oleum anethin. 846. 14
Oleum de mentha 847.17

Oleum de mentaſtro 847.19
Oleum de maiorana 847.18
Oleum amaricinum 847.22
Oleum ſampſucinũ 847.25
Oleum nenuphari = num 848.4
Oleum de cheiri 484.9
Oleum de been 837 13
Oleum ſambucinum 848.15
Oleum ſambac. 848. 17
Oleum de cochiis 848.28
Oleum de papauere 849.14
Oleum irinũ 849.22
Oleum de ſpica 838. 28
Oleum de maſtiche 851.22
Oleum de ſcorpio = nibus 851.25
Oleum vulpinum 852.7
Oleum de piperibus 852.13
Oleum de cappari = bus 852.18
Oleum de caſtoreo 852.25
Oleum de euphorbio 852.26
Oleum de lumbricis terreſtribus 853.3
Oleum perſicorum, & chryſomelorum 836.6
Oleum de nucibus 835.14
Oleum de lacertis 853.8
Oleum coſtinum 853.18
Oliues 424.19
Oubelon 266.14.
Oman 486.22
Omphacion 424.18
Ouuę 713.7.& 757. 23
Opium 314.23. 627. 12

Opich 361.5
Opobalſamum 400. 29
Opoponacum 400. 29
Opopanax 652.22
Opoſ Cyrenaicus 693.27
Ophthalmia 277.29
Opoponac 652.21
Origanus 93. 19.95. 16
Oruga 337.21
Origanus hera cleotica 94.5
Ormigobotanum 392.24
Orecchiara herba 171.14
Orzechy 398.5
Orobus 342.18
Orzec metel 436. 9
Ordeum 327.14
Orzach indyyski 454.26
Orloui kamien 750. 17
Oreile ſouris 171.23
Ortiges 173.13
Ortie 173.13. & 322. 6
Orge 327.15
Oranges 455.20
Or 716.9
Oro 716.9.
Os dactylorum 710. 3
Oſtropeſt 267.17.
Os de corde de cerui 719.23
Os de cornu cerui 710.23
Oſyris 325.4
Oſtracum 713.8
Os de dantes 710.17
Os de corne de cerf 711.6
Os de cueur de cerf 712.7
Otthonna 501.25
Οὖρὸν 365.9
Oxon 707.11
Oxalis 364.22
Oxyakantha 374.9
Ova 432.2
Ozimũ 252.25.326.4
Ozeille 365.10

PAeonia 381.22
Papauer 313.21
Papauer rubrũ 103. 16.103.22.312.7
Pain de porceau 137. 12
Panis porcinus 136. 23
Paia de mecha 241. 19
Parthenium 243.28
Paia de Camillo 241. 20
Paritaria 289.10
Paſtoris virga 264. 3
Papagno 313.20
Parietaria 283.25 & 26
Paſtinaca ſyluatica 379.3.& 377.10
Parthenium chamę- melum 284.23
Paſternak 379.4
Pauarina 385.2
Paprotka 496.10
Papauer agreſtre, vel papaueralida 103. 20
Papauer album 313. 18
Papaueris albi,& nigri ſemina 312.5
Papauer nigrum 313.19.& 627.13
Papauer erraticum 103.24.& 312.12
Paſtinaca ſylueſtris 177.10
Paſſulæ 421.8
Paſſarella 297.19
Palum ſanctum 590.
Panaces heraclion 652.23
Palimpiſſa 759.15
Pauot rouge 105.15
Papplen 165.27
Pappl ſtil 167.26
Parelle rouge 277. 5
Paritoire 288.20
Pauot 313.14
Paſſas 422.11
Paſſa vua 421.26
Palmulæ 425.3
Palma Chriſti 527. 21
Palma 425.28

Perles 741.7
Pelagra de lino 149. 7
Perdiculi 289.9
Periſtereon 204.28
Perforata 222.29
Petroſendolo 358. 22
Perſibulo 358.23
Periclimenon 247. 22
Pezocolla 709.17
Pentaphyllon 248.22 537.20
Pes leporis 274.19
Pes columbinus 279. 2
Pes paipi 249.9
Perſicaria 281.11
Perſicaria noſt. 283. 11
Perdicium 287.12
Petrella 297.16
Petroſelinon 358.1 357.14.& 360.5
πίπὸν 306.1
πεντάνιφυλλον 165.17
Pepo 308.11.& 306. 7
Pedocc.delo. 487. 21
Peucedanum 488. 19
Perlæ 739.3
Petroleum 694.25. 768.21.770.19.834. 14
Peueracina 820.10
Perfora. 221. 23. 850. 9
Perſin 258.21
Perrexil 358.21
Perterſilgen 358.22
Peas 431.2
Petron 511.16
Pez 666.27
Perlas 741.8
Perlen ibidem
Pfeben 307.19.
Pflaumen 417.25
Pfaffen pint 485. 13
Phlomus 102.1
Phaſcomilea 101.27
Phenicocudo 710. 20
Phlemanitis alopus 831.25

Phlomo 102.1
Phyllit. 127.27.151. 20
Phyllitis antiquorum 296.6
Phliſcuni 138.9
Phlox 297.26
Phacoides 157.24
φαχὸς 340.2
Phringio 196.6
Philanthropos 394. 12
φιλάγρια 158.8
Phillophyllon 278. 27
Phachi 341.6
Phœnicobalanus 436. 18
Phyrama 655.17
Phaëthon 687.11
Phu 464.20
Picris 121.2.151.20
Piolum 127. 26
Piola ſceptia. 427. 28
Piolin 128.27
Pimpinella 238.11
Pimpinula 239.8
Piperua 163.29
Piper 409.16
Piper aquæ 282.11
Pipinella 239.12
Piper Hiſpanum 282.20
Pitartima 330.20
Piper ex Calechut 282.20
Piotruſzka 358.19
Pinea 396.12
Piuonia 382.21
Piper longum 410. 29
Pimienta 413.21
Piola poma 427.15
Piperitida 282.11
Pyra 430.12
Pyra ſylueſtria 430. 25
Pyra muſcardina 431.7
Pyra cotonea 429. 9
Pitharides 420.29
Pyra cruſtumina 430.24.
Pilatro 511.16
Pyra giazco. 430. 24

Piletro

Piletro 511.17
Pilæ marinæ 856.6
Piſtacea 451.5
Pix Hiſpana 658.25
Pix naualis 658.26
Pix liquida 659.5
Pix ſicca 659.7
Pix Græca 660.2
Pyra ſylueſtria 330.25
Pyra muſcardina 431.7
Piedra iman 749.12
Pinhones 396.23
Piedra delagla 750.18
Pinguedo 822.12
Pinguedo taſsi 823.23
Pinguedo vrſi 823.24
Pinguedo cerui ibid.
Pinguedo equi 824.29
Pinguedo comarum equi 825.5
Pinguedo hirci 825.9
Pinguedo hominis 826.5
Pinguedo ſerpentis 828.8
Pinguedo leonis 829.3
Pingel kraut 200.5
Pimpernelle 139.10
Piuoine 382.20
Piren 431.2
Pili leporis 855.10
Piſſaſphaltum 767.17
Pie daliſandre 511.15
Pierre d'aſur 733.2
Pierre de legle 750.12
Plomos 102.1
Platycyminon 367.11
Plantago 165.6
Plumbum vſtum 719.9
Platyophthal. 750.28
Plinthitis 778.6
Plata 716.12
Plei vueis 724.29
Pluot ſtein 745.5
Plaſtre 804.20
Plantain 165.22

Portulaca 174.10
Portulaca sylueſtris 171.27
Podroſznik 121.12
Portulaca 308.26. 311.28
Porezolo 138.9
Porrum 113.23
Porrum vineale 217. 15
Polæmonium 223. 24
Porcioli 174.19.309. 23
Polytrichon 256.23
Polyclonon 243.16
Porrachia 174.21
Porchiaca 174.22
Polium 263.6
Potirida 243.8
Polna driakyevv 273. 2
Polatora 289.10
Poma 427.4
Pokrſiuie 173.13. 322. 7
okrziuia 322.8
Polypodium 495. 13
Poiree bleta 199.1
Popitiakia 528.19
Poma dulcia 428.18
Poma acerba 428.19
Poma auſtera ibidē
Poma aurea 455.8
Poma ranze 455.21
Pompholyx 545. 15. & 811.14
Polygonium mas 189.29
Polezzolo 138.6
Poleo 138.7
Poleot ibidem
Poraſtro 537.13
Poley 138.8
Pourpie 174.15
Podagra lini 149.4
Porcelkraut 174.16
Poyres 431.2
Polipode 496.8
Polygonatum 517.15
Populus alba 682.14
Pois 666.27
Poumon de renart 831.22
Praſsion 213.23
Primo fiore 398.10
Primula veris 296. 29

29
Prosso 327.18
Propolis 626.9
Pruna 414.2
Pruneola 414.26
Prunes 417.26
Pseudocanella 564.
29
Pseudonardus 262.
19
Pszinki 191,10
Pssye vissnye 198.12
Psilothrum 529.3
Pszic cazicki 296.20
Pseudocinamomum
564.28
Pseudocasia 567.2
Psyllium 379.9
Pszialoboda 395.5
Psoricum 783. 8
Pszic iaziczki 552.21
Pseudomelanthion
351.28
Ptya 504.12
Pteryx 126.25
Pterygophor. 686.
26
Puriss 802.21
Pulegiũ 138.2.139.16
Pupina poma 427.
20
Punica 433.15
Purpura 819.6
Pyrethron 510.22
Pytis 192.11
Pyăczlistovv 538.22
Pygui 430.10
Pyxacantha 638.11
Pygonia 382.21
Pyrites 726.28
Pyerz 413.22

Quercula minor
182.16
Quendel 103.g8
Queue de cheual 188
26
Queckssilber 724.17
Quenel 268.14
Quiten 430.8
Quitten 595.9
Quinqueneruia 165.
17
Quinquefoliũ 248.
23

Radicula 573.
21
Radicula hortensis
121.20

Rade

Radechio 121.21
Raucatara 574.15
Rapum terræ 136.28
Ranahaon 351.10
Rapa ſylueſtris 375. 18
Razimillo 171.24
Raphanus 572.29
Raphanellus 573.7
Raphanellus ſylueſtris 573.11
Raſa 666.20
Raſura eboris 812.4
Racabarant 219.21
Ratten 352.17
Raued & reu 55.20
Rag vvurtz 528.16
Rabanos 574.13
Rattich 573.14
Rdeſt 283.12
Reubarbarum 29. 13
Reubarbari doſis 459.10
Regalitia 476.3
Reuponticum 51.15
Reſina 661.25.666. 18
Recrementum 24. 13
Repontic 55.23
Reupontic 55.24
Reſin ſauuage 111.13
Relic 278.23
Reſins de Corinthe 422.10
Recliſſe 475.29
Renart 852.12
Rhaponticum 51.14
Rhapontici qualitates 56.20
Rheon 27.25
Rha ibidem
Rhizias 693.23
Rhaphanitis 479.6
Rhecoma 45.20
Rhus obſoniorũ 418. 20.& 620.1
Rhus ſutorium 418.
Rhor kraut 231.4
Rheutzblumen 528 16
Ricinus 372.19
Ripoile 344.9
Rizotomos 479.8
Rilczeliko 386.13
Rinzi 518.23
Rinzo 516,26

Rizari

Rizari 488.12
Rinzata 516.27
Risagalum 678.15
Rittersporen 481. 9
Romyen 63.2
Rosæ 70.1
Rose 80.1
Roda 80.8
Rosarum partes 77. 14
Rosarum species 77. 0
Roza 80.8
Rosmarinus 91.14
Rosmarin 93.17
Rosa canina 105.17
Rosa Iunonis 96.15
Rosaceum 79.6
Rosela 312.7
Roschodnik 171.18
Rosa poma 427.15
Rhoa 433.16
Roui 344.9
Roszes 79.28
Rouiglione 344.9
Ros 80.4
Ροδόλιπονλα 114.22
Rosen 80.4
Rozinki 422.13
Roller vvurtz 82. 14
Roeda 208.5
Roueda 186.1
Rogu yehemyzokocz 711.7
Romani 660.8
Roete 488.10
Rot vvurtz 251.3
Rubi cimæ 185.20
Ruchenscheff 105. 14
Ruta sylueſtris 222. 7
Ruta 337.21
Ruta capraria 223. 15
Ruba 488.12
Rumice 276.16
Rubeia 488.13
Rumex 276.17
Rugia 488.14
Ruchela 337.8
Ruchetta 387.20
Ruuione 343.17
Ruscus 468.3
Rubea tinctorum 487.6

Rubia 487.18
Rubea sylueſtris 481 23
Rubinus 725.13.756 4
Rubini de rocha 756.19
Rubrica lemnia 797 29
Rue ſauuage 222.27
Runrath 223.6
Rubi 756.21
Rubie ibidem
Rubin 756.22
Rueſt 856.1
Rue vvurtz 200.5
Rzezuka 321.7
Rzepalyeszna 376. 22
Rzimskilep 707.13
Rztezczbiala palona 734.24

SAluia 101.1
Sabucco 108.13
Sambucus 107.13
Sampſucus 136.10
Sauina 231.9
Sabina 233.6
Sauolezzo 267.28
Sanamunda 275.1
Sardyn 758.5
Sacolla 345.7.& 347. 6
Salpiedra 806.20
Safar 408.12
Salmyak 807.16
Santha 214.22
Salitre ſalix 180.14
Sarmentoſa 473.12
Saterion 528.12
Sanſæ 424.12
Satyrion 526.17
Sadze 856.2
Saxifraga 538.26
Sandali 587.5.& 588.24.
Saccharū, quęre zuccharum.
Sal Indus 613.24.& 614.26.& 619.4
Saccharum antiquorum 611.6. & 613. 24
Saccharum noſtrum 611.9
Saneue 318.21
Sanguanus 638.21
Sāguis draconis 739.

21.641.29.& 737.
2
Sagapenum 651.19.
663.6
Sarcocolla 655.24.
656.26
Sandaracha 675.17.
678.7
Sandaracha & auri-
pigmentum idem
re ſunt 676.3
Sapphirus 752.24
Sardius 757.14
Sardonyx 757.17
Sal 807.20
Sal alcali 810.5
Salgiero 181.5
Salx 181.6
Salece ibidem
Sauge 181.7
Sal foſsilis 806.11
Sal communis 805.
16
Sal gemmæ 806.5
Sal Armeniac. 806.
23
Sal Ammoniacus.
806.24
Sal ſaxeus 805.29
Sal marmoreus 806.
1
Sanicula 250.25
Sal arenarius 806.
25
Sal Indus 807.24
Sal nitrum 808.5
Sal nauticus 810.4
Sal naphthicus 810.
3
Sal naphricus 810.
4
Sal ben 101.25
Salix equinalis 182.1
Salmonde 275.20
Sanpeters kraut. 288.
21
Sanguinalis fœmina.
189.27
Saurampffer 365.12
Saramages 376.18
Sanchel 251.1
Sandel 588.24
Sang de dragon 642.
22
Saphis 754.2
Saltz 807.18
Sambach 117.15
Sampſucinũ vnguen
tum

tum 135.2
Sambacinum 117. 25
Sambucinum 117. 28
Sceuola 189.7
Scolopendra 126. 20
Sclarea 189.3
Scordion 216.5
Scolopendrium verum 296.6
Σχίνος 241.1
Scolopendra 124. 24
Scolopendrium 124. 27.& 251.17
Scolopendrion antiquorum 126.20
Scandulaceum 268. 26
Scarolachanon 200. 10
Scarsella 268.27
Scarselleta 268.28
Scabiosa 270.16
Scariola 309.2
Scauezzoni 567.4
Scillæ succus 598.5
Scammonium 634. 9
Scammonia 636.29
Scoria 717.4
Σχολιτόβατανον 556. 28
Schafzung 165.14
Schlaffbecher 198.5
Schaffthevv 188.28
Scheissz kraut 200. 6
Schavvina 231.26
Scheissz milt 200. 6
Sczotki 265.7
Scosz melden 200.8
Scarola 309.29
Schelkraut 204.18
Scinida 365.16
Scorodoprasson. 217 13
Sczavvii 365.17
Schulsselpluom. 298. 5
Schvvartz vvurtz. 481.10
Schmer vvurtz 482. 7
Schvverten 493.14

Sclippen 549.17
Schlehen 620.11
Schluten 541.16
Schvvebel 661.6
Scolimos 264.13
Sciptereum 776.22
Schuebel 841.28
Scorpions 852.5
Scorpiones 852.6
Schebloumen 82.10
Seblouum ibidem
Sevvbrot 137.12
Sertula campana 98. 13
Serpol 163.28
Seris 120.28.&123. 6
Serapulo 163.28
Serpollo 163.29
Septineruia 165.16
Seuclon 199.7
Sedum 171.11
Seneſcens 267.16
Sentis 185.26
Sezo vvmelky 277. 7
Seuola 188.14
Senauro 318.24
Selekenken 82.8
Semente de lumbrices 392.21
Semeſanto 392.22
Seneſtegi 117.13
Seneuezo 267.27
Sementella 392.23
Serpyllum 163.23
Serpyllum ſyluestre. 138.3
Semenzina 392.23
Seriola 309.13
Seſsile 196.2
Σέλινον ἱππάϊον. 358. 15.& 360.4
Sementina 390. 4. & 390.13.& 392.15
Sericum 422.20
Selech 441.13
Sebeſten 448.5
Sebaſtos 447.23
Serpentaria 482.29. 484.8.& 485.14
Sebra minor 505. 10
Serapium 651.18
Sechra 687.29
Sebeſten 447.6
Seuum 822.20
Seſamus 839.24

Semperuiuũ maius. 171.13
Semperuiuũ minus. 171.20
Serpolet 163.27
Sesili 366.13
Serratula 201.14
Seuerbaum 201.26
Sſenaſſ 157.11
Senetbletter 157.12
Senff 318.22
Sena 155.7
Senegre 325.20
Seitaragi 574.5
Seau noſtre dame. 551.27
Siſymbrium 294. 10
Sinapa 318.24
Σίναυς
Silio 305.19
Σίκυος πέπων 367.10
29 305.
Siro montano 367. 11
Sinapis 317.27
Σίλφιον 689.24
ilicia 325.16
ilicula 325.17
Siler aquaticum 367 4
Sigillum ſanctę Mariæ 551.1
Sideritis 749.1
Siliqua 443.9
Siler montanum. 366.8
Siliquaſtrum 282.11
Siliqua oblonga 443.10
Sigillum Salomonis 551.14
Silber 716.11
Smola 666.28
Smaragdus 754.3
Smeralda 755.8
Smocza kyeru. 642. 24
Smarald 755.8
Smaragot 755.9
Solatrum 190.13
Soczeuicza 341.6
Solanum 190.15
Sodominum 809. 27
Soldanella 227.28
Solproſta 806.19
Sorba 431.29

Solozkouata 806.21
Solidago 480.10
Soruas 433.8
Souchet 43'.27
Sonchet 502.14
Solimam 7?4.21
Soufre 761.6.& 841.28
Sphacelum 101.6
Sphargi 364.4
Spargus 364.4
Spatagna 493.19
Spicatum 261.29
Spatella 493.19
Spica nardi 259.28
Spica Celtica ibid.
Spinachia 352.12
Sparagus 363.15
Sparsi 363.23
Spathen 425.27
Σπάρτιον 365.25.& 559.16
Σπάρτον 363.26.& 559.16
Spuma argenti 725.15
Spuma maris 857.13 & 858.13
Spodium 545.19.& 811.15
Spodium ex cannis. 541.20
Sponsa solis 372.15
Spongiæ 856.4
Spekmalten 206.7
Speckliben 248.18
Spina 186.1
Spinazes 352.19
Spenet 352.24
Spies glas 751.24
Sprinkorner 386.8
Spuma plumbi 726.23
Squinantum 240.23
Squilla 598.7
Squamma æris. 76.27
Squamma 717.16
Saffran 107.9
Stabrocortho 273.1
Stœchas 88.8
Stari 327.10
Staphisania 284.17
Strychnon 190.19
Strychnon somnife-rum 434.18
Sthaphide 422.12
Stella terræ 802.23

Σαφίλινον ἄγριον. 377.10
Staphiſagria 284.18 & 183.5
Strafuſario 383.6
Struthea po. 428.24
Stacte 647.18
Styrax liquida 648. 25.& & 656.27
Storax 849.28
Styrax ſicca 656.29
Styrax calamita. 657.6
Stomoma 717.17
Stellaria 457.24
Stimmi 750.25
Stibium ibidem
Stercus diaboli 694. 24.& 768.10.
Styen kahrn 126.29
Stab vvurtz 230.6
Schaffripp 378.24
Steynſomem 370.4
Stendel vvurtz 528. 15
Storaque 658.23
Steinbrecch 541.12
Stypteria 776.23
Succi & liquoris differentia 480.22
Succinum vnguentũ 96.18
Suſeau 108.13
Sumacchi 417.28
Summachium 620. 2
Svvonki 243.8
Sumacchia 417.29
Svvoyski kopr 393.23
Sumah 419.2
Suoldam 481.16
Succinum 685.2
Suſuka 510.21
Sulphur 759.4
Suk od polnich ogurkoro 725.25
Sureali 108.13
Suluma 734.23
Surich 375.2
Suffinger kraut 251. 4
Succutum 482.20
Succre 618.16
Sylphii ſuccus 694.3
Symphytũ petræũ 481.1.& 480.10
Syropicon 803.17

Szaffran 107.12
Szfinychleb 137.13
Szliaſſ 167.24
Szadziecz 209.29
Szfiantego ſana ziele 223.10
Szvvuieczki 278.1
Szfinymlicz 309.22
Szfinya veſſz 335.27
Szczaro 365.17
Szliua 417.27
Szrebro 716.12
Szpisklaſſ 751.25
Szafier 754.3

TAſſus barbaſſus 101.28
Tarahay 178.26
Tamariſcus 187.16
Tamarindus 440.2
Tamarins 441.1
Tamarix 588.27
Tamariſis 178.27
Tamarich 178.27
Tartufela 747.1
Tarnkoue 620.12
Talchum 802.22
Talch 802.23
Tartarum 818.5
Taiero de aqua 82.4
Taierazzo 82.5
Tauſent guldē kraut 237.27
Taubenfuos 281.7
Tag vnd nacht 288. 22
Tamaras 426.20
Teſticuli di volpe 528.18
Terræ capillus 257. 6.
Teſticulus caſtoris 831.28
Tembul 299.5
Tereniabin 503.8 607.19
Terebinthina 662.2 667.2
Tecolithos 745.19
Terra ſigillata 788.1 795.2
Terra ſphragis 788. 27
Terra ſigillum Turcicum habens 795 4
Terra lemnia 796. 21 799.22
Terra Armena 790.1

Tellinæ 820.7
Tegname 813.20
Teſtudines 854.18
Teſtudines marinæ 854.21
Termentina 667.3
Terbentin 667.4
Teufelſſ drek 994. 23
Thymus 140.6
Thymian 148.12
Thryalis 103. 7. & 238.25
Thymi flos 141.26
Thymelæa 252.1
Thymum 148.13
Thymbra 267.19
Thym 148.13
Thlaſphi 268.25
Thapſia 496.11
Thus 576.17.& 646. 9
Telephion 234.24
Thuris manna 578. 15
Θύμον 759.7
Tholkraut 198.5
Therickckraut 465. 14
Theriacaria 465.14
Tithymalus 384.24
Tirhez 386.13
Timam 1558.27
Thymiama 813.25
Torchinaſo 321.8
Tomillo 148.12
Tormentilla 249.14 & 251 6.& 537.19
Tobolki 270. 15
Tormētill 251.2.538. 20
Tragoriganum 94. 18
Trifolium 99.7
Trifolium acidum 365.5
Trixago 182.16
Trixago paluſtris 216.26
Τρίχωδες 558.17
Trichomanes 258.9
Triticum 327.7
Trepeſe 352.18
Tripolium Dioſcoridis 309.24
Trichitis 775.7
Tragacantha 670.23
Trauſnia 655.16

Trigo 327.9
Tramuzes 334.5
Tricoccus 338.9
Tragos 856.26
Tuber 747.2
Tuber terræ 136.28
Tuſsilago 256.9
Tuberes 422.26
Turbit Meſuæ 509.6
Turbit Auicennæ, & Serapionis 509.7
Turbit Dioſcoridis 509.12
Tutia 545.16.811.10
Tuetano 830.14
VAleriana 464. 19
Vayſtyn 818.14
Vaccolæ 107.27
Varſamus 130.17
Vveckholder 419.24
Vua vvurtz 482.3
Vuallen diſteln 518. 14
Vuachs 627.9
Vdegli 699.7
Verbaſcum 102.1
Vermicello chenaſce ſopra li tetti 171.25
Veſicaria 197.12
Vetonichi 202.8
Verbeneca 205. 28. & 204.22.205.14
Veriol 289.8
Veratrum 530.25
Veleno 304.15
Vernix 679. 21.& 680.9
Veriolo 787.27
Veil 69.25
Veruene 205.17
Vildtrauten 222.28
Verge à paſteur 265. 6
Veſſe 344.8
Vergiſſ meinit 192. 21
Vermieularis 171.21
Verginum, vel verzi num 588.10
Verze 195.26
Veriuſt 597.1
Vermylon 737.24
Vueiſſen 327.9
Vueiſvvurtz 551.28
Vueirauc 579.8
Vuein ſtein 818.13
Vuein 596.10

Viola 63.21
Violæ de Romania 68.16
Violarum flores 63. 8
Violetes 69.24
Violæ 63.13
Violette iaulne 116. 12
Violaten 69.26.& & 116.17.
Vincetoxicum 269. 16
Vitriolum 283. 28.& 289.4.&779.10
Vitia 227.19
Virzba 181.4
Vilczelyca 184.22
Vilczelico 252.13
Vielka ozanka 182. 17.& 193.5
Vitis alba 528.25
Vitis ſylueſtris 111.8
Vinum paſſum 422. 6
Vinum Creticum 422.3
Vika 344.8
Vinum omphacium 596.23
Viſcum 702.27
Viſcum quercinum 705.27
Viſcum aquæ 702. 29
Viſcum ſolis 704.18
Viſcum Romanum 702.29
Viſcum damaſcenũ 704.2
Viride æris 718.15
Vitrum cryſtallinũ 810.15
Vitriolum Romanũ 786.16
Vitricinus 810.7
Viticella 529.17
Vie diſtel 550.23
Vin 596.9
Vin aigre 595.17
Vinagre 596.18
Virnis 680.14
Vuilt paplen 167. 27
Vuildt flach 325.13
Vueidenbaum 181.7
Vvolskikopr 193.26
Vuæ ſiccæ 421.20

Vuæ passæ 421.8
Vua corinthia. 422.9
Vuietericht 335.25
Vuildt rieben 376.21
Vlmus 389.5
Vvloski 258.21
Vvloski kopr 362.26
Vmbilicus terræ 136.28
Vmbilicus Veneris 242.13
Vmbilici marini 820.15
Vmbra noctis 191.9
Vnguis in rosa 74.5
Vndelbaum 386.3
Vngula caballina 255.18
Vngula asinina 255.21
Vnguentum foliatũ 298.16
Vnguis odoratus 712.25
Vnio 739.10
Vnferftauvvn bedestro 223.7
Vonya yoaczatraua 175.20
Vodney 82.17
Volecz 121.19.& 309.21
Vomica perpetua 722.5
Vuolfs milch 510.18
Vorum kraut 392.27
Voxzoue 829.2
Volu 830.20
Vrtica 173.3.& 321.24
Vrtica mortua 173.11.& 215.6.
Vreielas 69.27
Vrtica iners 172.11
Vrtica cania 172.29
Vrtica Herculanea 173.1
Vsne 773.9
Vua canina 191.1
Vua morella 191.2
Vua omphacia 112.29
Vua taminia 383.17.& 384.4.& 529.21
Vua montana 384.10

Vuaſſermaehn 82.9
Vvuilt kraut 103.5
Vvult mynz 121.26
Vvundelbaum 373.2
Vuegrich 165.23
XAmin 352.2
Xangathea 470.10
Xabugo 108.12
Xeaſer 384.25
Xylobalſamū 406.5
YErua buona. 355.24.
Yeſſo 804.21
Ymozo. 362.24
Υπλιϛ 206.11
Ymbier 462.29
Υπνοτικήν, id eſt ſomnificam 197.20
Yſen kraut 205.18
Yſzionka 552.1
Yſen hart 205.18
Yſoppe 213.4
Yueſſes de tamaras. 710.18
Yueſſes de cuorno de cieuro 711.7
ZAphirus 652.23
Zaphrano. 107.12
Zaphira 734.2
Zambach 117.15
Zanagria 342.21
Zapharan 107.7
Zamoska czebala. 598.20
Zaragatona 379.25
Zaparico 807.16
Zarnabum 512.18
Zarzamora 186.6
Zboze 327.10
Zen 298.21
Zedoaria 511.20
Zenochielli 552.1
Zeneſtra 109.18. & 559.13
Zeg 780.18. & 784.15
Zeitlos 523.21
Zebethalbahar 859.16
Zibida 421.20
Zizipha 422.15
Ziglio 98.9
Zitho 327.10
Ζίγις 566.8
Zicleod gliſt 392.26
Ζιγγίβερ 666.18

Zizauro 462.28
Zigia 666.15
Zimmet 567.16
Zlothounizka 181.5
Zlotogloro 537.12
Zloto 716.10
Zoluiæ 855.7
Zolexcz 836.5
Zoophtalmõ. 171.18
Zolte fiolki 116.23
Zolca baſilia. 25.11
Zurumbeth 511.29
Zuccha ſaluatica. 529.15
Zuccharum 604.16
Zucchar 618.17.
Zuccharum ex madera 615.26.
Zuccharum rubrũ. 615.12
Zuccharum candũ finum 616.2
Zuccharũ craſſum. 615.17
Zuccharum alhuſar. 605.5
Zuuibel 354.27
Zuuitten 516.8

FINIS.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA PAN

D.
N. 1988



Michael Sylúius.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA
13886 -
13887

